UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Philostrati Lemnii Opera Qvae Exstant

Philostratus, Flavius

Parisiis, 1608

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1533

Visual Library



Rep. XXXVI 1. no. 12.



9228

D i
800

PHILOSTRATI
LEMNII OPERA
QVAE EXSTANT.

PHILOSTRATI IVNIORIS IMAGINES,
ET
CALLISTRATI ECPHRASES.

ITEM EVSEBII CÆSARIENSIS EPISCOPI LIBER CONTRA Hieroclem, qui ex Philostrati historia æquipararat Apollonium Tyaneum Saluatori nostro IESV CHRISTO.

Græca Latinis è regione posita;

FED. MORELLVS PROFESSOR ET INTERPRES REGIVS CVM MNSS. CONTVLIT, RECENSVIT: ET hactenus nondum Latinitate donata, vertit.

Ad virum Amplissimum D. NIC. BRVLARTVM, summum Galliarum Procancellarium.



PARISIIS. M.DC.VIII.

Ex officina Typographica CLAVDII MORELLI, via Iacobæa, ad insigne Fontis.

NON SINE REGIS PRIVILEGIO.

H



Ampliſsimo & Illuſtriſsimo viro

NICOLAO BRVLARTO, DOMINO SILLERIENSI, SVMMO GALLIARVM PROCANCELLARIO.

Ffd. Morellvs Professor Reg. S. D.

QVOD te Regi Chriſtianiſſimo chariſſimum facit, Deóque Opt. Max. coniungit, id me quoque & omnes φιλαρέτους Tibi, Vir ampliſsime, deuincit atque obſtringit. Ea nimirum eſt, quam iure Philo Hebræus virtutum Reginam vocat, φιλανθρωπία, benignitas, humanitas, φιλοφροσύνη, φύσις εὐεργετική, cuius certum apud Poëtas ac Philoſophos indicium & præmium eſt verus honos, τιμὴ δὲ σὺ Διὸς ἐστί. His Cyrenenſis Antiſtes Syneſius σωφρόνως aſtipulatur, vbi ſcitè ſcribit, τὸ δοῦ ποιεῖν ἓν τοῦτο μόνον ἔχουσι κοινὸν ἔργον αὐθέκτους τὴ θεός. ἡ δὲ μίμησις οἰκείωσίς ἐστι, καὶ συναφὴ πρὸς ὃ μιμεῖται τὸ μιμούμενον. Proinde Gregorius Nyſſenus in aureo libello περὶ τοῦ θείου σκοποῦ, quem nuper Græcè & Latinè primi edidimus, τὸ τῆς ἀγάπης κάλλος appellat ὥσπερ τινὰ κρηπίδα τοῦ τῆς χαρίτος θησαυροῦ. vbi pios ad charitatis decus & ornamentum, tanquam fundamentum aliquod theſauri gratiæ diuinæ animo comparandum cohortatur: quippe cùm hæc virtus ardens & coryphæa per ſanctitatem arcanam & affectum ineffabilem ad æthera vectum, Deo copulet atque innodet inſolubili vinculo, catenâque verè aurea, & potiore illa Homerica, σειρὴ χρυσείη ἐξ οὐρανόθεν κρεμαδείση. de qua Lucretianum iſtud,

Aurea de cœlo deſcendit funis in aruá.

atenim ab hac Dij Deæque omnes apud poëtam pendêre horrent, ne tollantur in altum, vt lapsu grauiore ruant. Illam verò gemmeam catenam, qui Magistratus, Senatores, Iudices, Comites Consistoriani; qui proceres, principes, Reges, Imperatores non dextra contingere gaudent? Hæc nimirum efficit, vt βουληφόρων ἀνδρῶν optimis institutis, propositis ac suasionibus, consiliis perspicaci sagacitate, & peruigili fidelique opera, atque expedita prudentia subnixus Princeps imperium regat è præscripto voluntatis ac Maiestatis diuinæ, cuius ipse meritò imago viua & expressa censetur. Hac ope mutua συμφερτῆς ἀρετῆς, firmiùs quàm vllis præsidiis & muris aheneis, nititur principatus. his virtutum annulis quasi adamantinis vinculis superorum & inferiorum animi arctissimè colligantur. his moribus antiquis res stat Romana viriique. his luminibus & luminibus seculum decoratur ac deauratur; his adminiculis & exemplis sua sponte omnes omnium ordinum probitatem amplexantur: sed illustres potissimum animi, (φιλοτιμία γὰρ τοὺς λαμπροὺς φύσις ἐχείρωσε.) Quique sui memores alios fecere merendo. Hinc est cur D. Titus Imp. amor ac deliciæ generis humani cognominatus, ideóque etiam à Synesio dictus Ἡμεροδρόμος, recordatus quondam super cœnam, quòd nihil cuiquam toto die præstitisset, memorabilem illam, meritóque, Suetonio perhibente, memoratam vocem ediderit, AMICI, DIEM PERDIDI; vel vt ille scriptor Atticus refert in φιλαδέλφοις, à nobis recens conuersis & editis, ΣΗΜΕΡΟΝ ΟΥΚ ΕΒΑΣΙΛΕΥΣΑ. ΟΥΔΕΝΑ ΓΑΡ ΤΗΜΕΡΟΝ ΕΥ ΕΠΟΙΗΣΑ. HODIE NON IMPERAVI, NIHIL ENIM CVIQVAM PRÆSTITI. Hanc sanè Romano Principe dignam sententiam Cyrenensis ille Philosophus, se non minori cum stupore admirari, quàm Alexandri Trophæa asserit: quòd multis & magnis equitum peditúmque secundis præliis comparata præpónderet: adeò vt iacturam diei, de qua sic conquestus fuerat Imperator abundè resarcierit. Ecquando verò beneficium in plures Titus contulit, quàm cum hoc celebredictum enunciauit? quo omnes quipost eum imperarunt, munus suum

edocti ſunt, & quid ſemper ipſis facto opus eſſet, ſi auguſtam nominis ſui dignitatem conſeruare, & Spartam ſuam ornare vellent, nec affligere humo *diuinæ particulam auræ.* Felices igitur Galli, ſua ſi bona noſſent! quibus hodie ſub HENRICO IV. ter quatérque Magno, licet eſſe tam beatis, vt apud ſe Dauidas, Cyros, Alexandros, Numas, Attalos, Ptolemæos, Iulios, Auguſtos, Traianos, Titos, Marcos, Clodoueos, Carolos, Ludouicos, rediuiuos & quaſi virbios, ſceptra, piè iuſtéque moderantes, ac benefactis ſubditos cumulantes, veréque patriæ parentes, cuſtodes, conſeruatores, intueantur, qui ἀλεξίκακοι, εὐεργέται, optimi, beneuolentiſſimi, ac beneficentiſſimi malint eſſe, quàm videri.

Attulit en nobis aliquando optantib ætas
Auxilium aduentúmq; Herois.

ὃν θεὸς κῆρι φιλεῖ de quo fas eſt enunciare, quòd Homerica Pallas Telemacho, -- ἀλλα μὴν αὐτὸς,
Αλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται.

Enimuerò tot naturæ, corporis, animíq; dotibus inſignitus, ſuos etiam domi Polydamantas, Neſtoras, Phœnices, Polybios, Vlpianos, Chryſoſtomos cõiunctiſſimos habet:

Hic paci bonus; hic timendus armis;
Natura melior potentiórque:
Et laudum cumulo beatus omni.

In hunc Auguſtiſſ. Parentem liberi Regij, Sereniſſimus DELPHINVS LVDOVICVS, & Aurelienſis Dux, quibus Gallias numen exhilarauit & beauit, tanquam nitidiſſimum Regij muneris & Honoris ſpeculum, iam inde à teneris vnguiculis, ocellos figentes, non tam cæſariem auream, quàm Cæſaream indolem decentius componere ac dirigere aſſueſcent. Duntaxat αἱ βασίλφοι κὴ θεοσέσιοι φύσις, ἰὼ θεοστεγείρε αὐτὰς ξυμβολία κὴ λόγος, & θεὸς τὸ ποιεῖν δῦ ξιὼ ὁρμὴ φέρονται, vt rectè & ſapienter cenſet in Ariſtide ſuo Philoſtratus hic noſter, imò iam ex aſſe tuus, Vir incomparabilis & παναρίστε. Hic enim paulò iam amœniore quàm antea cultu, ad te magnarum gentium patronum maximum cliens accedit, omnia ſua ſecum ferens, quæ

Nec potuit ferrum, nec edax abolere vetuſtas;

& Sophiſtas, atque Heroas *natos melioribus annis,* ante ſan-

ctum φεραιδονομοφυλάκιον tuum ſiſtit; non exeſos & corruptos longæuo ſitu, vt prius; ſed Apollinis & Æſculapij arte penè recreatos, ab Orco reuocatos, bene habitos; incolumes; nec mutos, balbos, aut elingues; ſed vocales, diſertos, ac bilingues, vt prædicent liberè

Omnibus in terris quæ ſunt à Gadibus vſque Auroram & Gangem,

ac magna teſtentur voce, τὸ φιλόκαλον, τὸ φιλόλογον, τὸ φιλόμουσον, τὸ γυναῖ⟨ν⟩ Gallicæ gentis; cuius ἀνδραγάθημα, & palmarium eſt in Regia munificentia, quæ cùm in omnibus tam belli quàm pacis artibus; tum in hiſce typis Græcanicis exſplendeſcit: in Principis εἰρηνοφίλου καὶ λεοντάχου, prouida benignáque mente, quæ nobis hæc ἄνωθεν καὶ θεόθεν otia fecit: in συμφεραδόνων Officiorúmq. Regiorum, quibus diuinis virtutibus antiſtas, ἀτρεμοίᾳ & conſtantia in optimis curis, & aſsiduis pro ſtatu publico, & ſalute patriæ laboribus, & propenſa prolixáque ad rem literariam iuuandam voluntate. Apollonius certè Tyaneus, non tam fama quàm his Philoſtrati ſcriptis *ſuper æthera notus*, lubentius nunc tecum, quàm olim cum Sapientibus illis Indis ac Gymnoſophiſtis, conuerſabitur, quippe cui multo magis quàm illis

-- εἰ γήθεσιν ἔθεν νό⟨ν⟩ βύρσοπα Ζεὺς
Ἐσθλὸν, τῷ δέ τε πολλοὶ ἐπαυρέσκοντ' ἄνθρωποι·
Καί τε πόλις ἐσάωσας.-

quinetiam ex animo tibi gratulatur, quòd Te apud Principem noſtrum tanto in pretio norit eſſe, quanto quondam ipſe apud Titum fuerat; ὄγκου τ⟨ὸ⟩ ζόφον πεσυμβρίου. In quo πέλᾳ θρόνου πολιτικοῦ te Regi tanto, ac vniuerſis adprobas, omnium bonorum ſtudia ac voluntates promereris, allicis alienas, retines partas, placas turbatas: in poteſtate tibi temperas; & magnum ſemper & amplum quid de regno & republica cogitas: innocentiæ clientum, ſic in calamitoſa fama quaſi in aliqua perniciosiſſima flamma atque in communi incendio ſubuenis. Principem Μουσηγέτην, τὰ δίδοντά πῃ ἔμπης Ὀρφεώς, ad Iubalis, Cadmi, Palamedis, Aſtræi inuenta, ad literas Hermathenas, Suadelas, diſciplinas, amandas, alendas, conſeruandas, earúmque cultores amplexandos, fouendos, ornandos; vt Profeſſorum iura, διδακτρα honoraria, θεσμία

auctoramenta rata, sarta, tecta maneant.

-- οὐ γὰρ παλινάγρετον, οὐδ' ἀπατηλὸν,
Οὐδ' ἀπελθύπτον γ' ὅ, τ' ἄναξ κεφαλῇ κατανεύσῃ

te Hectoris nostri Polydamante cauente & fauente. Enimuerò,

Felix sorte tua es, sacrum cui tangere pectus
Fas est, & nostri, mente calere Ducis.

Quid igitur, Vir illustrissime, dulces Musarum fœtus antiquos Atticos & nouos Latios, recens è Musèo & Typographéo Reg. expromptos, ὡς ἀναθήματα δαπὸς ⁊ δώωχίας λόγων, Tibi, vt nostro Ερμῇ λογίῳ dicare, consecrare cunctatus fuissem? vt tanti Genij beneficio viuant, & cum eo

Canescant seclis innumerabilibus. Admitte iam igitur, (amplissime Μουσοθεμισοφύλαξ) in sacrarium Gratiarum tuarum hunc Tyrium Lemniúmve hospitem Philostratum, cum comitatu suo Heroïco & oratorio : & me horum clientum θεόξενον ⁊ πιμάορον, pia mente, animo grato memorique ingentium tuorum in me beneficiorum χαριστήεια, quasi ἀξιόκτητα πνὰ ⁊ ἐεικώδεα munera meritissimò tibi,

(*Torpor est nostris sine quo Camœnis*)

cupidè supplicitérque offerentem, bene diúque vale, & viue, vir immortalitate dignissime. Lutetiæ Paris. Kal. Sept. M. DCVII.

ΠΕΡΙ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ, ΕΚ ΤΩΝ ΤΗΣ ΦΩΤΙΟΥ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ.

RECENSIO, CENSVRA ET EXCERPTA PHILOSTRATI E LIB. VIII. DE VITA APOLLONII Tyanei, Ex Photio.

Interprete AND. SCHOTO ANTVERP. *de societate* IESV.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ Φιλοστράτου Τυρίου εἰς τὸν τῦ Ἀπολλωνίου τῦ Τυανέως βίον· λόγοι ὀκτώ. ἔστι δὲ τὴν φράσιν εὔτονος, καθαρός, ὑπόπυκνός τε καὶ ἀφοριστικός, καὶ βρύων γλυκύτητος, ἐκ τῶν ἀρχαϊσμῶν καὶ τῦ καινοπρεπεστέρας τῆς συνθέσεως ἐμφιλοτιμούμενος. ἱστορεῖ δὲ τὸν Ἀπολλώνιον πρός τε Ινδοὺς (οὓς καλεῖ καὶ Βραχμάνας) ἀπιέναι, ἐξ ὧν καὶ πλείστα τῆς πρὸς αὐτοὺς θεοσοφίας ἐκμαθεῖν· καὶ πρὸς τοὺς Αἰθιόπων σοφούς, οὓς καὶ γυμνοὺς ὀνομάζει, ὅτι καὶ γυμνοὶ τὸν βίον ὅλον διάγουσι, μηδὲ τῦ ἀέρος δυσχερῶς αὐτοὺς εἰς πρόσοψιν ἐλθεῖν. πολλῶ δέ φησι τοὺς Ινδῶν τῦ ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ σοφῶν πρωτεύειν. ὅτι τε φησὶ πρὸς ἀκτῖνα οἰκοῦντες ἡλίου, μᾶλλον εἶναι τὸν διανοίαν ὀξεῖς καὶ καθαρούς· καὶ ὅτι καὶ χρόνῳ πρεσβύτερα τῶν μύθων Ἀπολλωνίῳ οὐδὲν ὅλως φησὶ τελεσθῆναι, οἷα * ὁ μυθῶδης αὐτῷ χαρίζεται λόγος· φιλόσοφον δέ τινα καὶ ἐγκρατῆ βίον ἀποσεμνύνων αὐτὸν βιοῦντα, ἅτε καὶ Πυθαγορείκην διδασκάλου φιλοσοφίαν, εἴτε ἤθεσι καὶ ἐν δόγμασι. τὸν δὲ θάνατον αὐτῦ ἄδηλόν τε καὶ πολλοῖς διαφωνούμενον λέγει γενέσθαι. αὐτὸς ἐκείνου τῦτο ἀσυνδιάσημος· καὶ * δὲ καὶ ζῶντα ὑπολέγειν, ὡς δεῖ τὸν σοφὸν τοῖς πολλοῖς ἀγαθόντα βιῶναι. εἰ δὲ μή, κἂν χρῶ ἀποβιῶναι ἀγαθόντα. τάφον δὲ αὐτῦ μηδαμῦ γῆς ἐγνῶσθαι. λέγει δὲ αὐτὸν μάλιστα χρημάτων κρείττω γενέσθαι, ὡς καὶ τὴν κτῆσιν αὐτῦ τῦ τε ἰδίῳ ἀδελφῷ καὶ ἑτέροις καταλιπεῖν· καὶ τῶν μηδενὸς τῶν ἐπὶ ἐξουσίας, καὶ τοι πολλὰ ἀξιούντων λαβεῖν χρήματα. αὐτὸν τὸν ἐν Ἐφέσῳ λιμὸν καὶ προειδεῖν, καὶ γενόμενον παῦσαι. καὶ λέοντα δὲ ἰδεῖν, καὶ εἰπεῖν, ὡς ἡ τῦ Ἀμάσιδος τῦ Αἰγυπτίων βασιλέως ψυχὴ ἐν τῷ θη-

χ. ὡς

χ. ἔπ λέγειν



LEGI Philostrati Tyrij de vita Apollonij Tyanei libros octo. Stylo vsus est aperto, gratioso, cõciso, pleno etiam dulcedine, ac cum ex priscis loquendi formis, tum ex recentioribus elegantiis laudem quærit.

Narrat Apollonium ad Indos (quos & Brachmanas nominat) profectum esse, ex quibus pleraque diuinæ eorum sapientiæ didicerit. Profectum item ad Æthiopum sapientes, quos & γυμνοὺς appellat, quòd nudi ætatem perpetuo transigant, & ne cœli quidem tempestate atque inclementia vexati amictum induant. Indorum autem sapientes longe ait his antecellere, tum quod Solis radiis propiores, mente sint magis acuta & pura, tum ex eo quoque, quod ætate sint priores.

Ab Apollonio porro eorum nihil omnino gestum refert, quæ fabulosè de ipso narrantur: tantum philosophicam quandam temperatámque eius vitam extollit, qua Pythagoream sectam, cum moribus tum doctrina expressérit. Mortem ipsius obscuram fuisse, & à multis variè narratam scribit, studiosè hoc ipsum Philostrato agente. Etenim & viuentem dicere solitum sapientem oportere fallere omnes, ac latere in vita; id si nequeat, mori saltem latentem debere. Sepulchrum eius nusquam ostendi. Addit & diuitiarum mirificum contemptorem fuisse, vt & suas ipse possessiones germano fratri aliisque sponte concesserit, & à nemine potentiorum pecunias acceperit, quantumuis illi multa merenti obtruderent. Famem Ephesi longè ante prouidisse, & ortam sustulisse. Leone forte viso, dixisse, Amasidis Ægyptiorum Regis ani-

mam, pœnas vitæ ſcelerum dantem, in feram illam commigraſſe. Empuſam itẽ deprehendiſſe, ſub perſona meretricis Menippi, ſe amore captam fingentem. Puellam Romæ quidem exſpirare viſam, in vitam reuocaſſe. Soluiſſe compedes ſibi, dum in carcere conſtrictus teneretur.

Apud Domitianum Imp. cauſam dixiſſe, pro ſe & Nerua, qui Domitiano in Imperio ſucceſſit, cauſaque dicta è foro euanuiſſe, & ad Demetrium, ac Damin (ſic cum iis pacto inito) nullo temporis ſpatio, ſed momento, acceſſiſſe, licet dierum aliquot itinere diſtantes. Talia de ipſo Philoſtratus comminiſcitur. Negat tamen pro initiatore habendum, propterea quòd eorum operum quædam effecerit, quæ ab illo confecta à quibuſdam iactabantur: ſed per philoſophiam, ac vitæ puritatem, hæc etiam, quæ ipſe mox narrauerit, ab illo perfecta fingit. Quin potius exoſum Magis, ac veneficis, non verò magicæ arti deditum fuiſſe.

Iam de Indis omnia iſte, maximè abſurda, fidéque indigna conſuit. Dolia enim apud iſtos ſtatuit, plena imbrium & ventorum, quibus datum ſit regionem compluere, in imbrium penuria; iterumque diſcuſſis imbribus ſiccare, dum alternis aquam ventumque è doliis ſuppeditant. His ſimilia, dementiæ plena, & alia plurima prodigioſe confingit. itáque libris octo omnis ab illo vaniſſimi laboris opera conſumitur.

A εἰῴ εἴη, ὑπέχουσα δίκην τῶν βεβιωμένων. Ἐμπουσάν γε ἐλέγξαι, ἐν ὑποκρίσει ἑταίρας ἐρᾶν Μενίππου τοῦ Κυνικοῦ μύθου. Ἐν κήπῳ ἐν Ῥώμῃ, ἀχρὶ τεθνεώσῃ δοκούσῃ, ἐπιφοιτῆσαι τῷ βίῳ· καὶ λύσαι τὸ σκέλος ἐν ᾧ δεσμωτηρίῳ, ὄντα δεδεμένον. καὶ ἀπολογήσασθαι μὲν πρὸς Δομετιανόν, ὑπὲρ τε αὐτοῦ καὶ Νερούα, ὃς μετὰ Δομετιανὸν Ῥωμαίων ἐβασίλευσεν. ἀφανισθῆναι δὲ μετὰ τὴν ἀπολογίαν τὴν δικαστηρίου, καὶ πρὸς Δημήτριον καὶ Δάμιν, οὕτω ξυνθέμενον αὐτοῖς, ὥστε ἀλλήλων· οὐ διὰ χρόνου, πραυτικὰ δέ, καί τοι ὁδὸν ἡμερῶν τινῶν* διεστηκότας. Ταῦτα μὲν περὶ ἑαυτοῦ ἀναπλάττει. οὐ μὴν τοί γε, ὡς εἴη τελεστὴς, εἴ τινα διετελέσατο τῶν ἐνίοις δοκούντων φιλοσοφίᾳ δὲ καὶ βίου καθαρότητι, καὶ ἀνὴρ αὐτὸς ἔφησεν, ἐκφανῆ εἰσάγει δοκοῦντα. ἀπεδείκνυε δὲ μᾶλλον μάγοις καὶ φαρμάκοις· μὴ ὅτι γε αὐτὸν τῇ μάγων τοῦτο μαχεῖσθαι τέχνῃ. Περὶ δὲ τῶν Ἰνδῶν ἔστι τὰ πάντα θαυμαστῶς καὶ ἀπιστότατα διαῤῥαπτῳδεῖ. πίθους γὰρ αὐτοῖς πλήρεις ὄμβρων καὶ ἀνέμων δοὺς, ὕφι τὴν χώραν, ἀνομβρίας ἐπεχούσης. ἐξικμάζειν τε αὖ, καταῤῥηγνυμένων ὄμβρων τοῖς ἐκ πίθων δυὰ μέρος χορηγίαις κυρίοις ἐκάθησε. θαυμάσια τούτοις δυοῖν μεσὰ καὶ ἕτερα πλείονα τερατευσάμενος. ἐν ὀκτὼ δὲ λόγοις ἡ πᾶσα αὐτοῦ τῆς ματαιοπονίας σπουδὴ κατηνάλωται.

Alia eiuſdem excerpta his luculentiora, ſed prolixa nimis, adiungere his non conſtitui ne eandem ſerram reciprocando, δὶς κράμβη θάνατος eſſet. exillis Photianis eclogis varias tantum lectiones & quædam forte ſupplementa obſeruare expediret: in quibus notandum illud eſt; quòd vbi I. *lib. c.* 13. *pag.* 23. *c. editum eſt,* ὥσπερ ἀπὸ σκήπτρου βεμιζευόμενα. *apud Photium legitur* ἀπὸ ὀκτάπλου βεμ. *And. Schotto vertente,* Quæ ab ipſo proferebantur fulminis inſtar reſonabant. *Ceterum cenſuræ ſuperiori de ſtylo Philoſtrati, quaſi* δευτέραν φροντίδα, *has ſecundas eiuſdem cenſoris curas ſubiicere non abs re fuerit.*

DVlci & varia narrandi ratione vſus eſt Philoſtratus, & verbis huic rei conuenientibus, & ſimili conſtructione, qualem nemo ſcribendo inſeruit. videntur enim nonnulli incompoſitè magis dicere quàm compoſitè. hunc verò ſcimus doctiſſimum fuiſſe, & à recto non aberrantem, propriam conſtructionis nouitatem adhibuiſſe: ſed quæ antiqui dixerunt ra-

Οὗτος δὴ ὁ Φιλόστρατος ἀπαγγελίᾳ μὲν κέχρηται γλυκείᾳ, καὶ ποικιλωτάτῃ, καὶ λέξεσιν ἐμπρεπούσαις φράσει τοιαύτῃ. συντάξεσι μήν τοι γε τοιαύταις, οἵαις οὐκ ἄν τις ἄλλος ἐς ὃ συγγράφειν τεταγμένος. δοκοῦσι γὰρ πῶς ἀσυντάξιας μᾶλλον ἐοικέναι, ἢ συντάξεως ὁπῆδι μετέχειν. ἔστι δὲ ἴσμεν ὁ αὐτὸς ὡς πολυμαθέστατος ὤν, οὐκ ἂν ἁμαρτίᾳ τὸ ὀρθοῦ εἰς τοὐναντίον ἐξενεχθείη τινὶ ἰδιώτῃ τῶν συντάξεων καινοτομίαν· ἀλλ' ἅπερ τῶν ἀρχαιοτέρων σοφιστῶν ἴσως εἴρηται, τούτοις

A κ. διεστηκότας

B κ. ἀπεχ.

κ. εἰς πάνυ πίθους

ἔστ εἰς κῆρυγμα ἀπεχρήσαλο, πεπ[illegible]ρησιασμένῳ A rius, iis liberius vsque ad satietatem vsum
αὐτῶν τῷ χρῆσιν ἐπιδεικνύμενος· κ᾽ οὐσῆ εἰς μά- esse: licitum esse eorum vsum demon-
τῳ, ἀλλὰ τῆ ἡδέος χάριν. ἔχουσι γὰρ καὶ τὰ τοιαῦ- strans; nec id frustra, sed dulcedinis gra-
τα τῶν λόγων, τὸ ἐπαγωγὸν κ᾽ ἐπαφρόδιτον. tia. huiusmodi enim oratio conciliandi
vim habet & venustatem quandam.

Ex τῆς Σουίδα περὶ Φιλοστράτου.

Φιλόστρατος Φιλοστράτου τοῦ καὶ Βήρου Λη- De eodem Philostrato, è Suida.
μνίου Σοφιστοῦ, ὁ αὐτὸς δεύτερος Σοφιστής. PHilostratus, Philostrati Veri Lemnj Sophistæ nepos, ipse etiam alter Sophista. Docuit Athenis, deinde Romæ, sub
σοφιστεύσας ἐν Ἀθήναις· εἶτα ἐν Ῥώμῃ Seuero Imperatore, vsque ad Philippum
ἐπὶ Σεβήρου τοῦ βασιλέως καὶ ἕως Φιλίππου, ἔγρα- scripsit declamationes, epistolas amato-
ψε μελέτας, ἐπιστολὰς ἐρωτικάς· εἰκόνας ἤτοι ἐκ- rias, imagines, seu descriptiones, lib. IV.
φράσεις ἐν βιβλίοις τέτταρσι· Ἡρωϊκὸν, ἢ περὶ B dissertationes, Capras, siue de fistula: A-
αὐλοῦ. Ἀπολλωνίου βίον τοῦ Τυανέως ἐν βι- pollonij Tyanei vitam libris octo: forum,
βλίοις ὀκτώ· ἀγορᾶν· ἡρωϊκῶν. βίους σοφιστῶν ἐν heroicum, vitas Sophistarum quatuor lib.
βιβλίοις τέτταρσιν. ἐπιγράμματα καὶ ἄλλα τινά. Epigrammata, & alia quædam.

FED. MORELLVS LECTORI ΕΠΙΕΙΚΕΙ.

QVONIAM *conuiuium istud Philostrateum, ad quod inuitatus es,* ἔρανος *est, aut* ἐρανικόν τι *præ se fert, audisis quinam* ἐρανισταὶ *extiterint. In primis V. C.* ISAACVS CASAVBONVS: *is identidem à nobis consultus, vbi in hoc Autore dignus vindice nodus occurrebat, ex incertis certos, compotésque consilij, vt Pythius quidam, reddidit; & è Bibliotheca Regia, cuius vigil Carthophylax est, benignè nobis suppeditauit Codices manu non valde prisca nec ita recente, sed scita & fida satis exaratos: quorum vnus* VIII. *lib. de Apoll. vita, vltimo tamen* μειούρῳ, *continebat: alter Sophistarum vitas. Vtriusque ope quædam loca tibicine egentia fulciuimus: alia praua dixerimus: interdũ fugitiuas aliquot periodos retraximus. Sed quia est prudentis animi & verecundi, autore Apuleio, vel falsa vituperatione grauari; si quis ex primis huius operis paginis, quòd puræ sint à varietate lect. segnitiem aut malam fidem eorum qui contulerunt, arguendam putet; sic habeto: ante quàm prior Cod. Regius ad nos peruenisset, inchoatam fuisse editionẽ, indéque factum vt defuerint nonnulla, è quibus præcipua nunc tibi quasi ἐκτυπώσεως rependere quid cunctarer? Sedenim nocuit differre paratis. Pag.* I. *B. leg.* καὶ ὃ ἐφ. *pag.* 3. *B.* καθάπερ ζωγράφος ἐστι. *D.* ἢ δέμας. *&* καίτοι τὴς. *p.* 4. *B.* ἀγνοιαν. *&* *mox* παραλελυμένα τ. *C. post* αὐτὸ, *adde,* πάσε ἐκ τ ἐκείνου ἐπιστολῶν. ἐπ. *p.* 5. *A.* ἐκπομπῆς τούτων, οὐ. *B.* οὐ μὴν δεξιῶς γε ἀ. *mox,* ξυμφέντι ἐς ἀπ. *C.* τοῖς τε φ. *vt scribendum conieceram. p.* 6. *B.* ἀγωνίσῃ γ. *C.* ἀφιλομήνης, ἀ. *D.* ἐμμετεωρολογεῖν τ. *p.* 8. *A.* γὰρ οὐδαμοῦ ἁ. deliciis nusquam magis diffluunt. *p.* 9. *B.* βαίνων ὅπη τ. *paulò post,* παρὰ τὸ π. *D.* ἡ γῆ αὐτὴ δ. *p.* 11. *B.* τὰ σοφὰ α. *C.* κ᾽ τὰ μ. *p.* 12. *B.* δοκεῖ μοι, ἐ. ὦ ἱε. τ. ἀ. τ. μὴ παρασκευάζῃ τ. *Cetera minoris erant momenti. Deinde clariss. vir* STEPHANVS TVRNEBVS *Reg. Consiliarius, emẽdationes & notas* ἰσοφόρους *in* Εἰκόνας *vtriusque Philostrati è libro parentis sui & Reip. literariæ columinis* ADR. TVRNEBI μακαρίτου *sedulò collectas, amicè vltróque contulit; has suis quasque locis aptè inserendas curauimus. En opifer alius R. P.* ANDREAS SCHOTTVS *è Societate* IESV *Theologus* πολύσοφος, *non simplici has Epulas symbola beauit; quippe qui & quasdam in Græca animaduersiones misit, & Cod. Græcum Heroïcorum, vitæ Sophist. Philostr. Iun. Imaginum, & Callistrati* Ἐκφράσεων, *Venetiis concinnius & castigatius excusum An.* 1550. *cum Latina Alem. Rhinuccini Flor.* VIII. *lib. de Apollon. translationes editione recognita & notis aucta à G. Longolio ex edit. Colon. vnde Philostr.* δύτυχῶν ὄκνον ἀρνήσεται, *vt alio quoque munere gaudet, quo grauiss. & eruditiss. Senator* PAV. PETAVIVS *concesit, vt Cod. suo scholiis & glossis Græcis onerato vteremur, è quibus* αὐθολογεῖν τι *expeditum fuit. Salue & plur. vale.*

ΕΙΣ ΤΟΝ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΝ.

ΦΕΔ. ΤΟΥ ΜΟΡΕΛΛΟΥ.

Λήμνιος ἢ Τύριος, τί σοφὸς σε Φιλόστρατε ῥήτωρ·
Καπνὸν ἰδεῖν θέφσοντ' ὄφελ πάτρας γλυκύ σοι;
Ὦ πέπον, Ἡρῴς τε, καὶ Εἰκόνες, οἵ τε Σοφισταὶ,
Καὶ σελίδες πινυταὶ οὐ γλυκίους πατρίδος;

E FED. MORELLI TETRASTICHO.

Lemnivs an fuerit, Tyriúsve Philostratvs, hæres?
Quid refert; idem si sapor est operum?
Facundas Tabulas, Heroïca gesta, Sophistas,
Actæis scriptor condidit hic salibus.
Ergo si patria est vbicumque bene est, ibi vera
Autoris patria est, quò monumenta nitent.

ΟΚΤΑΣΤΙΧΟΝ

ΕΙΣ ΕΙΚΟΝΑΣ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΓΡΟΓΟΝΟΥ

καὶ νεωτέρου τοῦ Φεδερίκου Μορέλλου καθορθωθείσας.

Εἰκόνας αἳ τὸ πάλαι τεχνήσατο ζωγράφος ἴδρις,
Εσμὸς χιμῶνος πυλιὴ ἐλιήσατο.
Ανθηλαν δὲ σελῖσι Φιλοστράτου ἀμφοτέροιο,
Γήραϊ δ' αὖ σελίδες κεῖντο μυδαινόμεναι.
Χεῖρ' ὀρέγων δὲ Μορέλλος ἀλεξήτειρον ὀλέθρου,
Ημιφανεῖς σελίδας δ' ὕδρῳ ἐμφάνισεν.
Ζωγράφος οὐ ὄασωνται Φιλοστράτῳ ὅτι χρεώστης,
Τόσσα Φιλόστρατος ἄρ' ἦσθε Μόρελλε τείν.

E Græco Octasticho V. C. Bapt. Machavlt.

Pinxerat egregias pictoris cura tabellas,
Has immitis hyems deinde male obruerat.
Pòst, geminus scribendo Philostratvs integrat omnem
His florem: infecit sed monumenta situs.
Tum medicas adhibente manus ad scripta Morello,
En rediuiua ad nos pagina docta redit.
Hinc tibi pictorem debere, Philostrate, constat,
Federicvm de te quod meruisse patet.

NIC. MORELLVS FED. F.

INDEX CAPITVM
VITAE APOLLONII
A PHILOSTRATO DESCRIPTÆ
VIII. LIB.

CAP. LIB. I.

DE ritu & silentio Pythagoræ, déque Agrigentino Empedocle. Cap. i. pag. 1

Iniustè damnatum Apollonium magia, quòd multa futura præuiderit, cùm & Plato & Socrates & Anaxagoras eo notati crimine non fuerint: licet diuini fuerint viri, vltimáque prædixerint. Cap. ij. pag. 3

De Damide Apollonij socio, déque commentariis dictorum factorúmque eApollonij ad Iuliam reginam. Cap. iij. pag. 4

Vbi natus Apollonius fuerit, déque aquæ cuiusdam mira potestate. Cap. iiij. pag. 6

Apollonium quartumdecimum iam annum natum ad Euthydemum rhetorem à patre deductum, tum ad Euxenum. Cap. v. 7

Qualis vestitus Apollonij, déque miro ad eum hominum concursu, ex quo vel ab Æsculapio laudatus fuerat: tum de adolescente quodam Assyrio, quòd aqua intercute liberatus ab Apollonio fuerit. Cap. vi. 10

De quodam Cilicum omnium ditissimo sacrificanti Æsculapio, vt sibi oculum effossum restitueret; quámque ob causam oculum perdidisset: & quod iussu Æsculapij exclusus à templo fuerit. Cap. vij. 11

Sciántne omnia Dei, an minimè. tum quonam modo orandum sit, quæque à diis hominibus debeantur: postremò verba Apollonij ad Æsculapium. Cap. viij. 13

De Cilice quodam forma Apollonij capto, tum quibus verbis ab eo inhonesta petierit, & quòd tertio die post malam partem obierit. Cap. ix. 14

De morte parentum Apollonij, & ampliss ima eius hereditate. Item quo modo fratrem vitiosissimum correxerit: deinde de mira eius castitate. Cap. x. 15

Interrogatus Apollonius cur non mandaret aliquid literis, quid responderit, quódque integrum quinquennium ita tacuerit, vt ne verbum quidem vnquam emitteret. Quot item bonorum nutu & signis, dum sileret, causa fuerit; tum de asylo Tiberij. Cap. xi. 17

Epistola Apollonij ad frumentarios mercatores. Deinde finito silentij tempore vt Antiochiam se contulerit. Déque templo Daphnæi Apollinis, & Daphne, & magno ad eum concursu Assyriorum. Inde præcepta ad discipulos, & quid illis faciendum tota die. Cap. xij. 20

Quo dicendi genere vsus Apollonius fuerit, quódque interroganti dialectico responderit. Déque discessu eius ex Antiochia ad Indos, & quòd ad Ninum vrbem peruenerit, inibique Damidem inuenerit, qui Apollonium admiratus secutus est perpetuus comes, omnia illius dicta factáque literis accuratè commendaturus. Cap. xiij. 23

Cùm in Mesopotamiam peruenisset Apollonius, quasnam merces secum se ferre interroga-

tus responderit. Deinde de Mesopotamia, quare ita appellata fuerit ; déque Tigride & Euphrate fluuiis. Tum quanta fuerit fortitudo & sapientia Apollonij. 26
Cap. xiiij.
Apollonium Ctesiphonte relicta in Babylonis fines peruenisse : quídque Satrapæ inibi custodi, quisnam esset, & vnde veniret, interroganti, responderit : Inde Satrapæ amicum factum, thesaurum ab eo oblatum, & reliqua munera, præter panem & olera, renuisse. Cap. xv. 28
De leæna eximiæ magnitudinis occisa à venatoribus, & catulis octo in vtero inuentis. item quid de leænæ partu proditum sit. tum quid leænam & catulos significare Apollonius vaticinatus fuerit. hinc de octo passerculis & matre à dracone in Aulide deuoratis. Cap. xvi. 30
Quòd somnium visum Apollonio profectò in Cissiam, & somnij explanatio. tum de Eretriis populis historia : déque Apollonij ad Clazomenium Sophistam epistola. hinc historia Eretriensium, vt ex Eubœa in Mediam peruenerint ; quídq; Apollonius dum illorum sepulchra instauraret, dixerit. Item quid pro Eretriis ab rege Apollonius petierit. Cap. xvij. 32
Quanti fuerint Babyloniæ muri : déque flumine Euphrate, & ponte pulcherrimo in eo. Item, de regia admirabili, & thalamis & aliis in ea, necnon de Sapphiri colore, & de Magis pauca quædam. Cap. xviij. 36
Ingressum Babyloniam Apollonium statuam regis auream noluisse adorare. Deinde eius verba ad Satrapas regis, & quonam modo ad regem accersitus accesserit. Déque regis somnio. Cap. xix. 38
Apollonium dum duceretur ad regem, de vxore Pamphyli cuiusdam Sapphus amica locutum, ne regias opes admirari videretur. hinc ad regem ductum multa cum eo locutum, & admiratum regem. Cap. xx. 41
Apollonio à rege concessum vt ab hospite priuato acciperetur. hinc missum Eunuchum ad Apollonium, vt decem quæcunque vellet munera ab rege peteret, & tempus petendi constitutum. tum quid Damis suaserit de accipiendis muneribus.
Cap. xxi. 44
Simulasse primò Apollonium tanquam persuasum à Damide accepturum se ab rege munera, quòd Æschines, Plato, Aristippus, Elicon, Python, Eudoxus, Speusippus amatores pecuniarum fuerint : deinde grauiter disputasse de contemnenda pecunia, & præsertim à viro sapiente. Cap. xxij. 46
Apollonium duntaxat à rege petiuisse vt Eretriorum misereretur, dixisséque nulla re alia se indigere præter panem & bellaria. Deinde Eunuchum quendam cum vna ex regiis pellicibus deprehensum, nec damnatum morte sententia Apollonij. hinc quid regi faciundum esset, vt securus dominaretur dixerit Apollonius, déque legatis ad regem.
Cap. xxiij. 49
Ægrotanti regi plurima de immortalitate animorum dixisse Apollonium. hinc multos sermones vltro citróque inter eos habitos : tandem benignè à rege dimissum Apollonium : donatúmque camelis & ceteris necessariis eunti ad Indos. Cap. xxiiij. 52

INDEX CAP. LIB. SECVNDI.

De Armenia, Cilicia, Pamphylia, Caribus : déque Caucasi, & Mycales montium

altitudine. Idem de Tauro, India, Scythia, Mœotide, Ponto. Quantus sit ambitus Caucasi. Quòd Pantheræ aromatibus gaudeant. De torque aureo in collo Pantheræ inuento. Vnde dicitur Nysæus. Cap. i. 55

De Prometheo & vinculis, quibus ligatus fuisse dicitur. Cur incolæ Caucasi aquilas persequantur. De quatricubitis, & quincubitis hominibus, & Lamia execrationibus fugata. Item Anaxagoram in Mimanto, Thaletem in Mybala, atque in Ato alios contemplatos: & quomodo verè sit contemplandum. Cap. ij. 57

De Copheno fluuio, & camelis, quorum genua inflexibilia. Déque vino ex Dactylis non minus inebriante, quàm quod ex vuis: & de melle ex arboribus. Cap. iij. 60

De Nysa monte plantis consito, vt Tmolus in Lydia. De templo Bacchi vitibus, hederísque complexo: & simulachro eiusdem. Item cuiasnam Bacchus fuerit, varias esse opiniones: sed inscriptione quæ in disco apud Pytho visitur, credi Thebanum fuisse. tum de altero Baccho Indi fluminis filio: necnon Nysam μηρὸν, id est femur, à Libero patre appellatam. An Alexander Macedo in Nysa Orgia celebrauerit. Cap. iiij. 63

De petra auerna stadiis xv. lata, quæ ἄορνος, id est, sine auibus, ab α priuatiua, & ὄρνις auis dicitur. & quare ita appellata fuerit. Item quid bonum equitem, ac militem facere oporteat. Tum de puero agitante elephantum: & ipso elephanto. Cap. v. 66

Elephantorum esse triplex genus. Déque elephanto annos nato plures quadringentis: eundémque pro Poro rege aduersus Alexandrum pugnasse. De alio item elephanto Aiace nomine, capto anno quadringentesimo post bellum quoddam in Libya: hinc non rectè sentire qui elephantorum dentes cornua potius esse, quàm dentes volunt. demum, qui dentes liuidi, qui albi, qui magni, qui parui, qui sectu faciles sunt. Cap. vi. 69

De moribus elephantorum, amoréque in fœtus animalium omnium, & quòd leæna pardorum amore capiatur: leones verò si masculosos viderint catulos, eos vt nothos discerpant. Phocam præterea, quòd mortuum peperisset catulum, triduò à cibo præ dolore abstinuisse. Aquilam etiam aëtite lapide (ἀπὸ τῦ ἀετῦ, id est, aquila dicto) Ciconiam verò lychnite (λύχνος lucerna est) nidos suos, vt serpentes arceant, conglutinare. Cap. vij. 72

An verum sit, quod de vipera pariente à quibusdam dicitur. Hinc Euripidis Iambicum, ἅπασι δ' αὐδεφποισιν ἡ ψυχὴ τέκνα. id est, Cunctis hominibus filij sunt corculum. *à Philostrato sic repositum, ἅπασι δὲ ζώοισιν ἡ ψυχὴ τέκνα. id est,* Natos parentes, vt cor omnes diligunt. *Item cur minimi elephantes in itinere præcedant. Quídque Iuba de ipsis scripserit. Deinde de traiectu fluminis: quantáque sit illius latitudo. Cap. viij.* 74

De niuibus, quæ ex Æthiopia, & Catadupis montibus dicuntur fluere: déque equis fluuialibus, & Crocodilis, ac maximis Indiæ caloribus. quáque re feruores remittantur. Vtque ad Taxila regiam vrbem peruenerint: tum de vestitu Indorum: & vnde byssus nascatur. Templum quoque aut vrbem fuisse maximum, vbi multa præclara videbantur: vt Tabellæ de gestis Alexandri & Pori, adeò artificiosæ, vt à Zeuxide, aut Polygnoto, aut Euphranore sculptæ iudicarentur. Cap. ix. 78

De pugna Alexandri & Pori: ac victum fuisse Porum: sed eodem die & amisisse regnum, & dono accepisse. Hinc disputatio de pictura & coloribus: déque Aiace Timomachi. Cap. x. 81

Apollonium ductum fuisse ad Indorum Regem: tum de domibus Vrbis, & templo margaritis constrato. Deinde qui sermo habitus fuerit inter Apollonium & Phraotem regem: déque eius modestia & temperantia: & quòd Græcæ linguæ rex peritus fuerit. Cap. xi. 85

Apollonium cum regem ad conuiuium profectum: & quale conuiuium fuerit: Déque sagittandi Indorum peritia. Hinc quales in Græcia, quales apud Indos essent philosophi: quotóque ætatis anno inibi philosophiæ dare operam adolescentes incipiant: quódque omni eos vitio carere oporteat: esse præterea, qui illos examinent, an philosophia digni sunt: ídque ex oculis, & supercilio, ac genis præcipuè cognosci posse in conuiuio ab Rege narratum. Cap. xij. 89

Narratio Phraotæ regis de parentibus suis, & seipso: vt scilicet pater adhuc adolescens regno iectus, philosophiæ apud sapientes operam dederit, ipséque Græcas literas edoctus à patre ad eos ipsos sapientes philosophiæ gratia missus fuerit; ac defunctus parentibus ab amicis paternis in regnum reuocatus. Cap. xiij. 93

De Oxydracis, & eorum vrbe inexpugnabili: vt pote qui non armis, sed tonitruis, & fulminibus à Ioue missis hostes propulsent: Idque in Herculem & Bacchum visum olim fuerit. Quódque Ægyptius Hercules ad Gades venerit, non Thebanus. hinc longa disputatio viri magis somno capiantur, vinine, an aquæ potores. Déque medicamentis ad somnum, & Amphiarao vate. Cap. xiiij. 96

Apollonium sacrificasse Soli expectante Phraote, vt de agro vendito, de quo controuersia obinuentum thesaurum, dicendæ sententiæ consiliarius interesset: agrúmque Apollonij sententia, cessisse emptori: quòd vir bonus esset, iustúsque & pius erga deos: contra, malus venditor, impiúsque & deorum contemptor. Tum de camelis albis, ac regis epistola pro Apollonio ad Iarcham præceptorem vnum è sapientibus. Hinc de portis in quibus Alexandri & Pori statuæ, & de aris inscriptis epigrammate, atque de columna vbi scalptum, Ἀλέξανδρος ἑστήκει ἐνθάδε. id est, Alexander hîc stetit. Cap. xv. 102

INDEX CAP. LIB. TERTII.

De Hyphasi de flumine, & piscibus in eo, pauonibus nomine: de oleo naturæ mirabilis: de asinis syluestribus vnicornibus, déque poculo ex iis cornibus admirandæ virtutis: hinc de muliere nigra facie, ceteris partibus candida. De cinamomo in Caucasi radicibus: de arbore ferente piper, & simiis: cúrque earum carne leones vescantur: necnon vt in colligendo pipere simiæ decipiantur. Cap. i. 108

De planicie itineris quindecim dierum, ac frumentorum, & fabarum magnitudine: déque ceteris fructibus. Tum de draconibus, & venatione eorum: quódque inde sit venatoribus lucrum. Capi verò eos carminibus: esséque in draconum capite lapillos miræ virtutis. Cap. ij. 112

De Paraca vrbe, cuius ciues belluarum linguas intelligunt. Item de ceruis albis, quantáque veneratione sint sapientes apud Indos. hinc Græcè omnes loqui, qui vicos apud sapientes incolunt. De colle præterea sapientum ex natiuo saxo, in quo Bacchus & Hercules sculpti visuntur, conantes cum Dis Panibus collem occupare, & fugati fulminibus. Item de puteo culpæ & cratere veniæ pleno ignis, deque duobus dolis, quorum alterum pluuias, serenitatem alterum facit. Cap. iij. 115

Quid de Indis in oratione Apollonius *ſcribat: hinc epiſtolæ interpretatio, cur ſcilicet in terra Brachmanæ & ſint & non ſint, nihilque eis cum ſit, nihil deficiat tamen.*
Cap. iiij. 119

Acceptum à ſapientibus Apollonium, *inueniſséque eorum principem Iarcham in throno ſedentem: tum diuinaſſe nomen, &* Apollonij, *& parentum eius, & pleraque omnia, quæ illi euenerant, ac ſi ſemper affuiſſet: Memoriam præterea ab illis poſt Deos coli. Hinc de mirabili vnguento, quo vncti ſtatim ſudabant, déque terra ſaltante percuſſo baculo, vtque ipſi miraculosè eleuarentur è terra.*
Cap. v. 121

Indorum ſapientes ſcire omnia. Deóſque eſſe, quicunque boni ſint. Hinc de Achille, & Gange Rege longo decem cubitis, & formoſiſſimo: qui poſtea tranſierit in Iarcham. Item quomodo Pythagoras Euphorbum ſe fuiſſe cenſuerit. Déque puero, qui olim Palamedes. Cap. vi. 124

Apollonium in alio corpore nauis fuiſſe gubernatorem: & quid tunc præclarè geſſerit. Hinc Proteum in Pharao habuiſſe domum. Minoem præterea fingi à poëtis iuſtitiæ adminiſtratorem eſſe apud inferos, licet crudeliſſimus omnium fuerit: contrà, Tantalum, qui humanus vir fuit & pius, ſiti & fame excruciari, lapide etiam ruituro ſupra caput eius appenſo: tum de ſtatua eiuſdem ſimili phialam propinanti, cur ita.
Cap. vij. 128

Medorum regem ad ſapientes profectum conſilij gratia: Hinc inuitato eo ad cœnam, tripodas, ac fercula per ſe ſuo tempore acceſſiſſe ad diſcumbentes, & alia id genus viſa.
Cap. viij. 132

Sapientes, cùm ad eos ſe contulit Apollonius, *duodeuiginti fuiſſe. Deinde qualia ſint, quæ non virtute, ſed ſorte eligantur. Item Medorum regi illius ætatis, viginti millia ſeruorum domi nata extitiſſe. Tum de Xerxe, & fuga eius ex Græcia.*
Cap. ix. 136

De Tantali potione, ac poculo: qualiſque Tantalus viuens erga homines fuerint.
Cap. x. 140

Ex quibus rebus compoſitus ſit Mundus. Tum de quinto elemento, & quòd ſimul creata elementa fuerint, eſſéque mundum animal vtriuſque generis. hinc naui Ægyptiæ omnium quàm maximæ mundi regimen comparatum. Gubernari verò mundum à Deo omnium creatore, atque à Diis, qui ſub eo ſunt. De peritia præterea linguæ Græcæ, & facundia, & vrbanitate Iarchæ. Dein quæſtio terráne mari maior ſit, an mare terra.
Cap. xi. 141

De puero formoſo adamato, vexatóque à Dæmone, & de epiſtola à ſapientibus ad Dæmonium, quo abiret à puero. Tum de Claudio, Luſco, & muliere abortum faciente liberatis. Quódque oua noctuæ ſi elixa comeſa fuerint, abſtemios faciant.
Cap. xij. 144

Apollonium de ſtellarum diuinatione libros quatuor conſcripſiſſe: atque etiam de ſacrificis. Inde an ſcientia diuinandi teneri ab humano queat ingenio, & qualis eſſe debeat, qui conſequi eam voluerit: tum de ſeptem annulis ſtellarum ſeptem nominibus appellatis.
Cap. xiij. 147

Quale donum mortalibus medicina, atque vnde orta ea ſit. Item an diuinandi ſcientia ſit medico neceſſaria. Tum de Martichora animali: de aquis aureis, de lapide alios ad ſe trahente Pantaura nomine: de Pygmæis, & Sciapedibus, & Macrocephalis: & de auro, quod Gryphes effodiunt, & ipſis Gryphibus. De Phœnice aui, & Cygnis.
Cap. xiiij. 149

Apollonium apud ſapientes fuiſſe menſes quatuor: tum de pio eius diſceſſu: de ſimiis nigris: de mari rubro ab Erythra rege (ἐρυθρὸν verò rubrum.) De epiſtola eius ad Sapientes: de Hyphaſide, vrbe Patala. Quid de mari rubro ab Orthagora dictum. De Oſtreis maximis, in quibus Margarita lapis. De Pagadibus Oritarum regionis. De piſcedulis, qui Græcè ἐμφυσήτας dicuntur. De vrbe Stoberis. Cap. xv. 153

De Balaris vbi emporium, de Seleris ſacra inſula: de Nereide ſæua nautis, de margarita & belluis plurimis rubri maris, déque reditu ad Babylonem. Vtque in Antiochiam profectus, & contumeliis ibi affectus in Cyprum ad Paphum, vbi Veneris templum nauigauerit. Cap. xvi. 156

INDEX CAP. LIB. QVARTI.

Quanti omnes fecerint Apollonium in patriam reuerſum. Tum de legatis ad eum, & oratione ad Epheſios. Hinc quemadmodum voces paſſerum quorundam inter concionandum Epheſius interpretatus fuesit. Poſtea de peſtilentia, quæ inuaſit Epheſios. Cap. i. 158

Quid fecerit, reliquam circuiens Ioniam Apollonius, prædicando adhortandóque ad bene beatéque viuendum, & ad ſtudia bonarum artium. Dehinc Smyrnam vrbem omnium, quæ ſub Sole ſunt, pulcherrimam extitiſſe, necnon viris præclaris potius, quàm ædificiis vrbes ornare oportere. Diſſenſionem præterea, & diſcordiam pro bono reipub. plurimùm prodeſſe ciuitatibus. Cap. ij. 161

Miſſos ab Epheſiis ad Apollonium legatos pro ſedanda peſtilentia, & quonam modo liberati ab eo fuerint: hinc illum in Græciam profectum in templo Æſculapij ſomnia, qui eò venerant, interpretari edocuiſſe: deinde iuiſſe in Ilienſes, illorúmque doctrinam adeptum ad Achillis tumulum acceßiſſe, noctémque inibi totam ſolùm fuiſſe. Cap. iij. 164

Antiſthenem Parium interdictum ſocietate Apollonij, iubente Achille. Tum autumno ſoluiſſe Troia Apollonium, eóque tempore perinfidum mare eſſe nauigantibus, hinc de ſepulchro & ſtatua Palamedis, in qua inſcriptum, ΘΕΙΩι ΠΑΛΑΜΗΔΕΙ. *& de reſponſis Orphei in Lesbo. Cap. iiij.* 167

Apollonio apparuiſſe Achillem, permiſiſßéque, vt quinque tantùm quæ vellet, à ſe peteret. De Polyxena verò dixiſſe præ amore erga ſe ſponte ſua gladio illam incubuiſſe. Tum quare Homerus de Palamede non meminerit in poëmate: quódque ſapientiſßimi viri illius miſereretur. Senarius Iambicus ex Æſchyli Nioba Σοφοῖς * ἐστι γὰρ σοφοὺς ὁμιλητά. Prudentibus affinia inter ſe pleraque. *Tum quare Helenam iniuſtè Græci à Troianis petiuerint. Cap. v.* 170

De philoſophis inuentis in Phalero, & ſacris Epidauriis, déque Hierophanta Antiſtite, atque adoleſcente dæmoniaco ab Apollonio liberato. Cap. vi. 174

Bacchanalia, & muliebres Athenienſium ornatus reprehenſos ab Apollonio. Tum cur Athenienſium & venti ſocij, & Boreas præter ventos ceteros maſculus, affinis eſſe dicatur. Sublatos præterea ab Apollonio crudeles Indos: hinc pro Achille legatum eſſe ad Theſſalos congregatos in Pylea ad Amphictyona celebranda: deinde de Lacedæmoniis, qui pro patria occubuere, déque Arcanane Megiſtia. Cap. vij. 177

Viſitaſſe Apollonium omnia Græcorum delubra, vt Dodonæum, Pythicum, Am-

phiarai, Trophonij, Musarum in Helicone. Tum de portu Lechæo. Quídque de sectione Isthmi vaticinatus fuerit Apollonius, & quòd postea aggressus eam Nero, destiterit ab incœptis, & quare destiterit. Inde de Demetrio philosopho: de Phaurorini orationibus. De Menippo quodam amanti vnam è Lamiis, quæ se in formosiß. mulieris corpus transformauerat: vtque ab Apollonio publicè liberatus fuerit. Cap. viij. 180

De Basso quodam, qui assiduè de Apollonio maledicebat, item de legatis Lacedæmoniorum increpitis. De statua & robore Milonis. De statuaria. Tum de iuuene, qui sibi doctus esse videbatur. Cap. ix. 184

De quibusnam rebus habitæ orationes fuerint ab Apollonio in Olympiis. Tum quid à Laconicis sacerdotibus Lacedæmonem profectus interrogatus fuerit. Deinde quare infortunati habendi sint mercatores. Cap. x. 188

De epistola Imperatoris ad Lacedæmonios, & somnio Apollonij: & quòd in Cretam nauigarit. Hinc de Malea, Cydonia, Gnoso, Labyrintho, Minotauro, Cortina, Ida, templo Leuenæo, leone Rheæ matris, terræmotu ingenti: insula terræmotu exorta. Cap. xi. 191

Quòd Nero philosophiam oderit, Musoniúmque philosophum in carcerem coniecerit. Quódque Philolaus philosophus Romam fugiens, ne se conferret, Apollonium terrere conatus fuerit, & quid ille responderit. Tum Philolai sermone perterritos Apollonij discipulos octo exceptis abiisse, hortatúmque Apollonium, qui remanserant: multáque de Neronis locutum sceleribus. Cap. xij. 194

De Citharœdo carmina Neronis cantante coram Apollonio. Quídque cum Thelesino Cõsule, præfectóque sacerdotum, de sacris & Diis locutus fuerit Apollonius. Cap. xiij. 198

De Neronis gymnasio, & Demetrio philosopho expulso ab Vrbe iubente Tigillino: déque prodigiosa tempestate, quàm Græci Δοσημίαν dicunt: tum quid de ea Apollonius præsagerit. Quódque fulmen è manu Neronis calicem iam ori admotum excusserit. Cap. xiiij. 201

Capitis defluxiones inuasisse Romanos, & ipsum Neronem. Inde accusatum Tigillino Apollonium: quódque ne vestigium quidem vllum literarum inuentum in pugillari, vbi inerat accusatio. Tum non ausum Tigillinum nocere Apollonio; ratum supra hominem illum esse. Cap. xv. 204

De puella ad vitam reuocata, vt Alceste ab Hercule: tum de epistolis, quas ad se miserunt Apollonius & Musonius: hinc de edicto Neronis, ne quisquam Romæ philosopharetur: discessisséque propterea Apollonium occidentem versus. Cap. xvi. 206

INDEX CAP. LIB. QVINTI.

De Columnis Herculis, & Abyla, & Calpe promontoriis: de causa accessus & recessus Oceani: tum quando animæ non deserant morientia corpora: hinc de Gadibus, de insulis fortunatis, de Aris Senectæ, artis, paupertatis: de Hercule Ægyptio, & Thebano, de Geryone. Græcos præterea esse, qui Gades incolunt. Deinde de arboribus sanguine manantibus. Cap. j. 209

De Bæti flumine, vnde Bætica regio. Inde de Nerone in Olympiis, Elienſibúsque ludis. Tum de Isthmi sectione. Cap. ij. 212

Ter in Olympiis viciſſe Neronem nuntiatum Gaditanis. De Vindice & morte eius: déque vitiis Neronis. Galbam præterea, Othonem, Vitellium Thebanis regibus comparatos. Cap. iij. 215

Incantatores omnes eſſe miſerrimos. Tum Siciliæ tricipitem natum infantem portendiſſe Galbam, Othonem, Vitellium, annum duntaxat regnaturos. Cap. iiij. 218

De Typhœo, & Ætna. tum de fabulis Æſopi, & poëtarum figmentis: quódque illa magis, quàm hæc accedunt ad ſapientiam. Deinde vt Æſopus, cùm eſſet paſtor fabularum componendarum peritiam adeptus fuerit. Cap. v. 220

An Gigantes cum Diis bella geſſerint. Item cur montes ardeant. Tum de naui ſubmerſa, quam perituram prædixerat Apollonius: deque Muſonio effodiente Iſthmum. Cap. vi. 223

Apollonium non aſpernatum fuiſſe meritas laudes. Deos præterea fauere philoſophis. Tum de Coloſſo Rhodienſi, & Cano tibicine excellenti. Quidque facere poſſit muſica. Cap. vij. 225

De adoleſcente Rhodio ædificante: déque alio adoleſcente edace. Item Theologiæ ſtudioſos eſſe Ægyptios. Tum quemadmodum prædixerit Apollonius Pharionem quendam, cùm ad ſupplicium duceretur, non abſciſſum iri. Cap. viij. 229

Improbaſſe Apollonium Ægyptiorum ex animalibus ſacrificia. Tum de hippodromo Alexandriæ, & Claudio Imperatore. Hinc, qua ætate hominis ingenium maximè vigeat. Item Veſpaſiano obuiam iuiſſe ſacerdotes Aegyptios, honorificéque illis de Apollonio locutum Veſpaſianum. Cap. ix. 231

Quid Veſpaſianus cum Apollonio locutus fuerit, qualémque regem eſſe oporteat. Deinde quotum annum ætatis agens Imperium adeptus fuerit Veſpaſianus. Hinc de Vitellij ſceleribus, & quid prædixerit Veſpaſiano Apollonius. Cap. x. 235

De Dione & Euphrate ad Veſpaſianum ab Apollonio intromiſſis. Hinc quid de Tiberio, Caio, Claudio, Nerone, Galba, Othone, Vitellio, Cæſaribus, Veſpaſianus dixerit. Tum Euphratem & Dionem ſuaſiſſe Veſpaſiano, vt occuparet rempublicam Romanam libertatis cupidam. Cap. xi. 238

Apollonius multis rationibus confutaſſe Euphratis ac Dionis ſententiam: deinde perſuaſiſſe Veſpaſiano vt imperium aggrederetur. Cap. xij. 243

Iuſſum à Veſpaſiano Apollonium, vt ſe, quomodo gubernandum ſit regnum, doceret, multa illi documenta, præceptáque dediſſe, nulli non regi accuratè ſeruanda. Cap. xiij. 246

Philoſophiæ cùm de rerum natura præcipit, credendum eſſe: cùm verò de Diis, minimè. Veſpaſianum præterea optionem dediſſe petendorum munerum Apollonio, Euphrati, Dioni. Tum epiſtolas tres ab Apollonio ad Veſpaſianum ſcriptas. Cap. xiiij. 249

De leone manſuetiſſimo, qui olim fuerat Amaſis rex Aegypti: quódque cognitus ab Apollonio plorauerit. Item de oratione Olympica, quam Alexandriæ habuiſſe ad ſocios Apollonius dicitur: cùm eſſet reliquam viſurus Aegyptum, iturúſque in Aethiopam ad gymnoſophiſtas. Cap. xv. 253

INDEX CAP. LIB. SEXTI.

De Aethiopia & Nilo atque Indo fluminibus. Item de Pygmæis, & canicipitibus, quos Græci κυνοκεφάλους, καὶ ὑλακτούντων ἔθνη appellant. De gryphibus Indiæ & formicis Aethiopiæ aurilegis. Hinc de permutatione mercium inter Aethiopas & Aegyptios: Quidque ſuper ea re diſputauerit Apollonius. Cap. i. 257

De Timaſione adoleſcente pulcherrimo adamato à nouerca, & quomodo id prædixerit.

Apollonius, tum de Hippolyto quædam. Cap. ij 259
De Memnone Auroræ filio & eius statua loquente, falsúmque esse illum vnquam iuisse ad Troiam, sed regnasse ætates quinque in Aethiopia. Item de pœna quæ homicidæ afficiuntur in Aethiopia: quídque prædixerit de homicida quodam Apollonius. Cap. iij. 262
Peruenisse Apollonium ad Gymnosophistas, & quam ob rem illis despectus fuerit. Cap. iiij. 265
Thespesionis Gymnosophistarum principis iussu vlmum arborem locutam Apollonio. Tum præcepta Thespesionis de frugalitate, & id genus ceteris. Item de prodici Hercule. Cap. v. 268
Apollonium longo sermone Thespesioni Gymnosophistarum principi contradixisse de Prodici Hercule, de Pythagoræ victu & silentio loquendo: Item de opinionibus sibi à philosophia propositis: quódque sapientiam, spretis ceteris, elegerit. De Aeschylo etiam tragico, & aliis & plurimis. Cap. vi. 272
Obstupuisse Gymnosophistas oratione Apollonij. Hinc de calumnia: & quales putandi sint, qui calumniatores audiunt. Cap. vij. 281
Apollonium rogatum à Gymnosophistis narrasse diligenter quæcunque apud sapientes Indos viderat: quæcũque Nilum iuniorem ex illis ad Apollonium discendi gratia accessisse. Cap. viij. 284
Derisisse Apollonium coram Gymnosophistis Ægyptiorum simulachra, petiisséque ab eis quam ob causam tam ridiculas bestiarum imagines colerent. Hinc de Deorum imaginibus apud Græcos, & quid phantasia queat efficere. Cap. ix. 288
De flagellis Laconicis, vndéque ea orta consuetudo fuerit. Item qua re peregrini non admittantur à Lacedæmonis lege lata à Lycurgo. Cap. x. 291
Quid de viro iusto, & iustitia Apollonius cum Gymnosophistarum principe Thespesione disputauerit. Cap. xi. 295
Immortalem esse animum disputandum à Gymnosophistis & Apollonio. Hinc de cataduppis, hircoboue, aliísque animalibus: déque Nomadibus, Elephantophagis, Nasomonibus, Androphagis, Pygmæis, Sciapodibus, Cataractis, atque strepitu inenarrabili aquarum cadentium: item de altitudine verticis Nili, de Dæmone Nilum moderante, cuius Pindarus meminit. Cap. xij. 299
De Satyro prope catarrhactas Nili fœminas aggrediente, & quonam modo illum mitem mansuetúmque reddiderit Apollonius. Déque alterius Satyri habitu in Lemno. Cap. xiij. 302
De clade ingenti, qua Titus Hebræos affecit captis Hierosolymis: fassúmque publicè Titum suas se manus præbuisse Deo Hebræis irato, illiúsque, non sua virtute fuisse victorem, & propterea noluisse coronam oblatam accipere. Quídque super ea re ad illum scripserit Apollonius. Tum de colloquio Titi cum Apollonio, déque morte Titi prædicta ab eo. Item de lepore pisce esu pernicioso, quo interiisse Titus dicitur. Cap. xiiij. 304
De epistola Apollonij ad Demetrium philosophum: déque adolescente erudiendis auibus suas diuitias absumente, atque persuasione Apollonij emendato. Cap. xv. 308
An olim Pactolus aureas arenas habuerit. An item arbores terra sint antiquiores. Déque ingenti Antiochiæ terræmotu, atque de thesauro inuento in hortis. Cap. xvi. 312
De quodam qui Gnidiæ Veneris simulachri amore ardebat. Item de vrbibus Hellesponti terræmotu ab Apollonio liberatis. Tum de edicto Domitiani ne liceret eunuchos facere, & plantare vineas. Cap. xvij. 315
De adolescentulo rabiente à rabioso cane demorso: vtque vnà cum cane ab Apollonio sana-

tus fuerit. Quódque in eum adoleſcentem Telephi Myſij anima tranſiuerit, & propterea eiuſdem canis morſu ſanari eum oportuiſſe, ſicut ab Achille olim vulneratus nonniſi ab eodem ſanari potuerit. Vnde Ouidius,

Vulnus Achilleo quod quondam fecerat hoſti
Vulneris auxilium Pelias haſta fuit.

Deinde qua ſanari re queat rabioſus. Cap. xviij. 317

INDEX CAP. LIB. SEPTIMI.

De philoſophis, qui aduerſus tyrannos fortiter ſe, ac præclarè geſſerunt, vt Zenone, qui primus Dialecticen inueniſſe dicitur, Platone, Pætone Rhegino, Heraclide, & Pythone, Calliſthene Olynthio, Diogene Sinopenſi, Cratete Thebano. Cap. i. 319

Zenonem, Platonem, Pœtonem, Calliſthenem, Diogenem, Cratetem inferiores fuiſſe Apollonio, rebus geſtis aduerſus tyrannos. Tum de Domitiano quædam. Quidque contra illum dixerit Apollonius. Cap. ij. 321

De tragœdo Inus fabulam agente, déque tribus Veſtalibus iuſſu Domitiani interemptis: & quómodo Domitianus Iuliam fratris filiam occiſo marito vxorem duxerit. Item Orphitum ac Rufum & Neruam in exilium miſſos à Domitiano. Quídque Apollonius fecerit contra tyrannum. Cap. iij. 324

De ſtatua Domitiani prope Meletem fluuium, & qua verba in eam dixerit Apollonius, tum propterea iuſſum à Domitiano vt ad ſe accederet, præuidiſséque id Apollonium. hinc in Siciliam, inde in Italiam Puteolos nauigaſſe; inibíque inueniſſe Demetrium philoſophum. Cap. iiij. 326

Quare Cicadas felices Demetrius dixerit. Tum de Melito & Anyto qui Socratem calumniati ſunt. Item pro quibus ſit moriendum, pro quibus minimè. Tum quid profuerint cithara & cantus Neronis. Quódque Domitianus fuerit vel Nerone peior. Cap. v. 328

Moriendum eſſe pro philoſophia Tyrannos item coli apud Medos. Hinc quando moriendum eſſe leges iubeant. Cap. vi. 332

Tyrannorum duas eſſe puniendis hominibus conſuetudines. Tum quomodo Tiberius, & Nero homines occiderint. Item de Phraote, & Iarcha, & poculo ſapientum Indorum. Hinc ſeipſum noſcere vnumquemque oportere. Vnde illud, Χίλων δ' ἐν χείλη Λακεδαίμονι γνῶθι σεαυτόν. *id eſt,* Inque caua Chilon Lacedæmone, Noſce teipſum. *Tum quid faciat ſapientia. Cap. vij.* 335

Apollonium diſceſſiſſe Puteolis à Demetrio nauigaturum Romam. Tum de Æliano amico Apollonij. Cap. viij. 339

Apollonium ſtatim cùm in vrbem venit, in iudicium ductum fuiſſe. Tum quid ſecretò Ælianus ei dixerit. Cap. ix. 342

Quibus accuſatus criminibus Apollonius fuerit: tum quid euenerit Ariſtidi ob inuidiam pulſo ab Vrbe. Cap. x. 344

Apollonium iuſſu Æliani in carcerem ductum: hinc de Helena in Ægypto, & reticulo à Leucothea donato Vlyſſi: déque diuite quodam, qui erat in carcere. Cap. xi. 347

Oratio conſolatoria Apollonij ad eos qui vnà erant in cuſtodia, iuſſu Domitiani, vt ſcilicet tolerarent, quoniam Deorum eſſet inuentum tolerantia, & id genus multa: déque vitiis, quæ natura inerant Domitiano. Cap. xij. 350

Quonam modo manſuefaciendi ſint leones. Déque Æſopi fabula de leone ægroto, & vulpe. Item intereundum ad Domitianum, quid cum Damide locutus fuerit Apollonius. Cap. xiij. 356

Stupefactum Domitianum inter sacrificandum Palladi, habitu Apollonij dæmonium esse eum dixisse. Tum quid locuti inter se fuerint. Postremò ira concitum Domitianum, iussisse vt & caput & barbam Apollonius attonderet. Cap. xiiij. 359

Perbreues & Laconico more Apollonium scripsisse epistolas. Hinc de Syracusio quodam in carcerem profecto ad Apollonium: quídque vicissim locuti fuerint. Cap. xv. 362

De Pythone oratore, & Demosthene. Quóque modo Apollonius cùm esset in carcere è compede liberatum pedem Damidi ostenderit, atque immiserit iterum: Tum de incantationibus, & qui præcipuè illis vtantur. Cap. xvi. 365

Damidem iussu Apollonij è carcere Puteolos quæ Διχαιαρχία *Græcè dicitur, ad Demetrium philosophum se contulisse. Demum de puero Arcade summæ pulchritudinis adamato à Domitiano, atque in carcerem coniecto, quia mori potius pudicus adolescens, quàm turpia, & muliebria pati constituerat. Cap. xvij.* 368

INDEX CAP. LIB. OCTAVI.

Inter ducendum in iudicium quid cum scriba, à quo ducebatur, locutus fuerit Apollonius de philosophia, de iudicio, de aqua, ad cuius mensuram loquebantur rei, hoc est ad Clepsydram, quod Græci dicunt, μετρεῖν ὕδωρ, ἢ πρὸς ὕδωρ λέγειν, *id est,* metiri aquam vel ad aquam dicere. *Cap. i.* 373

Iussum Apollonium nudum ingredi in prætorium ad Domitianum. Deinde quæ ab accusatore coram tyranno interrogatus fuerit, & quomodo absolutus. Tum disparuisse. Cap. ij. 375

Oratio Apollonij ad Domitianum, vbi se de iis, quibus accusabatur, defendit: quam tamen orationem non recitasse commemorant. Cap. iij. 379

In orationis Apollonij calce hunc Homeri versum fuisse:

Οὐ γάρ με κτανέεις, ἐπεὶ οὔτοι μόρσιμός εἰμι. *hoc est,*

Non me vnquam occides: nam non dant hoc tibi Parcæ.

Tum cùm esset ante Domitianum disparuisse Apollonium, ac stupefactum tyrannum. Cap. iiij. 409

Apollonium apparuisse Puteolis Demetrio, & Damidi mœstis, iisque existimantibus eum esse spiritum, præbuisse se tangendum, atque amplectandum. Hinc omnia narrasse, quæ contigerant. Cap. v. 411

Solui sse Puteolos à Demetrio Apollonium, & nauigasse in Græciam: quantúsque totius Græciæ ad eum visendum factus fuerit concursus. Cap. vi. 414

Adolescentis cuiusdam Athenienſis coërcetur garrulitas. Deinde qui in Olympiis disseruerit Apollonius cum Isagora quodam Thessalo. Cap. vij. 417

Ad Trophonium Apollonis filium sub terram ingressum Apollonium, ac gratum id fuisse Trophonio. Tum de libello Antij suspenso, qui Apollonij fuerat. Quódque in Antio regiam habuerit Adrianus, quòd eam vrbem amaret præter ceteras (est autem Antium vrbs Italiæ, quam mare alluit, quæ nunc Neptunus dicitur. Stephanus scribit Ἄντιον *per* θ *literam aspiratam.) Deinde vndique ad Apollonium philosophiæ gratia acceſsisse discipulos. Cap. viij.* 419

De prodigio & ostento, quod Græcè θαῦμα *dicitur, id verò fuisse aiunt coronam in cœlo solem circundantem, quæ Græcè* στέφανος *appellatur: significasséque Domitianum à quodam, cui nomen Stephano, occisum iri, vt mox euenit. Quódque compositis Græciæ moribus in Ioniam nauigarit Apollonius. Cap. ix.* 423

De causa mortis, ac de cæde Domitiani, & quoto suæ ætatis anno interfectus fuerit: quód-

que Epheſi id prædixerit Apollonius ex ipſa hora, qua tyrannus à Stephano ſuæ ſororis liberto occidebatur. Cap. x. 424

Neruam poſt mortem Domitiani creatum Imperatorem ſcripſiſſe ad Apollonium, vt ad ſe accederet, quidque ille reſponderit. hinc Apollonium quandiu vixit dicere frequenter conſueuiſſe, λάθε βιώσας. εἰ δὲ μὴ δυνάμῃ, λάθε ἀποβιώσας. *hoc eſt,* Ignoreris vixiſſe: at ſi id non queas, neſciaris interiiſſe. *Cap. xi.* 426

De morte Apollonij, & quot annos vixerit. Hinc ligato à Dictynnæ templi cuſtodibus ſponte ſua vincula decidiſſe, atque ingreſſo eo in templum, canentium virginum auditum hoc canticum, τεῖχε γᾶς, τεῖχε ἐς οὐρανόν, τεῖχε. *hoc eſt,* Veni à terra, veni in cœlum, veni. *Cap. xij.* 428

De immortalitate animorum adoleſcenti cuidam Apollonium poſt obitum prædixiſſe. Cap. xiij. 430

ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ βίων Σοφιστῶν.

Εὔδοξος Λέων
Δίας
Καρνεάδης
Φιλόστρατος
Θεόμνηστος
Δίων
Φαβωρῖνος
Γοργίας
Πρωταγόρας
Ἱππίας
Πρόδικος
Πῶλος
Θρασύμαχος
Ἀντιφῶν
Κριτίας
Ἰσοκράτης
Αἰσχίνης
Νικήτης
Ἰσαῖος
Σκωπελιανός
Διονύσιος
Λολλιανός
Μάρκος
Πολέμων
Σεκοῦνδος
Ἡρώδης
Θεόδοτος
Ἀριστοκλῆς
Ἀντίοχος

INDEX VITARVM QVAS Philoſtratus de Sophiſtis ſcripſit.

EVdoxus Leo 489 ibid.
Dias 490
Carneades ibid.
Philoſtratus ibid.
Teomneſtus 491
Dion ibid.
Phauorinus 493
Gorgias 496
Protagoras 498
Hippias 499
Prodicus ibid.
Polus 500
Traſymachus ibid.
Antiphon 501
Critias 503
Iſocrates 505
Æſchines 508
Nicetes 511
Iſæus 513
Scopelianus 514
Dionyſius 522
Lollianus 526
Marcus 528
Polemon 530
Secundus 543
Herodes 545
Theodotus 564
Ariſtocles. 565
Antiochus 566

Varus	574	Οὖαρος
Hermogenes	575	Ερμογένης
Philagrus	ibid.	Φίλαγρος
Ariſtides	578	Αελιείδης
Adrianus	581	Αδριανός
Chreſtus	587	Χρῆστος
Pollux	585	Πολυδεύκης
Pauſanias	590	Παυσανίας
Athenodorus	591	Αθηνόδωρος
Ptolemæus	ibid.	Πτολεμαῖος
Euodianus	593	Ευοδιανός
Ruphus	594	Ρῦφος
Oenomarchus	595	Οινόμαρχος
Apollonius	596	Απολλώνιος
Apollonius Athenienſis	597	Απολλώνιος Αθηναῖος
Proclus	598	Πρόκλος
Phœnix	600	Φοίνιξ
Damianus	601	Δαμιανός
Antipater	603	Αντίπατρος
Hermocrates	604	Ερμοκράτης
Hippodromus	610	Ιππόδρομος
Varus Laodiceus	615	Οὖαρος Λαοδικεύς
Cyrinus	616	Κύρινος
Philiſcus	617	Φιλίσκος
Ælianus	618	Αἰλιανός
Heliodorus	620	Ηλιόδωρος
Aſpaſius	621	Ασπάσιος

INDEX HEROICORVM Philoſtrati.

ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ Ιρωϊκῶν.

PHœnix	631	ΦΟίνιξ
Proteſilaus	643	Πρωτεσίλαος
Neſtor	669	Νέστωρ
Antilochus	670	Ανθίλοχος
Diomedes & Sthenelus	673	Διομήδης, καὶ Σθένελος
Philoctetes	675	Φιλοκτήτης
Agamemnon & Menelaus	678	Αγαμέμνων, καὶ Μενέλαος
Idomeneus	679	Ιδομενεύς
Aiax Locrus	680	Αἴας ὁ Λοκρός
Chiron	681	Χείρων
Palamedes	682	Παλαμήδης
Vlyſſes	691	Οδυσεύς
Aiax Telamonius	692	Αἴας ὁ Τελαμώνιος
Teucer	695	Τεῦκρος
Hector	696	Εκτωρ
Æneas	697	Αἰνείας

Σαρπηδὼν	Sarpedon	698
Ἀλέξανδρος	Alexander	699
Ἕλενος, Δηΐφοβος, καὶ Πολυδάμας	Helenus, Deiphob⁹, & Polydamas	700
Εὔφορβος	Euphorbus	ibid.
Ἀχιλλεύς	Achilles	704
Νεοπτόλεμος	Neoptolemus	715

ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΦΙΛΟΣΤΡΑ. Τῶν εἰκόνων.

INDEX IMAGINVM Philostrati.

ΒΙΒ. Α.

LIB. I.

Ἑλλὰς	Hellas	730
Σκάμανδρος	Scamander	732
Κῶμος	Comus	733
Μῦθοι	Fabulæ	735
Μενοικεύς	Menœceus	ibid.
Νεῖλος	Nilus	737
Ἔρωτες	Amores	738
Μέμνων	Memnon	741
Ποσειδῶν, ἢ Ἀμυμώνη	Neptunus, vel Amymone	742
Ἕλη	Paludes	743
Ἀμφίων	Amphion	745
Φαέθων	Phaëthon	747
Βόσπορος	Bosphorus	748
Ἁλιεῖς	Piscatores	751
Σεμέλη	Semele	752
Ἀριάδνη	Ariadne	753
Πασιφάη	Pasiphaë	755
Πέλοψ, ἢ Ἱπποδαμεία	Pelops, vel Hippodamia	756
Πενθεύς	Pentheus	758
Τυῤῥηνοί	Tyrrheni	749
Σάτυροι	Satyri	761
Ὄλυμπος	Olympus	762
Μίδας	Midas	763
Νάρκισσος	Narcissus	764
Ὑάκινθος	Hyacinthus	766
Ἀνδρίων	Andrij	767
Ἑρμοῦ γοναί	Mercuri fœtus	768
Ἀμφιάρεως	Amphiareus	770
Συοθῆραι	Suum venationes	771
Περσεύς	Perseus	774
Πέλοψ	Pelops	776
Ξένια	Xenia	777

ΒΙΒ. Β.

LIB. II.

Ἀφροδίτη	Venus	779
Ἀχιλλέως τροφαί	Achillis alimenta	782
Κενταυρίδες	Centaurides	783

Hippolytus	784	Ιππόλυτος
Rhodogune.	785	Ροδογύνη
Arrhichion	787	Ἀρριχίων
Antilochus	789	Ἀντίλοχος
Meles	791	Μέλης
Panthia	793	Πανθία
Caſandra	795	Κασσάνδρα
Pan	797	Πάν
Pindarus	798	Πίνδαρος
Aiax Locrus, vel Gyræ	799	Αἴας ὁ Λοκρὸς, ἢ Γυραί
Theſſalia	800	Θεσσαλία
Glaucus marinus	801	Γλαῦκος πόντιος
Palæmon	803	Παλαίμων
Inſulæ	804	Νῆσοι
Cyclops	810	Κύκλωψ
Phorbas, vel phlegyæ	812	Φόρβας, ἢ φλεγύαι
Atlas	813	Ατλας
Antæus	815	Ανταῖος
Hercules in Pygmæis	816	Ηρακλῆς ἐν Πυγμαίοις
Hercules furens	818	Ηρακλῆς μανόμενος
Thiodamas	819	Θεοδάμας
Abderi exequiæ	820	Ἀβδήρου ταφαί
Xenia	821	Ξένια
Mineruę ortus	822	Ἀθηνᾶς γοναί
Tele	823	Ισοί
Antigone	825	Ἀντιγόνη
Euadne	826	Εὐάδνη
Themiſtocles	827	Θεμιστοκλῆς
Paleſtra	828	Παλαίστρα
Dodone	829	Δωδώνη
Horę.	830	Ὁραι.

INDEX IMAGINVM Iunioris Philoſtrati.

ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ τοῦ Νεωτέρου Εἰκόνων.

Achilles in Scyro	832	Ἀχιλλεὺς ἐν Σκύρῳ
Marſyas	836	Μαρσύας
Venatores	838	Κυνηγέται
Hercules, vel Achelous		Ηρακλῆς ἢ Ἀχελῶος
Hercules in cunis	841	Ηρακλῆς ἐν σπαργάνοις
Orpheus	842	Ορφεύς
Medea in Colchis	843	Μήδεια ἐν Κόλχοις
Ludibundi	844	Ἀθύροντες
Pelops	846	Πέλοψ
Pyrrhus, vel Myſi	847	Πύρρος, ἢ Μυσοί
Argo, vel Æetes	854	Ἀργώ, ἢ Αἰήτης
Heſione	856	Ησιόνη

Σοφοκλῆς
Υάκινθος
Μελέαγρος
Νέσος
Φιλοκτήτης

Sophocles 858
Hyacinthus 859
Meleager 860
Neſſus 862
Philoctetes 863

ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΕΚΦΡΑΣΕΩΝ Καλλιστράτου.

Εἰς Σάτυρον, ὃς ἐν τῷ ἐν χωρίῳ ἔνθα ἤσκηζε
Εἰς τὸ Βάκχης ἄγαλμα, μεταφορικῶς ὑ, εἰς τὴν Δημοσθένους τέχνην διείλεκται
Εἰς τὸ Ἰνδοῦ ἄγαλμα
Εἰς τὸ τοῦ Ἔρωτος ἄγαλμα
Εἰς τὸ τοῦ Ναρκίσσου ἄγαλμα
Εἰς τὸ ἐν Σικυῶνι ἄγαλμα τοῦ Καιροῦ.
Εἰς τὸ τοῦ Ὀρφέως ἄγαλμα
Εἰς τὸ Διονύσου ἄγαλμα
Εἰς τὸ Μέμνονος ἄγαλμα.
Εἰς τὸ Ἀσκληπιοῦ ἄγαλμα
Εἰς τὸν Πραξιτέλους ἔρωτα
Εἰς ἄγαλμα Κενταύρου
Εἰς τὸ Μηδείας ἄγαλμα
Εἰς ἄγαλμα Ἀθαμάντος

INDEX EXPOSITIONVM Calliſtrati.

IN Satyrum, qui erat in loco vbi exercebatur 864
In Bacchę ſtatuam, metaphoricè in Demoſthenis artem 865
In ſtatuam Indi 867
In ſtatuam Amoris 868
In ſtatuam Narciſſi 869
In ſtatuam Occaſionis in Sycione 871
In ſtatuam Orphei 874
In ſignum Dionyſij 875
In ſignum Memnonis 876
In ſignum Æſculapij 878
In amorem Praxitelis 876
In ſtatuam Centauri 880
In ſignum Medeę 881
In ſtatuam Athamantis 882

FINIS.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ ΒΙΟΝ, ΒΙΒΛΙΟΝ Α'.

PHILOSTRATI DE VITA APOLLONII TYANEI, LIBER PRIMVS.

De ritu & silentio Pythagoræ, déque Agrigentino Empedocle. CAPVT PRIMVM.

QVICVNQVE Samium Pythagorã laudãt, narrare solent in primis ipsum Ionem quidẽ minime fuisse, sed Troianũ Euphorbum, atque in pugna mortuum reuixisse denuo: sic autẽ interiisse, vt de illo scribit Homerus. vestitũ præterea ex morticina materia confectum renuisse Pythagoram dicunt, & ab animalium omnium esu abstinuisse. nec tale quicquam omnino sacrificandũ putasse; quòd nefas esse diceret deorũ aras sanguine fœdari: sed libis mellitis thuréque, & laudationibus magis erga deos vtendum esse putaret. talia enim ab *hoc viro sæpè Diis offerebantur*. Asserebat insuper sibi compertum esse deos immortales huiusmodi sacris lõge magis, quàm hecatombe, quãq. in caniſtro cultro gaudere. se enim aliquãdo deorũ interfuisse cõcilio, atq. ab eis didicisse, quæ illis grata,

A ὍΙ τὸν Σάμιον Πυθαγόραν ἐπαινοῦντες, τάδε ἐπ' αὐτῷ φασιν, ὡς Ἰων μὲν οὔπω εἴη, γένοιτο ὃ ἐν Τροίᾳ ποτὲ Εὔφορβος· ἀναβιῶναι τε ἐκ τεθνεώτων, ἐκ τεθνάναι ὅ, ὡς ᾠδεν Ὅμηρος· ἐσθῆτά τε τινὰ ἐκ θνησιδίων παραπεῖται, καὶ καθαρεύειν B βρώσεως, ὁπόση ἔμψυχων, καὶ θύειν*· μὴ γὰρ αἱμάσσειν τοὺς βωμούς, ἀλλὰ μελιτοῦσθαι, καὶ ὀλιβανωτοὺς, καὶ ἐφυμνεῖσθαι· φοιτᾶν ταῦτα τοῖς θεοῖς παρὰ τοῦ ἀνδρὸς τούτου. γινώσκειν τε ὡς ἀσπάζοιντο μᾶλλον οἱ θεοὶ τὰ τοιαῦτα, ἢ τὰς ἑκατόμβας, καὶ τὴν μάχαιραν ἐπὶ τοῦ κανοῦ. ξυνεῖναι γὰρ δὴ τοῖς θεοῖς, καὶ μανθάνειν παρ' αὐτῶν, ὅπῃ τοῖς ἀνθρώποις χαίρουσι,

καὶ ὅπη ἄχθονται, περί τε φύσεως ἐκείθεν λέγων. σὺ μὲν γὰρ ἄλλους τεκμαίρεσθαι τὰ θείου, καὶ δόξας ἀνομοίους ἀλλήλαις περὶ αὐτῶν δοξάζειν· ἑαυτῷ δὲ τὸν τε Ἀπόλλω ἥκειν, ὁμολογούμενα ὡς αὐτὸς εἴη. ξυνεῖναι δ' αὖ καὶ μὴ ὁμολογουμένας, τήν τε Ἀθηναῖαν, καὶ τὰς Μούσας, καὶ θεοὺς ἑτέρους, ὧν καὶ τὰ εἴδη, καὶ τὰ ὀνόματα, οὔπω σοὶ αὐθρώποις γνώσιμα. καὶ ὅ, τι ἀποφήναιτο ὁ Πυθαγόρας, νόμον τοῦτο ἐφ' ὁμίλητοῦ ἠκροῶτο, καὶ ἐπίμων αὐτὸν ὡς ἐκ Διὸς ἥκοντα. καὶ ἡ σιωπὴ δὲ ὑπὲρ τοῦ θείου σοφίσιν ἐπήσκητο· πολλὰ γὰρ θεῖά τε, καὶ ἀπόρρητα ἦκου· ὧν κρατεῖν χαλεπὸν ἦν, μὴ παρ' ἐκείνων μαθοῦσιν ὅπη καὶ τὸ σιωπᾶν* λόγος. καὶ μὴν καὶ τὸν Ἀκραγαντῖνον Ἐμπεδοκλέα βαθίσαι φασὶ τὴν σοφίαν ταύτην. τὸ γάρ,

Χαῖρετ', ἐγὼ δ' ὔμμιν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός. καί,

Ἦδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κούρη τε, κόρος τε. καὶ ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ βοῦς, ὃν λέγεται πέμμα ποιησάμενος θῦσαι, τὰ Πυθαγόρου ἐπαινέσαντος εἰπὼν ἂν. καὶ πλείω ἕτερα περὶ τοῦ Πυθαγόρου σοφῶν φιλοσοφησάντων ἱστορῆσαι· ὧν οὐ προσήκει μοι νῦν ἅπτεσθαι ἀπευδόντα ἐπὶ τῷ λόγῳ, ὃν* ἀποτελέσαι προθυμοῦμαι. ἀδελφὰ γὰρ τούτοις ἐπιτηδεύσαντα Ἀπολλώνιον, καὶ θατέρου, ἢ ὁ Πυθαγόρας τῇ σοφίᾳ προσελθόντα, τυραννίδων τε ὑπεράραντα· καὶ γενόμενον κατὰ χρόνους, οὐτ' ἀρχαίους,

A quæ contra haberentur. Illinc etiam accepisse dicebat ea, quæ de rerũ natura proferre consueuit: cùm ceteri coniecturis & opinionibus sibiipsis plerunq; aduersantibus de rebus diuinis vterentur. sibi autem Apollinem manifestè solitũ apparere. præterea Palladem & Musas, non manifestè tamẽ secum loqui consueuisse; alios insuper deos, quorum neq; facies, neque nomina adhuc hominibus nota essent. Illud quoque inter
B Pythagoræ laudes numerant; quicquid ab eo iussum prolatúmq; esset; id tanquam legem ab eius discipulis obseruari consueuisse: ipsúmq; tanquam ab Ioue profectũ venerabantur. at silentium pro re diuina ab illis colebatur: multa namque diuina, arcanáq; ab eo dicebantur, quæ comprehendi non poterant, nisi ab iis qui prædidicissent, quòd ipsum silere, oratio est. Similem quoque philosophandi rationem tenuisse per-
C hibent Agrigẽtinum Empedoclem, quod pluribus locis eius carmina testantur, quale illud est,

Non mortalis ero, iam iámque valete sodales.

similiter & illud,

Et puer ipse fui, necnon quandoque puella.

Bos* quem ex melle & farina confectũ in Olympia immolasse fertur, eũ iuuat, qui Pythagoræ laudes celebrat. *Multa præterea numerare possem, quib. ipsum Pythagoræ imitatorem
D fuisse satis apparet, quæ hoc loco referenda minime censui, cùm ad alia quædam properet oratio. Statui namque iis, quæ de Pythagora feruntur, similia secutum Apollonium in lucem proferre, virum & diuiniorem in philosophia, quàm Pythagoras fuerit, & tyrannides supergressum. Claruit autem temporibus non multum ab ætate nostra remotis:

nec tamen ſatis nouerunt homines, quàm verè, quàm purè ſanctéq; fuerit philoſophatus. Sed alius quidem hoc ab eo præclarè geſtum: alius verò aliud quiddam ab eo prudenter excogitatum laudat. Sunt & qui ipſum artis magicæ fuiſſe ſtudioſiſſimum prædicant. eò quòd in Babylonia cum Magis, in India cum Brachmanis, in Ægypto cum Gymnoſophiſtis verſatus fuerit, atque hoc ipſum calumniãtur, quòd quaſi violentia quadam fuerit ſapiẽtiam conſecutus: non rectè quidem de tali viro ſentientes. Empedocles enim & Pythagoras, atque Democritus apud Magos verſati, nullam tamen artis eius partem attigerunt. Plato enim in Ægyptum profectus, multáque prophetarum ſacerdotúmque illic exiſtentium dicta ſuis interpoſuit ſermonibus: & velut egregius pictor advmbratis imaginibus colores ſuperimponens, ne minimam quidem artis magicæ ſuſpicionẽ ſubiit, quamuis ob ſapiẽtiam ſingularem inuidiæ plurimum ſibi contraxerit.

A οὔτ' αὖ νέος, οὔπω ⓐ ἀνθρωποι γινώσκοισιν ἀπὸ τῆς ἀληθινῆς σοφίας, ἰὼ φιλοσόφως τε, καὶ ὑγιῶς ἐπήσκησεν. ἀλλ' ὁ μὲν, τὸ, ὁ δ', τὸ, ἐπαινεῖ τὸ ἀνδρός. ⓐ δ', ἐπειδὴ μάγοις Βαβυλωνίων, καὶ Ινδῶν Βραχμᾶσι, καὶ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ γυμνοῖς ξυνεγένετο, μάγον ἠγνωῶται αὐ ⓟ, καὶ διαβάλλουσιν ὡς βιαίως σοφόν· κακῶς γινώσκοντες. Εμπεδοκλῆς τε γὰρ, καὶ Πυθαγόρας αὐτὸς, καὶ Δημόκριτος, ὁμιλήσαντες μάγοις, καὶ πολλὰ δαιμόνια εἰπόντες, οὔπω ὑπεμήχθησαν τῇ τέχνῃ. Πλάτων τε βαδίσας εἰς Αἴγυπτον, καὶ πολλὰ τῶν ἐκεῖ προφητῶν τε, καὶ ἱερέων, ἐγκαταμίξας τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις, καὶ καθάπερ ζωγράφοις ἐσκιαγραφημένοις ὑπεβαλὼν χρώματα, οὔπω μαγεύειν ἔδοξε· καίτοι πλείστα τῶν ἀνθρώπων φθονηθεὶς ὑπὸ σοφίᾳ.

Iniuſtè damnatum Apollonium magia, quòd multa futura præuiderit, cùm & Plato & Socrates & Anaxagoras eo notati crimine non fuerint: licet diuini fuerint viri, vltimáque prædixerint. CAP. II.

INiuſtè igitur Apollonium, quòd multa præuiderit, multa prædixerit, tali quiſquam crimine damnauerit: non ſecus ac ſi Socratẽ accuſent, quòd à dæmone multa præſciuerit: aut Anaxagorã, quod ſapiẽter multa ante quàm fierent, præſenſerit. Quis enim ignorat Anaxagorã in Olympia, cùm nulla pluuiæ ſuſpicio immineret, pelliceam veſtem indutũ proceſſiſſe: nec ita multò pòſt, ingentem pluuiam ſecutam eſſe: & domum omnium iudicio firmiſſimam cùm breui caſuram prædixiſſet, corruiſſe? & cùm diem quoq. momento

D ΟΥΔΕ γὰρ τὸ προγιγνώσκειν πολλὰ, καὶ προγνῶναι, διαβάλλοι ἂν ⓦ Απολλώνιον ἐς τὸν σοφίαν ταύτην, ἢ διαβεβλήσεταί γε Σωκράτης ἐφ' οἷς παρὰ τοῦ δαιμονίου προεγίνωσκε, καὶ Αναξαγόρας ἐφ' οἷς προὔλεγε. Σὺ γὰρ δὴ οἶδε ⓦ Αναξαγόραν ὀλυμπίασι μὲν, ὁπότε ἤκουσα ὗοι, προελθόντα ἐπὶ καυλίῳ εἰς τὸ στάδιον ⓟ ἐπὶ προῤῥήσει ὄμβρου, οἰκίαν τε ὡς πεσεῖται προφάσαντα, μὴ ψεύσασθαι· πεσεῖν γὰρ

νύκτα τὲ ὡς ἐξ ἡμέρας ἔσαι, καὶ ὡς λίθοι ἐκ Αἰγὸς ποταμοῦ, τῦ οὐρανοῦ σφενδονήσοντα, προαναφωνήσαντα, ἀληθεῦσαι. τῇ σοφίᾳ ταῦτα τῦ Ἀναξαγόρου προσιέντες, ἀφαιροῦνται Τὸ Ἀπολλωνίῳ τὸ κῦ σοφίσω προσμνώσκειν, καὶ φασὶν ὡς μάγῳ τέχνῃ ταῦτ' ἐπράξαι. δοκεῖ οὖν μοι μὴ προϊδεῖν τὴν τῶν πολλῶν ἀνοιαν, ἀλλ' ἐξακριβῶσαι Τὸν ἄνδρα τοῖς τε χρόνοις, καθ' οὓς εἶπέ τι, ἢ ἔπραξε, τοῖς τε τῆς σοφίας ζήλοις, ὑφ' ὧν ἐφάνη τῦ δαιμόνιός τε, καὶ θεῖος νομισθῆναι. ξυνείλεκται δέ μοι, τὰ μὲν ἐκ πόλεων, ὁπόσαι αὐῦ ἦρξαν· τὰ δ' ἐξ ἱερῶν, ὁπόσα ἐπ' αὐῦ ἠπανήχθη, *παραλελυμένοις ἔτι δεσμοῖς ἤδη. τὰ δ', ἐξ ὧν εἶπον ἕτεροι περὶ αὐῦ. ἐπέστελλε δ' βασιλεῦσι, σοφισταῖς, φιλοσόφοις, Ηλείοις, Δελφοῖς, Ινδοῖς, Αἰγυπτίοις, ὑπὲρ θεῶν, ὑπὲρ ἐθῶν, ὑπὲρ ἠθῶν, ὑπὲρ νόμων· ἃ δ' οἷς ὁ, τι αὖ πάθοιτο, ἐπιωώρθου. τὰ δὲ ἀκριβέστερα, ὧδε ξυνελεξάμην.

A temporis in noctem versum iri præuidisset: lapidem quoque de cœlo in Ægos fluuium casurum prædixisset, *vera pronunciasse?* hæc atq; huiusmodi alia ab Anaxagora præuisa cùm summæ sapientiæ testimonium esse fateantur, eandem tamen Apollonio adimentes, magicis artibus illum talia fecisse criminantur. Tantam igitur ignorantiam ex hominum mentibus remouendam esse visum est, & simul tanti viri virtutes in lucem proferendas optimum censui. Demonstrandum præterea duxi, quibus temporibus, quídque dicens aut faciens, quo etiam philosophandi genere visus, quáve imbutus disciplina sapiens iure optimo, ac diuinus meruerit appellari. Hæc autem quæ de ipso scripturus sum, collegi partim ex ciuitatibus, quæ illum hospitio susceperè; partim ex *sacerdotum scriptis, apud quos versatus fuit: partim etiam ex iis, quæ multorum sermonibus de eo celebrata sunt: [nonnulla etiam ex ipsiusmet scriptis.] Ipse enim ad reges, ad sophistas, ad Elienses, ad Delphicos, ad Ægyptios, atq. Indos epistolas scribens, de diis, de consuetudinib. de moribus, de legib. *quas variis in locis adinuenit, testatur. Plurima verò eadémq. certissima in hũc maximè modum collegi.

Gr. ex templis in quibus ab ipso soluti iam ritus restituti sunt.

Gr. in his, quicquid tractaretur, emendabat.

De Damide Apollonij socio, déque commentariis dictorum factorúmque Apollonij ad Iuliam reginam. CAP. III.

Ἐγένετο Δάμις ἀνὴρ καὶ ἀσοφός, τὴν ἀρχαίαν ποτὲ οἰκῶν Νῖνον. οὗτος τῷ Ἀπολλωνίῳ προσφιλοσοφήσας, ἀποδημίας τε αὐῦ ἀναγράψαι, ὧν κοινωνῆσαι Τὸ αὐτὸς φησι, καὶ γνώμας, καὶ λόγους, καὶ ὁπόσα ἐς προγνωσιν εἶπε. καὶ προσήκων τις τῷ Δαμίδι, τὰς δέλτους

DAMIS fuit vir quidam non insipiens, ex Nino antiqua ciuitate oriundus: is in Apollonij philosophia socius, & in peregrinatione comes, omnia quæ ab illo in itinere gesta, visáque à se sunt, literis mandauit: sententiásq; eius omnes ac verba insuper cõplexus est: & quæcunq. ab eo præuisa, prænuntiatáq. fuerũt. Damidis familiaris quidã commẽtarios

huiuſmodi ab eo nondũ editos Iuliæ reginæ notos fecit: in cuius aula cùm frequentiſſimè verſarer (erat enim admodum rhetoricæ facultatis ſtudioſa) mihi, vt tranſcriberentur, mandauit; vtque viri conſilia, & mores qui in eis continebantur, in ordinem quendam redigerem. Damis enim apertè quidẽ, ſed non ſatis dextere illa præſcripſerat. incidi præterea in Maximi cuiuſdam Ægienſis libros, qui Apollonij in Ægis ciuitate res actas continebant. Sunt & ab ipſo Apollonio teſtamenta perſcripta, ex quibus planè perſpici poteſt, quàm ſtudioſus, ac pene inſanus amator philoſophiæ fuerit. Neque verò Mœrageni fides eſt adhibenda, qui libros de Apollonio quatuor ſcribens, multa eius viri geſta ignorare viſus eſt. Quonam igitur pacto diſperſa hæc de Apollonio in vnũ collecta ſint, quæve cauſa me ad hos libros componẽdos impulerit, ſatis iam dictum & oſtenſum arbitror. Affert autem hoc opus honorem viro, de quo talia ſcribuntur, & vtilitatem non paruam diſciplinarum ſtudioſis præbet: quod ex ipſo ea, quæ nondum norunt, ediſcẽdi facultatem adipiſci poſſint. Apollonio itaque patria fuit Tyana ciuitas Græca, in Cappadociæ finibus poſita. Pater verò eodem, quo & ipſe nomine nuncupatus: genus antiquum ſane, & claris hominibus fœcundum: diuitiis autem præ cæteris ciuibus abundans. Prægnanti matri vmbra quædam aſtare viſa eſt Protei Ægyptij dei, qui vt ab Homero traditur, varias ſeſe in formas vertere conſueuit: cuius viſu haudquaquam exterrita mulier, quidnam paritura eſſet, interrogauit: cui Proteus, Me, inquit, es paritura. illa verò quisnam ipſe eſſet, interrogante: ſum, inquit, deus Ægyptius. Quanta verò ſapientia Proteus fuerit,

A τῶν ὑπομνημάτων ὅπως γιγνωσκομένων, εἰς γνῶσιν ἦγαγον Ιουλίᾳ τῇ βασιλίδι. μετέχουσι δέ μοι τοῦ φοιτᾶν κύκλου· καὶ γὰρ σοῦ ῥητορικοὺς πάντας λόγους ἐπῄνει, καὶ ἠσπάζετο· μεταχειρίσαι τε φοιτέταξε καὶ τὰς διατριβὰς ταύτας, καὶ τῆς ἀπαγγελίας αὐτῷ ἐπιμελησθῆναι. τῷ γὰρ Νέρωνι σαφῶς μὲν, γρ. Δάμιδι.
B οὐ δεξιῶς ὑπ' ἀπηγγέλλετο. συνέτυχον δὲ καὶ Μαξίμου τοῦ Αἰγιέως βιβλίῳ, ξυνεγραφότι τὰ ἐν Αἰγαῖς Απολλωνίου πάντα. καὶ διαθῆκαι ὑπὸ τῷ Απολλωνίῳ γεγράφαται, ἃς ὧν ἐγὼ μαθεῖν, ὡς ὑποθάζων τὴν φιλοσοφίαν ἐζήλου. οὐ γὰρ Μοιραγένης τε φοιτητέον, βιβλία μὲν ξυνθέντι εἰς Απολλώνιον τέτταρα, πολλὰ ὑπὲρ τοῦ θείου ἀνδρὸς ἀγνοήσαντι. ὡς μὲν οὖν ξυνήγαγον ταῦτα διεσκεμμένα,
C καὶ ὡς ἐπιμεληθεὶς ξυνθεῖναι αὐτὰ, εἴρηκα. ἐχέτω δὲ ὁ λόγος τῷ τε ἀνδρὶ τιμὴν, ἐς ὃν ξυγγέγραπται. τοῖς δὲ φιλομαθεστέροις, ὠφέλειαν. ἡ γὰρ ἂν μάθοιεν, ἃ μὴ πω γινώσκουσιν. Απολλωνίῳ τοίνυν, πατρὶς μὲν ἦν Τύανα, πόλις Ἑλλὰς ἐν τῇ Καππαδόκων ἔθνει. πατὴρ δὲ ὁμώνυμος, γένος ἀρχαῖον, καὶ τῶν
D οἰκείων ἀνημμένον. πλοῦτος ὑπὲρ σοῦ ἐν τοῖς ἄλλοις πολίταις ἐπῆν. τὸ δὲ ἔθνος βαθύ. κυόσῃ δὲ αὐτῇ τὴν μητρὶ, φάσμα ἦλθεν Αἰγυπτίου δαίμονος, ὁ Πρωτεύς, ὁ παρὰ τῷ Ομήρῳ ἁλλάττων. ἡ δὲ, ἅτε δείσασα, ἤρετο αὐτὸν τί ἀποκυήσει. ὁ δὲ, ἐμὲ εἶπε. σὺ δὲ τίς, εἰποῦσα, Πρωτεῦ, ἔφη, ὁ Αἰγύπτιος θεός. ὅσπερ μὲν δὴ τὴν σοφίαν ἐζήλου ὁ Πρωτεύς,

τῶν ὑπομνημάτων ὅπως γιγνωσκομένων, εἰς γνῶσιν ἦγαγον Ιουλίᾳ τῇ βασιλίδι. μετέχουσι δέ μοι τοῦ περὶ αὐτὸν κύκλου· καὶ γὰρ σοῦ ῥητορικοὺς πάντας λόγους ἐπῄνει, καὶ ἠσπάζετο· μεταχειρίσαι τε φοιτέταξε καὶ τὰς διατριβὰς ταύτας, καὶ τῆς ἀπαγγελίας αὐτῷ ἐπιμεληθῆναι. τῷ γὰρ Νέρωνι σαφῶς μὲν, γρ. Δάμιδι.
οὐ δεξιῶς ὑπ' ἀπηγγέλλετο. συνέτυχον δὲ καὶ Μαξίμου τοῦ Αἰγιέως βιβλίῳ, ξυνεγραφότι τὰ ἐν Αἰγαῖς Απολλωνίου πάντα. καὶ διαθῆκαι ὑπὸ τῷ Απολλωνίῳ γεγράφαται, ἃς ὧν ἐγὼ μαθεῖν, ὡς ὑποθάζων τὴν φιλοσοφίαν ἐζήλου. οὐ γὰρ Μοιραγένης τε φοιτητέον, βιβλία μὲν ξυνθέντι εἰς Απολλώνιον τέτταρα, πολλὰ ὑπὲρ τοῦ θείου ἀνδρὸς ἀγνοήσαντι. ὡς μὲν οὖν ξυνήγαγον ταῦτα διεσκεμμένα, καὶ ὡς ἐπιμεληθεὶς ξυνθεῖναι αὐτὰ, εἴρηκα. ἐχέτω δὲ ὁ λόγος τῷ τε ἀνδρὶ τιμὴν, ἐς ὃν ξυγγέγραπται. τοῖς δὲ φιλομαθεστέροις, ὠφέλειαν. ἡ γὰρ ἂν μάθοιεν, ἃ μὴ πω γινώσκουσιν. Απολλωνίῳ τοίνυν, πατρὶς μὲν ἦν Τύανα, πόλις Ἑλλὰς ἐν τῇ Καππαδόκων ἔθνει. πατὴρ δὲ ὁμώνυμος, γένος ἀρχαῖον, καὶ τῶν οἰκείων ἀνημμένον. πλοῦτος ὑπὲρ σοῦ ἐν τοῖς ἄλλοις πολίταις ἐπῆν. τὸ δὲ ἔθνος βαθύ. κυόσῃ δὲ αὐτῇ τὴν μητρὶ, φάσμα ἦλθεν Αἰγυπτίου δαίμονος, ὁ Πρωτεύς, ὁ παρὰ τῷ Ομήρῳ ἁλλάττων. ἡ δὲ, ἅτε δείσασα, ἤρετο αὐτὸν τί ἀποκυήσει. ὁ δὲ, ἐμὲ εἶπε. σὺ δὲ τίς, εἰποῦσα, Πρωτεῦ, ἔφη, ὁ Αἰγύπτιος θεός. ὅσπερ μὲν δὴ τὴν σοφίαν ἐζήλου ὁ Πρωτεύς,

ἴσ. τοῖς τε

ἴσ. ἀεὶ-
μενον.

ἴσ. ὑποθήκας δὲ τ. Α. γεγραμμέναι εἰσί.

λέ δὴ ἐξηγοίμεν, τοῖς τε ἀκούοισι
πᾶσι ποιητῶν, ὡς ποικίλος τὲ ἐῶν, &
ἄλλοτε ἄλλος, καὶ κρείττων τὸ ἀ-
λῶναι· γινώσκειν τὲ * ὡς ἐδόκει, καὶ
προγινώσκειν πάντα. καὶ μεμνῆσθαι
χρὴ τὸ Πρωτέως μάλιστα, ἐπειδὰν
προϊὼν ὁ λόγος δηκνύῃ τὸ ὕδωρ
πλείω μὴ ἢ ὁ Πρωτεὺς προγνόντα,
πολλῶν ἂν ἀπόρων, καὶ ἀμηχάνων
κρείττω νομίζω, εἰ ἀπῃ μάλιστα τῷ * ἀπειλῆφθαι.

ἴσ. ἀπειλῆφθαι.

A superuacuum narrare censeo; præsertim iis qui poëtas legerint: ex ipsis enim omnes nosse arbitror, quàm varius fuerit, & modò in hanc, modò in illam formam sese permutans: ita vt illum capere difficillimũ esset: omnia præterea tam facta, quàm adhuc futura nouisse perhibent. Ac Protei nunc maximè decet meminisse: cùm sermo futurus ostendat Apollonium longè plura, quàm Proteum prædixisse: multa quoque ar-
B cana, & intellectu difficillima interpretatum, * in nullo vnquã defeciſſe.

[vel tum maximè cùm è viuis excessit.]

Vbi natus Apollonius fuerit, déque aquæ cuiusdam mira potestate. CAP. IV.

ΤΕχθῆναι δὲ ἐν λειμῶνι λέγεται,
πρὸς ᾧ νεὼ τὸ ἱερὸν αὐτῷ ἐπε-
πόνηται. καὶ μὴν ὁ ζῆλος ἀγνο-
είσθω, ὃν ἀπετέχθη. ἀκούσῃ γὰρ τῇ
μητρὶ τόκου ὥραν, ὅναρ ἐγχύσεσθαι βα-
δίσαι εἰς τὸν λειμῶνα, ἡνίκα ἄνθη κεῖ-
ται. καὶ δὴ τὰ ἀφικομένη, αἱ μὲν
δμωαὶ προσεῖχον τοῖς ἄνθεσιν ἐσπε-
δασμέναι κατὰ τὸν λειμῶνα. αὐτὴ δέ,
ἐς ὕπνον ἀπήχθη, κλιθεῖσα ἐν τῇ
πόᾳ. κύκνοι τοίνυν, οἷς ὁ λειμὼν ἔ-
βοσκε, χορὸν ἐστήσαντο περὶ αὐτὴν
καθεύδουσαν· καὶ τὰς πτέρυγας ὥσπερ
εἰώθασιν αἴροντες, ἀσμένιζον· καὶ
γάρ τι καὶ ζεφύρου ἐνέπνει τῷ λειμῶνι·
ἡ δέ, ἐξεγρέσθη τε ὑπὸ τῆς ᾠδῆς, καὶ
ἀπέτεκεν. * ἱκανὴ δὲ πᾶσα σύμπνοια,
μαθεῖν καὶ περὶ τῆς ὥρας. ἔτι δὲ
ἐγχώριοί φασιν ὡς ὁμοῦ τε πίπτοι-
το, καὶ σκῆπτος ἐν τῇ γῇ πεσεῖσθαι
δοκῶν, * συμπεσὸν ἐξανεμώθη τῷ αἰθέρι,
καὶ ἀφανισθείη αὖθις. τὸ, οἶμαι, * σύμ-
φωνες, καὶ ὑπὲρ πάντα τὰ ἐν τῇ

FErtur autem in prato quodã natum esse Apollonium, *iuxta quod nunc fanum ei extructum est.* & natiuitatis modus talis esse perhibetur. Cùm prægnanti matri pariendi tempus instaret, per somnium monita est, vt in pratum ad colligendos flo-
C res proficisceretur: quòd cùm illa postridie fecisset, ibíque diutius esset versata, famulæq; floribus colligendis intentæ pratum pererrarent, ipsa somno capta in herba procubuit. cygni verò qui in prato pascebantur, quasi in chorum disposiri dormientem circunstetere, & alis, vt eorum mos est, sublatis ingenti clangore omnia circunstantia loca replebant,
D leniter per prata spirante zephyro. eorum cantu excitata mulier, simul somno soluta est, & puerum peperit: *duntaxat idoneus est omnis stupor ad partum ante diem promouendum.* locorum autem accolæ perhibent illa pariente fulgur è cœlo in terram decidisse: visum repẽte in sublimiorem ætheris partẽ delatum euanuisse: hoc ipsum, vt arbitror portendens, [quod in proximo partu editum fuerat] sublimius omnibus, quæ sunt in

terrā futurū, & iuxta deos habitaturum. hæc enim & quæcunq; alia post ea vir factus gessit deos præmonstrare haudquaquam mirabile videri debet. est autem iuxta Tyana aqua, Ioui (vt perhibent) sacrata, quam indigenæ inextinguibilem vocāt. fons eius frigidus sane scaturit. ebullit autē non secus atq; igne calefactus lebes: hanc puris & iuramenti fidem seruātibus viris aspectu placidam, & gustu dulcem esse perhibent: periuris verò, & infidis palàm aduersatur. epota namque oculos pedésque, ac manus peierantis inuadit: pustulis, ac vomicis totum corpus inquinans: neque illinc discedēdi facultas datur, sed ibidem permanentes coram aqua ipsa suam deplorant calamitatem, palàm quod peierarunt profitētes. Eius itaq; regionis indigenæ Iouis filium esse Apollonium fatebantur: ipsemet verò Apollonio se genitum asseuerabat. Procedente tempore, cùm ad ætatem peruenisset, qua literas iam discere ætas admonet: maximi ingenij memoriæq; signa statim dedit. Lingua autem vtebatur Attica, neque illam ob gentis consuetudinem omittebat: omniúmque oculos in se conuerterat, cùm alioquin esset forma conspicuus.

A γῆ, καὶ τὸ ἀγχοῦ θεῶν· * καὶ ὁπόσα ὁδὲ ὁ ἀνὴρ ἐχθύεθ, φαίνοντες ⓐ θεοὶ, καὶ θεσπιμαίνοντες. ἔστ δὲ π θεὶ Τύανα ὕδωρ, ὅρκιον ⓦ Διός, ὡς φασὶ καλοῦσι ὃ αὐτὸ * Ασβαμαῖον. ἕ πηγὴ ἀναδίδοται ψυχρά. παφλάζῃ δὲ, ὥσπερ ὁ θερμαινόμενος λέβης. τοῦθ ὑόρκοις μὲν, ἵλεών τε, & ἡδὺ ὕδωρ. ἐπιόρκοις δὲ, παρὰ πόδας ἡ δίκη. ἐποσκήπτει γὰρ καὶ ἐς ὀφθαλμοὺς, καὶ ἐς χεῖρας, & ἐς πόδας· & ὑδέροις ἁλίσκονται, καὶ φθοαῖς· & οὐδὲ ἀπελθεῖν δυνατὸν, ἀλλ' αὐτόθι ἔχονται, καὶ ὀλοφύρονται πρὸς τῷ ὕδατι, ὁμολογοῦντες ἃ ἐπιώρκησαν. ⓐ μὲν δὴ ἐγχώριοι, φασὶ παῖδα τοῦ Διὸς τ Απολλώνι ⓦ γεγονέναι, ὁ δὲ ἀνὴρ, Απολλωνίου ἑαυ ⓦ καλεῖ. προϊὼν δὲ ἐς ἡλικίαν, εἰ μὲν γράμματα μάλα, μνήμης τε ἰσχυὸν ἐδήλου, καὶ μελέτης κρείττους. καὶ ἡ γλῶττα Αττικῶς εἶχεν, οὐδ' ἀπῆχθη τῇ φωνῇ τοῦ ἔθνους. ὀφθαλμοί τε πάντες ἐς αὐτ ⓦ ἐφέροντο· & γὰρ εὐβλεπτος ἐν τῇ ὥρᾳ. ἴσ. Ασθεσον.

Apollonium quartumdecimum iam annum natum ad Euthydemum rhetorem à patre deductum, tum ad Euxenum. CAP. V.

INDE cùm annum quartumdecimum attigisset, Tarsum ad Euthydemum quendam Phœnicem à patre deductus est. Erat autē Euthydemus rhetor insignis, qui Apollonium in disciplinam suscepit: is cùm præceptoris disciplinam probaret, ciuitatis mores vehementer damnabat: cōtrarios illis esse iudicans qui cum ratione vellent, veréque philosophari.

ΓΕγονότα δὲ αὐ ⓦ ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα, ἄγει ἐς Ταρσοὺς ὁ πατὴρ, παρ' Εὐθύδημον ⓦ τὸν Φοινίκης. ὁ δὲ Εὐθύδημος ῥήτωρ τε ἀγαθὸς ἐν, καὶ ἐπαίδευε τοῦτον. ὁ δὲ τῶ μὲν διδασκάλου εἴχετο· τὸ δὲ τῆς πόλεως ἦθος ἄτοπόν τε ἡγεῖτο, καὶ οὐ χρηστὸν ἐμφιλοσοφῆσαι.

τρυφῆς τε γὰρ μᾶλλον ἅπτονται, σκωπτόλαι τέ, καὶ ὑβρισταὶ πάντες· ἱσ. ἔδοξαν. ⁂ δεδώκασι τῇ ὀδύνῃ μᾶλλον, ἢ τῇ σοφίᾳ Ἀθηναῖοι. ποταμός τε αὐτοὺς διαῤῥεῖ Κύδνος. ᾧ παρακάθηνται, καθάπερ τὰ ὀρνίθων ⁂ ὑγρά. τῷ τοι παύσασθε μεθύοντες τῷ ὕδατι, Ἀπολλωνίῳ τινὶ πρὸς αὐτοὺς ἐν ἐπιστολῇ εἴρηται. μεθίστησιν οὖν τὴν διδάσκαλον δεηθεὶς ὁ παῖς ἐς Αἰγὰς τὰς πλησίον, ἐν αἷς ἡσυχία τε πρόσφορος τῷ φιλοσοφήσαντι, καὶ σοφισταὶ νεωτικώτεραι, καὶ ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ· καὶ ὁ Ἀσκληπιὸς αὐτὸς, ἐπίδηλος τοῖς αὐτόθι. ἐνταῦθα ξυνεφιλοσόφησεν μὲν αὐτῷ Πλατωνικοί τε, καὶ Χρυσίππειοι, καὶ ⁂ ἀπὸ τοῦ Περιπάτου· διήκουσε δὲ καὶ τῶν Ἐπικούρου λόγων. οὐδὲ γὰρ τούτοις ἀπεσοφίζετο. ἔδει δέ τε Πυθαγορείοις, ἀῤῥήτῳ τινὶ φιλοσοφίᾳ ξυνέλαβε. διδάσκαλος μὲν γὰρ οὗ αὐτῷ τῶν Πυθαγόρου λόγων ἐπάνω σοφιστής, οὐδὲ συνεργῷ τῇ φιλοσοφίᾳ χρώμενος. χαρίεν τε γὰρ ἦθος οὗτος, καὶ ἀφροδισίων, καὶ κατὰ Ἐπίκουρον ἐσημάτισο. οὗτος ὁ ἄνθρωπος Εὔξενος ὁ ἐξ Ἡρακλείας τοῦ Πόντου. τὰς δὲ Πυθαγόρου δόξας ἐγίνωσκεν, ὥσπερ ⁂ ὄρνιθες ἃ μανθάνουσι παρὰ τῶν ἀνθρώπων. τὸ γὰρ χαῖρε, καὶ τὸ εὖ πράττοις, καὶ τὸ Ζεὺς ἵλεως, καὶ τὰ τοιαῦτα, ⁂ ὄρνιθες ὄντες, οὔτε εἰδότες ὅ, τι λέγουσιν, οὔτε διακείμενοι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ ἐῤῥυθμισμένοι πρὸς γλῶτταν. ὁ δὲ, ὥσπερ ⁂ νέοι τῶν

A deliciis enim supra modũ dediti ciues, dicacitate *insolentiáque plurima vtebantur, vt facilè appareret eos vestitu duntaxat, non autem sapientia, moribúsve Athenienses imitari. Eorum ciuitatẽ fluuius Cydnus præterfluit, iuxta quem ciues consîdentes tanquam fluuiatiles aues ociantur. idcirco, *Desinite aqua temulenti fieri,* scriptum fuerat ad eos in quadam eiusdem Apollonij epistola. Is ob eas, quas supra memorauimus, causas permotus, patrem rogauit, vt sibi præceptorem mutare liceret: eiúsq; consensu Ægas ciuitatem Tarso proximam migrauit: vbi & ocium erat philosophantibus idoneũ, & studia adulescentib. apta, & Æsculapij templum: vbi Æsculapius ipse palàm quandoque sese hominibus ostendebat. Ibi diuersarum opinionum philosophos cognouit. nam Platonicos, Chrysippeos, & Peripateticos audiuit: quædam etiam Epicuri dicta, *quæ nõ spernebat,* voluit audire: verũ Pythagoricæ philosophiæ percipiendæ non magna ei dabatur facultas; quòd præceptorem nactus esset Pythagoricæ disciplinæ haudquaquã studiosum: immò nullam rectè philosophandi rationem operibus, & vita seruantẽ. Ventri nãque & Veneri omnino deditus, & ad Epicuri normam potius compositus videbatur. Is autem erat Euxenus Heraclea, quæ in Ponto est, oriũdus: Pythagoræ sententias ita nouerat, sicut aues ab hominib. quandoq. doctæ humana loquuntur verba. Illæ enim, Salue: & Felix sis, & Iupiter propitius, & huiusmodi quædam verba nonnunquam proferunt: neq; quid dicant scientes, neque ea quæ dicunt temporibus locísve accommodatè dicentes: sed linguam duntaxat ad modulatum numerum agitantes: & sicut aquilarum pulli teneras adhuc

pennas sortiti, & à parentibus volatus edocti, non longe ab ipsis primò discedunt: deinde robustiores facti ipsos etiam parentes superuolant, præsertim cùm gulosos sentiant, ac nidoris gratia terram volando radentes. Pari modo Apollonius dum paruus esset Euxeno obtemperabat, atque ipsius agebatur arbitrio. Cùm verò ad sextumdecimum peruenisset ætatis annum, Pythagoræ vitam amare cœpit, meliore proculdubio vtens præceptore. Veruntamen minimè neglexit Euxenum, sed concedente patre suburbanum illi donauit, vbi horti erant amœnissimi, & iugiter manantis aquæ fontes permulti. Tu inquiens arbitratu tuo viue: nos verò ad Pythagoræ normam viuemus. Cùm magno ingenio præditum illum animaduerteret Euxenus; vndenam talis vitæ sumpturus esset exordium interrogauit: cui Apollonius, vnde, inquit, medici solent. hi namque ventres primò purgantes, alios quidem à morbis intactos seruant; alios verò iam ægrotantes ad sanitatem redigunt. his dictis ab omnium animalium esu cœpit abstinere, quòd carnium comestio cùm impura esset, tum mentis aciem prospectúmq; hebetaret. terrestribus verò fructibus & oleribus vescebatur: pura esse dicens quæcunque à terra darentur hominibus. Vinum autem puram quidem potionem esse asserebat, cùm ex arbore minimè syluestri ad homines proueniret: veruntamen ipsum bono statui mentis aduersari dicebat, quòd eius sublimem diuinámque partem aliquando peruerteret.

A ἀετῶν, σὺ ἀπαλῷ μὲν τῷ πτερῷ προσπέτονται τοῖς γναμψίοις αὐτοῦ, μελετῶμενοι ὑπ' αὐτῶν τὴν πτῆσιν, ἐπειδὰν ἤδη ἄρεσθαι δυνηθῶσιν, ὑπερπέτονται τοὺς γονέας, ἄλλως τε, κἂν λίχνοις ἀλῶνται, καὶ κνίσης ἕνεκα πρὸς τῇ γῇ πεδομένους· οὕτω καὶ Ἀπολλωνίῳ προσεῖχέ τε τῷ Εὐξένῳ παῖς ἔτι, καὶ
B ἤγετο ὑπ' αὐτοῦ, βαίνων ἐπὶ τὸν λόγον. προελθὼν δὲ ἐς ἔτος σχεδὸν καὶ δέκατον, ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Πυθαγόρου βίον, πλεφθεὶς ἐπ' αὐτὸν ὑπὸ δαίμονος κρείττονος. οὐ μὴν τόν γε Εὔξενον ἐπαύσατο ἀγαπῶν. ἀλλ' ἐξαιτήσας ἑαυτῷ πρόσταγμα τοῦ παιδός, σὺ ὦ πατέρ, ἔφη, τοὺς μὲν ἄλλους ἰατροὺς καλεῖ, ὅσοι, ὦ πάτερ, σὺ μὲν ζῆθι, ἔφη, τὸν σεαυτοῦ βίον. ἐγὼ δὲ τὸν Πυθα-
C γόρου ζήσομαι. ἡγουμένου δὲ αὐτὸν τοῦ Εὐξένου μεγάλης διανοίας ἅπτεσθαι, καὶ ἐρομένου ὁπόθεν ἄρξοιτο, ὅθεν περ ἰατροί, ἔφη. καὶ γὰρ οὗτοι καθαίροντες τὰς γαστέρας, τοὺς μὲν, οὐδὲ νοσεῖν ἐῶσι· τοὺς δέ, ἰῶνται. καὶ εἰπὼν τοῦτο, τὰς μὲν ἐμψύχους βρώσεις ὡς οὔτε καθαρὰς, καὶ νοῦν παχυνούσας, παρῃτήσατο. πραγμάτων δὲ, ἃ λάχανα ἐζητεῖτο, καθαρὰ εἶναι φάσκων ὁπόσα ἡ γῆ ἀνευ δίδωσι. καὶ
D οἶνον καθαρὸν μὲν ἔφασκεν εἶναι πόμα σὺν φυτῷ ὕπωρον ἡμέρᾳ τοῖς ἀνθρώποις ἥκοντα, σὺν πολλῇ δὲ τῇ τοῦ νοὸς συσκότῳ, διαβολοῦντα καὶ τὴν ψυχὴν αἰθέρα.

Qualis veſtitus Apollonij, déque miro ad eum hominum concurſu, ex quo vel ab Æſculapio laudatus fuerat: tum de adoleſcente quodam Aſſyrio, quòd aqua intercute liberatus ab Apollonio fuerit. CAP. VI.

ΜΕΤΑ ὃ τ' κάθαρσιν τῆς γαςρὸς τοιαύτην χρωμένῳ, αὐτοσχεδίαν τε ποιεῖται κόσμημα, καὶ λίνου ἐσθῆτα ἀμπέχεται, φραιτησάμενος τὴν ἀπὸ τῶν ζώων· ἀνῆκέ τε τὴν κόμην, καὶ ἐν τῷ ἱερῷ ἔζη. ἐκπεπληγμένων ὃ αὐτὸν τῶν περὶ τὸ ἱερὸν, καί τ' Ασκληπιοῦ ποτε πρὸς τὸν ἱερέα φήσαντος, ὡς χαίροι θεραπεύων σὺ νοσοῦντας ὑπὸ Απολλωνίου μάρτυρι, ξυνίεσαν ἐς τὰς Αἰγὰς ἐφ' ἑορτῇ, Κιλικές τε αὐτοὶ, καὶ ὁπόσοι πέριξ· ὅτε Κιλικὸς λόγος, ποῖ τρέχεις, ἢ ἐπὶ τ' Εφηβον; ἐπ' ἐκείνῳ τε ἐλέγετο, καὶ παροιμιώδη τιμὴν ἔσχεν. ἄξιον δὲ καὶ τὰ ἐν τῷ ἱερῷ προσελθεῖν, βίον γε ἀφηγούμενον ἀνδρὸς, ὃς καὶ τοῖς θεοῖς ἐμοὶ ξυνὼν λόγῳ. μειράκιον γάρ τι Ασσύριον παρὰ τὸν Ασκληπιὸν ἦκον, ἐντρυφᾶν νοσοῦν, καὶ ἐν πότοις ἔζη· μᾶλλον δὲ ἀπέθνησκεν· ὑδέρῳ δὲ ἁλοὺς εἴχετο, καὶ μέθη χαίρων, αὐχμῷ ἠμέλει· ἠμελεῖτο δ' ὑπὸ τε Ασκληπιοῦ διὰ ταῦτα, καὶ οὐδὲ ὄναρ αὐτῷ ἐφοίτα. ὑπεμεμφόμην δ' ταῦτα ὑπέρ τε ὁ θεὸς, εἰ Απολλωνίῳ ἔφη διαλέξοιο, ῥᾴων ἔσῃ. προσελθὼν οὖν τῷ Απολλωνίῳ, τί δὴ ἔφην ἐγὼ σοφίας ἀπολαύσομαι; κελεύει γάρ με ὁ Ασκληπιὸς σωθῆναί σοι. ὃ, ἦ δ' ὅς, ἔσῃ σοι πρὸς

A Post huiuſmodi ventris purgationem, nudis pedibus incedere, ſtatuit; corporíſque cultum habitúmque inſtituit; ac primum ex animalium vellere confectas veſtes reſpuens, linteis amiciri decreuit: & ſimul comam nutrire cœpit, & in templo vt plurimũ moram trahens omnes tẽpli antiſtites in ſui admirationẽ conuertit. Fertúrq; Æſculapiũ quandoq; ſacerdoti dixiſſe vehementer ſe
B gaudere in ægrotis curandis, quando Apollonio teſte id facere cõtingeret: quod vbi vulgatum eſt, plurimi illius viſendi gratia Ægas confluebãt: Cilices quoq. & omnes finitimi magnopere illius cõgreſſu, familiaritatéque lętabãtur: ita vt apud ipſos hic ſermo increbeſceret, Quo curris, nũ ad impubem? quod & de illo dicebatur, & prouerbio celebratum eſt. Non ab re
C quoq; eſſe putaui, quæ ab eo in tẽplo ſunt acta, referre, cùm eius viri vitã ſcribere ſim adortus, quem diis immortalib. curæ fuiſſe, ex iis quæ dicẽtur, manifeſtè patebit. Adoleſcẽs quidã Aſſyrius in ſummis deliciis viuere cõſuetus, cùm in aduerſam valetudinem incidiſſet, ad Æſculapiũ venit, erat autem in potationib. & cõuiuiis plurimum viuere, imò, vt verius dicamus, mori conſuetus. Laborabat autẽ
D aqua intercute, & ebrietate gaudens, de exſicatione non curabat. propterea & à Deo negligebatur, ita vt ne ſomnia quidẽ vlla illi mitteret, quib. de cauſis anxius adoleſcens grauiter incuſabat Æſculapiũ, qui tandem inſomnis illi ſuperſtãs, ſi Apollonium, inquit, conueneris, melius tibi erit: accedẽs igitur ad Apolloniũ adoleſcens, quidnã, inquit, ex tua ſapientia poſſum acquirere? iubet enim me deus tecũ loqui. cui Apollonius, Id, inquit, quod ſcio,

ſc. οἶδα, ἢ σωθῆναί σοι. ὃ, ἦ δ' ὅς, ἔσῃ σοι πρὸς

iuuare te plurimum in præsentia poteſt: quæris enim (vt opinor) ſanitatẽ. certè, inquit ille: *hanc promittit Æſculapius, ſed tamen non dat. *bona verba*, inquit Apollonius; volentibus enim duntaxat illa tribuere ſolet: tu autem omnia facis, quæ morbo penitus aduerſantur. Delitiis enim diffluens *, abdomini indulges, & pene corruptis inteſtinis, & aqua nimia redundantibus, cibos quaſi lutum ſuperinfundis. & hoc quidem manifeſtius dixit, quàm Heraclitus: ille enim tali morbo laboranti opus eſſe dixit ex pluuia ſiccitatem inducere: non facile intelligibilia, neque manifeſta dicẽs. Apollonius verò ſapiẽter dicta apertè interpretatus eſt, & adoleſcentem ad ſanitatẽ redegit.

A τὰ φρόντα πολλοῦ ἄξι⟨ν⟩. ὑγιείας γάρ που δέῃ. νὴ Δί' εἶπεν, ἵλεώ γε ὁ Ασκληπιὸς ἐπαγγέλλεται μὲν, οὐ δίδωσι δέ. οὔφημει, ἔφη. τοῖς γὰρ βελομένοις δίδωσι· σὺ δ' εὐωπία τῇ νόσῳ προσάπτεις. πρυφῇ γὰρ διδοὺς, ὀψοφαγίαν ἐπεισάγεις ὑγροῖς καὶ διεφθορόσι τοῖς σπλάγχνοις, καὶ ὕδατι ἐπαντλεῖς πηλόν. ταυτὶ μὲν σαφέστερα οἷμαι τῆς Ηρακλείτου σοφίας ἐχρησμῴδει. ὁ μὲν, γὰρ δεῖσθαι ἔφη τὸν ποιήσαντος ἐξ ἐπομβρίας αὐχμόν, εἰσελθόντος αὐτὸν * τοιουτὶ δ' πάθος· νῦν δ' ὀξωύετά που λέγων, οὐδὲ δῆλα. ὅσῳ ἥκιστα εἰς ὑγίειαν τὸ μιερώτατον, τὸ σοφὰ σαφῶς ἑρμηνεύσας.

B

ιο. πῶς μὴ τ.

De quodam Cilicum omnium ditiſſimo ſacrificanti Æſculapio, vt ſibi oculum effoſſum reſtitueret; quámque ob cauſam oculum perdidiſſet: & quod iuſſu Æſculapij excluſus à templo fuerit. CAP. VII.

CONſpicatus aliquando plurimũ ſanguinis altaribus ſuperfuſum, & ſacrificia paſſim ſuperpoſita, præterea Ægyptios boues, & eximiæ magnitudinis porcos iugulatos, & miniſtrorum alios excoriandis victimis, alios in fruſta ſecandis occupatos: *pateras* inſuper aureas, *in quibus duo inerant lapides Indici præſtantiſſimi & maximè admirandi.* ſacerdotem adiens, quidnam ſibi vellẽt tanti apparatus, interrogauit: magnificentiſſimè namque quiſquis hic ſit, *largiri* Deo videtur. Atqui magis, inquit ſacerdos, mirari debes, quòd nulla adhuc petitione facta, neque ſtatutum temporis ſpatiũ, vt alij ſolent, cõmoratus, nec ſanitatem, aut vllum omnino beneficium à Deo cõſecutus, imò etiam ſui aduentus cauſa nondũ ex-

ΙΔΩΝ δὲ ἀθρόως ποτὲ ἐν τῷ βωμῷ αἷμα, καὶ διακείμενα ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τὰ ἱερὰ, πεφυμμένους τε βοῦς Αἰγυπτίους, καὶ σῦς μεγάλους, τὰ μὲν, δέροντας αὐτοὺς, τὰ δὲ κόπτοντας, χρυσᾶς τε ἀνακειμένας δύο, καὶ λίθους ἐν αὐταῖς τοὺς Ινδικωτάτους, καὶ θαυμασίους. προσελθὼν τῷ ἱερεῖ, τί ταῦτα ἔφη; λαμπρὸς γάρ τις χαρίζεται τῷ θεῷ. ὁ δὲ, θαυμάσῃ, ἔφη, μᾶλλον ὅτι μήτε ἱκετεύσας ποτὲ ἐνταῦθα, μήτε διατείνας ὃν ⟨τ⟩ ἄλλοι χρόνον, μήτε ὑγιάνας πω παρὰ τοῦ θεοῦ, μηδ' ἅπαξ αἰτήσων ἦλθεν ἔχων· χθὲς

D

γὰρ δὴ ἀφιγμένῳ ἔοικεν, ὅσῃ οὕτως ἀφθόνως θύει. φησὶ δὲ πλείω μὲν θύσειν, πλείω δ' ἂν ἀναθήσειν, εἰ σφίσι γε αὐτῷ ὁ Ἀσκληπιός. ἔστι δ' αὐτῷ πλουσιωτάτων· κέκτηται γοῦν ἐν Κιλικίᾳ βίον πλείω, ἢ Κίλικες ὁμοῦ πάντες. ἱκετεύει δὲ αὐτῷ, θεὸν ἀποδοῦναί οἱ τὸν ἕτερον αὐτῷ ὀφθαλμόν, ἐξερρυηκότα. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, ὥσπερ γεγηραικὼς εἰώθει, τοῦ ὀφθαλμοὺς ἐς τὴν γῆν στήσας, τί δή ποτε ὄνομα αὐτῷ ἦρετο. ἐπεὶ δὲ ἤκουσε, δοκεῖ, ἔφη, ὦ ἱερεῦ, μοι ἄνθρωπον τοῦτον μὴ σφισὶν ἐπέρχεσθαι τῷ ἱερῷ. μιαρὸς γάρ τις ἥκει, καὶ κεχρημένῳ καὶ ἐπὶ χρηστοῖς τοῖς παροῦσι· καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο πρὶν διαπράξασθαί τι παρὰ τοῦ θεοῦ πολυτελῶς θύσειν, οὐ θύοντός ἐστιν, ἀλλ' ἑαυτὸν παραιτουμένου φειδίων τε καὶ χαλεπῶν ἔργων. ταῦτα μὲν ὁ Ἀπολλώνιος. ὁ δὲ Ἀσκληπιὸς ἐπισχὼν νύκτωρ τῷ ἱερεῖ, ἀπίτω ἔφη ὁ δεῖνα, τὰ ἑαυτοῦ ἔχων. ἄξιος γὰρ μηδὲ τὸ ἕτερον αὐτοῦ ὀφθαλμὸν ἔχειν· ἀναμανθάνων οὖν ὁ ἱερεὺς τοῦ ἀνθρώπου, γυνὴ μὲν τῷ Κίλικι τούτῳ γεγόνει, θυγατέρα ἔχουσα προτέρων γάμων. ὁ δέ, ἅτε τὸ κόρης, καὶ ἀκολάστως εἶχε, ξυνὼν τε οὐδὲν ὡς λαθεῖν. ἐπισᾶσα γὰρ ἡ μήτηρ τῇ δύνῃ, τῆς μὲν, ἄμφω, τοῦ δὲ τὸν ἕτερον αὐτῷ ὀφθαλμὸν ἐξέκοψεν, ἐναράξασα ταῖς περόναις. τό γε μὴν θύοντας, ἢ ἀναθέντας, μὴ ὑπερβάλλειν τὸ μέτριον, ὧδε αὖπω ἐφιλοσοφεῖτο.

A posita, (heri nanq. huc aduenit) tam abunde tamen, támque lautè (vt vides) sacrificat: plura etiam longéque maiora daturũ pollicetur, si sibi deus quod petiturus est, concesserit: est enim, vt aiunt, Cilicum omniũ ditissimus, pluráq. solus ipse possidet, quàm reliqui pene Cilices omnes: petiit autem à deo, vt effossum oculum sibi restituat. His auditis Apollonius, oculis, vt *olim assueuerat, in terra defixis parumper cõmoratus; quodnã
B illi nomen esset, interrogauit, eóque audito, Videtur mihi, inquit, ô sacerdos indignum esse, hunc hominẽ in templũ admissum iri: praui est enim animi vir, turpíq. de causa, quod queritur, damnũ perpessus, & tam multa sic temerè, & ante quàm à deo quicquam petierit, profudisse, non sacrificantis est, sed admissi sceleris culpam deprecantis. hæc quidem Apollonius: verùm Æsculapius noctu sacerdoti in somnis apparens, iube, inquit, hanc tam diuitem abire, suáque
C secum asportare munera: indignus enim est, alterum qui supersit, oculum retinere. Huius tam acerbi responsi causam ex Cilicibus scisciatus sacerdos, intellexit infortunij illius causam huiusmodi fuisse. Erat enim ei vxor, quæ filiam ex priore marito genitam secum habebat: huius amore correptus Cilix intemperanter nimis illi cõgrediebatur, ita vt vxorem minimè lateret, quæ simul in lecto
D iacentibus superueniens puellæ quidem ambos oculos, marito alterum effodit, acubus ad id facinus vsa, quibus vestimentorum fibulas nectebat. Atque in hoc monstrasse visus est Apollonius, non decere eos qui sacrificant, aut diis aliquid donant, mediocritatem excedere.

Sciant

Sciántne omnia dei, an minimè. tum quonam modo orandum ſit, quæque à diis hominibus debeantur: poſtremò verba Apollonij ad Æſculapium. CAP. VIII.

PVLSO Cilice cùm multi ad templum confluerent, ſacerdotem interrogauit Apollonius, num iuſtos eſſe deos arbitraretur: cúmq. illos iuſtiſſimos reſpondiſſet, num etiã prudentes eoſdẽ eſſe cenſeret, imò quid prudẽtius numine? inq. ſacerdos. Res autem hominũ ſcire illos, an ignorare putas? Imò, inquit, hoc maximè à diis arbitror homines ſuperari, quod homines ob ingenij imbecillitatem, quæ ad ſe pertinent, non ſatis norũt: dij autem quæ & hominum ſunt, & ſimul quæ ad ſeipſos ſpectant, omnia pariter intelligunt. Rectè, inquit Apollonius, veréq. reſpondiſti, ô ſacerdos, & quoniã omnia, vt dixiſti, norunt, rationi cõſentaneum eſſe videtur, eos qui ad deos omnia cognoſcentes accedunt, talibus verbis orare oportere: O dei quæ mihi debentur, ea præſtate. Quænam verò ſunt, quæ à diis hominib. debentur? inquit ſacerdos. bonis, inquit ille, & ſanctis bona: prauis autem, & ſceleſtis contraria. Dei igitur rectè faciẽtes, quem mente ſanum, & ſceleribus incorruptum offendunt, non aurea corona, ſed bonis omnibus illum exornant, quem autem vitiis, quaſi maculis inuſtum, corruptúmq; inuenerunt, ad ſuppliciũ ſeruant, eò magis etiam illis irati, qui impij cùm ſint, tẽpla tamen ingredi, & ſacris intereſſe audẽt. His dictis ad Æſculapium reſpiciẽs, philoſopharis, inquit, Æſculapi præclaram, & tibi congruam philoſophiam, non ſinens ſceleſtos homines ad te venire, etiam ſi omnes Indorum, Sardenſiúmque diuitias tibi donent: neque enim tui numinis colendi gratia ſacrificant, aut donaria in templo ſuſpendunt: ſed quod pro ſceleribus meruere ſupplicium;

Πλειόνων γάρ ποτε ξωνελήλυθότων εἰς τὸ ἱερὸν, ἆρα ἐξελήλαμψε τῦ Κίλικος, ἤρετο τὸν ἱερέα ὁτοσὶ, ἆρα ἔφη ⓐ θεοὶ δίκαιοι; δικαιότατοι μὲν οὖν εἶπε. τί δὲ, ξωετοί; ⓒ τί ἔφη ξωετώτερον τῦ θείου. τὰ ὄντ τῶν ἀνθρώπων ἴσασιν, ἢ ἄπειροι αὐτῶν εἰσι; Β οὐ μὲν τῦτ' ἔφη πλεονεκτῦσι μάλιστα ⓐ θεοὶ τῆς ἀνθρώπων, ὅτι οἴμεν, ὑπ' ἀσθενείας οὐδὲ τὰ ἀνθρώπων ἴσασι· τοῖς ὄ, μνώσκειν ὑπάρχει τὰ ἐκείνων τε, ⓒ τὰ αὑτῶν. πάντα ἔφη ἄριστα, ὦ ἱερῦ, οὐ λανθάνεται, ἐπεὶ τοίνυν πάντα μνώσκουσι, δοκεῖ μοι τὸν ἥκοντα ἐς θεῦ, C οὐ χρὴ τὰ ἑαυτῷ ξωφέρονται ποιῶ δὲ εὔχεσθαι, ὦ θεοὶ, δοίητέ μοι τὰ ὀφλήματα. ὀφείλετ γάρ που, ὦ ἱερῦ, τοῖς μὲν ὁσίοις τἀγαθά. τοῖς δὲ φαύλοις, τἀναντία. καὶ ⓐ θεοὶ οὖν οὐ ποιοῦντες, ὃν μὲν ὑγιᾶ τε, ⓒ ἄρρωτον κακίας εὖρωσι, πέμποισι δήπου στεφανώσαντες οὐ χρυσοῖς στεφάνοις, ἀλλ' ἀγαθοῖς πᾶσιν. ὃν δ' αὖ κατεστιγμένον ἴδωσι, ⓒ διεφθορότα, καταλείποισι τῇ δίκῃ, τοσοῦτον αὐτοῖς ἐπιμελούμενοι, ὅσον ἐτόλμησαν οὐ ἱεροῖς ἐσφοιτᾶν μὴ καθαροὶ ὄντες. οὐ ἅμα ἐς τὸν Ασκληπιὸν βλέψας, φιλοσοφεῖς ἔφη ὦ Ασκληπιέ, τὴν ἄρρητόν τε, οὐ συγχωρῶν σεαυτῷ φιλοσοφίαν, μὴ συγχωρῶν τοῖς φαύλοις δεῦρο ἥκειν, μηδ' αὖ πάντα σοι τὰ ἀπὸ τῆς Ινδῶν τε, οὐ Σαρδόνων ξυμφέρωσιν. ἃ γὰρ τιμῶντες τὸ θεῖον, δύουσι ταῦτα, οὐ ἀνάπτουσιν, ἀλλ'

ὠνούμενοι πλὴν δίκης, ἣν οὐ ξυγ- A id pecuniis redimere conantur, quod
χωρεῖτε αὐτοὶ, δικαιόταζοι ὄντες. vos dei cum sitis iustissimi, haudqua-
πολλὰ τοιαῦτα ἐν τῷ ἱερῷ ἐφιλο- quam permittitis. Multa in templo
σόφει ἐφήβῳ ἔτι, κἀκεῖνα τῆς ἐν huiusmodi philosophatus est Apol-
Αἰγαῖς διατριβῆς. lonius impubes adhuc, quoad Ægis
moratus est.

De Cilice quodam forma Apollonij capto, tum quibus verbis ab eo inhonesta petierit, & quòd tertio die post malam partem obierit. CAP. IX.

Κιλίκων ἦρχεν ὑβριστὴς ἀνὴρ σφό- ERAT inter Cilices princeps qui-
δρα, καὶ κακὸς τὰ ἐρωτικά· ἐς dam vir plane contumeliosus, &
τοῦτον ἦλθε λόγος τῆς Ἀπολλωνίου in amores pronus: ad hunc de pul-
ὥρας. ὁ δὲ, ἐρρῶσθαι φράσας, οἷς B chritudine Apollonij fama peruenit,
ἐτύγχανεν, ἐν Ταρσοῖς δὲ αὖρα ἀ- statímq; rebus agendis omnib. post-
γορᾶν ἦγε, ξυνωρμήθη ἐς τὰς Αἰ- habitis, (Tarsi enim forte tunc tẽpo-
γὰς, νοσεῖν τε ἑαυτὸν φήσας, καὶ τοῦ ris negociabatur) Ægas venit, mor-
Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι. καὶ προελ- bo se correptum esse dictitans, & Æ-
θὼν τῷ Ἀπολλωνίῳ βαδίζοντι ἰδίᾳ, sculapij auxilio indigere. Is ad Apol-
σύσσιτόν με ἔφη τῷ θεῷ. ὁ δὲ ὑπο- lonium seorsum à cæteris deambu-
λαβὼν, καί τί σοι δεῖ τοῦ συσσίτους lantem accedens, introduc me ad
εἶπεν, εἰ χρηστὸς εἶ; σοῦ μὲν γὰρ deum, inquit: cui Apollonius, Quid
δαίμους ἡ θεοὶ καὶ δι' ὧν τὴν προ- C tibi introductore opus est, ait, si bo-
ξενοῦντων ἀσπάζονται. ὅπη νὴ Δί' ἔφη nus es? studiosos enim viros dei abs-
Ἀπολλώνιε, σὲ μὲν ὁ θεὸς πεποίηται que sequestre amant. at ille respon-
ξένον, ἐμὲ δὲ οὔπω. ἀλλὰ κἀμὲ ἔφη dit: Te quidem, Apolloni, deus hos-
καλοκαγαθία προξενήσει. ἢ χρώ- pitem fecit, me verò minimè: tunc
μενος ὡς δοκεῖ νέῳ, θεράπων Apollonius, honestatis, inquit, & vir-
τε εἰμὶ τοῦ Ἀσκληπιοῦ, καὶ ἑταῖρος· tutis studium hospitem deo me fe-
εἰ δὲ καὶ σοὶ καλοκαγαθίας μέλει, cit: codémque fretus quoad fieri ab
χώρει θαρρῶν παρὰ τὸν θεὸν, καὶ αἴ- adolescente potest, famulus, & ami-
τησον ὅ, τι ἐθέλεις. νὴ Δί', εἶπεν, ὦ Εοί cus Æsculapij dicor: quòd si tibi pari
γε πρεσβεύω δύξομαι. καὶ τί ἔφη modo virtutis, honestatísq; cura est,
B θόντες οὖν ἐπὶ πηγήν τινα ὕδατος, ἣν φησιν ὁ Δάμις ἰδὼν ὕστερον, ἐοικέναι τῇ ἐν Βοιωτοῖς Δίρκῃ. τοῦτο μὲν ἐγυμνώθησαν, εἶτα ἐχρίσαντο κεφαλὰς ἠλεκτρώδει φαρμάκῳ· τὸ δ', οὕτω πως τοῦ Ινδοῦ ἐθαλπεν, ὡς ἀτμίζειν τὸ σῶμα, καὶ ἱδρῶτα χωρεῖν ἀσκητὴ, καθάπερ τῶν πυρὶ λουμένων. εἶτα ἐρρίψαν ἑαυτοὺς ἐς τὸ ὕδωρ. καὶ λουσάμενοι ὧδε, πρὸς τὸ ἱε-
C ρὸν ἐβάδιζον ἐστεφανωμένοι, καὶ μεσοῦντος ὕμνου. πρίσαντες δὲ ἐν χορῷ ἡμᾶδι, καὶ κορυφαῖον ποιησάμενοι τὸν Ιαρχᾶν, ὀρθαῖς ταῖς ῥάβδοις τὸν χοῦν ἔπληξαν· ἡ δὲ, κυρτωθεῖσα δίκην κύματος, ἀνέπεμψεν αὐτοὺς ἐς δίπηχυ τοῦ ἀέρος. οἱ δὲ, ἥδον ᾠδὴν, ὁ ποῖος ὁ παιὰν ὁ τοῦ Σοφοκλέους, ὃν Ἀθηναῖοι τῷ Ἀσκληπιῷ ᾄδουσιν. ἐπεὶ δὲ ἐς τὸν χοῦν κατῆραν, καλέσας
D ὁ Ιαρχας τὸ μειράκιον τὸν χοῦν ἀΐσσοραν φέρον, ἐπιμεληθητι, ἔφη, τοῦ Ἀπολλωνίου ἑταίρου. ὁ δὲ, πολλῷ θᾶττον, ἢ οἱ ταχεῖς τῶν ὀρνίθων πορευθείς τε, καὶ ἐπανελθὼν, ἐπιμεμέλημαι, ἔφη. διαπτύσαντες δὲ τὰ πολλὰ τῶν ἱερῶν, ἀνεπαύοντο καὶ τοῖς θάκοις. ὁ δὲ Ιαρχας πρὸς τὸ μειράκιον, κόμιζε, εἶπε, τῷ σοφῷ Ἀπολλωνίῳ τὸν Φραώτου θρόνον, ἵν' ἐπ' αὐτοῦ διαλέγοιτο.

Indorum sapientes scire omnia. Deósque esse, quicunque boni sint. Hinc de Achille, & Gange Rege longo decem cubitis, & formosissimo: qui postea transierit in Iarcham. Item quomodo Pythagoras Euphorbum se fuisse censuerit. Déque puero, qui olim Palamedes.

CAP. VI.

Ὡς δὲ ἐκάθισεν, ἐρώτα, ἔφη, ὅ, τι βούλῃ· ἥκεις γὰρ ἄνδρας οἳ πάντα εἰδότας. ἤρετο οὖν ὁ Ἀπολλώνιος, εἰ καὶ αὐτοὺς ἴσασιν, οἰόμενος αὐτῶν, ὥσπερ Ἕλληνες, χαλεπὸν εἶναι γνῶναι τὸ ἑαυτῶν γνῶναι. ὁ δὲ ἐπιστρέψας πρὸς τὴν τοῦ Ἀπολλωνίου δόξαν, ἡμεῖς, ἔφη, πάντα, γιγνώσκομεν, ἐπειδὴ πρώτους αὐτοὺς γιγνώσκομεν. οὐ γὰρ προσέλθοι τις ἡμῶν τῇ φιλοσοφίᾳ ταύτῃ, μὴ πρῶτον εἰδὼς ἑαυτόν. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ἀναμνησθεὶς ὧν τοῦ Φραώτου ἤκουσε, καὶ ὅπως ὁ φιλοσοφήσων μέλλοι, ἑαυτὸν βασανίσας ἐπιχαρεῖ, τούτῳ ξυνεχώρησε τῷ λόγῳ· τοιοῦτοι γὰρ καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐπέπεισο. πάλιν οὖν ἤρετο τίνας αὐτοὺς ἡγοῖντο. ὁ δὲ, θεούς, εἶπεν. ἐπερομένου δὲ αὖ διατί, ὅτι, ἔφη, ἀγαθοὶ ἐσμὲν ἄνθρωποι. τοῦτο τῷ Ἀπολλωνίῳ τοσαύτης ἔδοξεν ὑπάρξειν εὐπαιδευσίας ἐπὶ μεσὸν, ὡς εἰπεῖν αὐτὸν καὶ πρὸς Δομετιανὸν ὕστερον ἐν τοῖς ὑπὲρ ἑαυτοῦ λόγοις. ἀναλαβὼν οὖν τὰ ἐρωτήσεις, πρὸς ψυχῆς δέ, εἶπε, πῶς φρονεῖτε; ὡς γε, εἶπε, Πυθαγόρας μὲν ὑμῖν, ὑμεῖς δὲ Αἰγυπτίοις παρεδώκαμεν. εἴποις ἂν οὖν, ἔφη, καθάπερ ὁ Πυθαγόρας Εὔφορβον ἑαυτὸν ἀπέφηνεν; ὅπου καὶ σὺ πρὶν ἐς τόδε ἥκειν τὸ σῶμα, Τρώων τις, ἢ Ἀχαιῶν ἦσθα, ἢ ὁ δεῖνα. ὁ δὲ Ἰνδὸς, Τροία μὲν ἀπώλετο, εἶπεν, ὑπὸ τῶν

A Qvi postquam consedit, interroga, inquit Iarchas, quodcunque vis: ad viros enim accessisti qui omnia sciunt. Primùm igitur interrogauit Apollonius, an seipsos noscent, putans eum, vt apud Græcos habetur, difficile existimare se ipsum noscere. Ille verò Apollonij verba in aliam sententiam detorquens, nos, inquit, omnia nouimus, *quia primos nouimus nos*; nec quis-
B quam nostrorũ ad hanc accedit philosophiam, nisi antea se cognouerit. Recordatus autem Apollonius eorum, quæ à Phraote audierat, & quo pacto quilibet philosophari volens seipsum antea probaret, ea de re sermonem vlterius facere omisit, quòd esset Phraotis rationibus iam antea
C persuasus. Rursus igitur Iarcham interrogauit qualem de seipsis existimationem haberent. Ille verò opinari se deos esse respondit. Interroganti verò, quam ob causam ita putarent: Quoniam boni viri, inquit, sumus. Id autem responsum tanta eruditione plenum visum est Apollonio, vt Domitiano postmodum illud narraret in sermonibus, quos cum eo habuit. Post interrogationem prosecutus, de anima, inquit, quidnam sentitis? Ad quem Iarchas,
D Id ipsum inquit, quod nobis Pythagoras, nos verò Ægyptiis tradidimus. An igitur, inquit Apollonius, sicuti Pythagoras, Euphorbum se fuisse asserit, sic tu antequam in hoc corpus venisses Troianorum aliquem, aut Græcorum, aut alium quempiam omnino te fuisse censes? Tunc Indus, Troia, inquit, ab iis, qui

eo nauigauerunt Achæis deleta est: vos autem, qui de ipsa vulgati sunt sermones perdidere. Solos enim viros fuisse arbitrantes, qui ad Troiam militauerunt, multò plures, ac diuiniores homines negligitis, quos aut vestra terra, aut Ægyptus, aut hæc ipsa India protulit. Sed quoniam de priore corpore me interrogasti, dic, quæso, quemnam virum cæteris præstantiorem arbitraris eorum, qui aduersus Troiam, an pro Troia tulerunt arma? Ego, inquit Apollonius, Achillem Pelei & Thetidis filium censeo. Is enim tanquam pulcherrimus laudatur ab Homero, & super omnes Achiuos magnus: ipsiúsque facinora plurima decantat. Plurimi etiam fuisse dignos prædicant Aiaces duos, & Nireum, qui secundi ab Achille pulchri, generosique narranrur. Istis igitur, Apolloni, similem genitorem meum existima: vel potius genitoris mei corpus. Sic enim & Pythagoras Euphorbum se putauit. Fuit itaque quondam tempus, quando hæc loca Æthiopes incoluere, genus Indicum sane: verùm Æthiopia nondum erat, sed ad Meroën & Catadupas finiebatur Ægyptus; cùm etiam ipsa Nili fontes præberet, & ad eiusdem fluminis ostia terminaretur. Quandiu igitur hæc loca incoluerunt Æthiopes Gangis Regis ditioni subiecti, tunc & abundè terra ipsos alebat, diíque illorum curam habebant. Postea verò quàm memoratum regem interfecerunt, nec ab aliis Indis puri, impollutíque sunt habiti, neque terra vlterius in his locis consistere illos permisit. Semina enim quæ in ipsam iaciebantur, priusquam ad frugem peruenirent, corrumpebat. Mulierum quoque

A πλυσαντων Αχαιων τοτε· υμας δε απολωλεκασιν οι επ' αυτη λογοι. μονους γαρ ανδρας ηγεμονας τους εις Τροιαν στρατευσαντας, αμεληειτε πλειονων τε, και αμεινοτερων ανδρων, οις η τε υμετερα γη, και η Αιγυπτιων, και η Ινδων ηνεγκεν. επει τοινυν ηρου με περι του προτερου σωματος, ειπε μοι τινα θαυμασιωτερον ηγη των επι Τροιαν τε, και υστερ Τροιας ελθοντων· εγω, εφη, Αχιλλεα τον Πηλεως τε, και Θετιδος. δοκει γαρ δη καλλιστος τε ειναι τω Ομηρω υμνηται, και παρα παντας δη Αχαιους μεγας· εργα τε αυτου μεγαλα οιδε, και μεγαλων αξιοι. δυο Αιαντας τε, και Νιρεας, οι μετ' εκεινον καλοι τε ανηρ, και γυναιοις αδοιμοι. προς ταυτα, εφη, Απολλωνιε, και τον προτερον θεωρω εμον, μαλλον δε τον προτερον σωματος. τουτι γαρ και Πυθαγορας Ευφορβον ηγειτο. ιθι τοινυν, εφη, χρονον, οτ' Αιθιοπες μεν ωκουν ενταυθα, γενος Ινδικον· Αιθιοπια δ' ουπω ην, αλλ' υστερ Μεροης τε, και Καταδουπαις ωριστο Αιγυπτος· αυτη τε τας πηγας του Νειλου προεχομενη, και ταις εκβολαις ξυναποληγουσα. ον μεν δη χρονον ωκουν ενταυθα Αιθιοπες υποκειμενοι βασιλει Γαγγη, η τε γη αυτους ικανως εφερβε, και οι θεοι σφων επεμελουντο. επει δε απεκτειναν τον βασιλεα τουτον, ουτε τοις αλλοις Ινδοις καθαροι εδοξαν· ουτε η γη ξυνεχωρει αυτοις ισασθαι. πιου τε γαρ ασπορον, ην εις αυτην εποιουντο, πριν εις καλυκα ικνειν, εφθειρε· τους τε δη γυναικων

τόκους, ἀτελεῖς ἐποίᾳ, καὶ τὰς ἀγέλας
κ. π πονήρως ἔβοσκε. πόλιν ὃ ὅπου βάλοιντο, ὑπεδίδου ἡ γῆ, καὶ ὑπεχώρᾳ κάτω. καὶ γάρ οἱ φάσμα τοῦ Γάγγου προϊόντας αὐτοὺς ἤλαυνεν, ἐπαπτόμενον τῷ ὁμίλῳ· ὃ οὐ πρόσθεν αὐτοῖς, πρίν γε δὴ τοὺς αὐθέντας, καὶ τοὺς τὸ αἷμα χωρὶς προέξαντας, τῇ γῇ καθιερώσαμεν. ἦν δὲ ὁ Γάγγης ὅδε, δεκάπηχυς μὲν τὸ μῆκος· τὴν δὲ ὥραν, οἵαν οὔπω τις ἀνθρώπων, ποταμοῦ δὲ Γάγγου παῖς. Ⓜ δὲ πατέρα τὸν ἑαυτοῦ τὸν Ἰνδικὸν ὑπικλύζοντα, αὐτὸς ἐς τὸν ἐρυθρὸν ἔσρεψε, καὶ διήλλαξεν αὐτὸν τῇ γῇ. ὅθεν ἡ γῆ, ζῶντι μὲν, ἄφθονα ἔφερεν. ἀποθανόντι δὲ, ἐπεμώρᾳ. ἐπεὶ δὲ τὸν Ἀχιλλέα Ὅμηρος ἄγει μὲν ὑπὲρ Ἑλένης ἐς Τροίαν, φησὶ δὲ αὐτὸν δώδεκα μὲν πόλεις ἐκ θαλάττης ἠρηκέναι, πεζῇ δὲ ἕνδεκα, γυναῖκά τε ἐκ τοῦ βασιλέως ἀφῃρεθέντα, ἐς μείωσιν ἀπενεχθῆναι· ὅτε δὴ ἀτεράμονα, καὶ ὠμὸν δόξαι, σκεψώμεθα Ⓜ Ἰνδὸν πρὸς ταῦτα. πόλεων μὲν τὸν πλείω ἑξήκοντα οἰκιστὴς ἐγένετο, ἅπερ εἰσὶ δοκιμώτατοι τῶν τῇδε. τὸ δὲ πορθεῖν πόλεις ὅσῃς δυκλεέστερον ἡγεῖται τοῦ διοικίζειν πόλιν, καὶ ἔστι. Σκύθας δὲ τοὺς ὑπὲρ Καύκασον ποτε στρατεύσαντας ἐπὶ τὸν δε τοῦ γένους, ἀπώσατο· Ⓜ δὲ ἐλευθερωτὴν τὸν ἑαυτοῦ γένους ἄνδρα ἀγαθὸν φαίνεσθαι πολλῷ βέλτιον Ⓜ, τοῦ δουλείαν ἐπάγειν πόλει, καὶ ταῦτα ὑπὲρ γυναικὸς, οὐκ εἰκὸς μηδὲ ἄκουσαν ἁρπασθῆναι. ξυμμαχίας δὲ αὐτῷ γενομένης πρὸς Ⓜ

A fœtus reddebat imperfectos: quinetiam greges, armentáque insufficienter alebat. & vbicunque ciuitatem constituere tentassent, subsidebat, cedebátque ædificiis terra. Gangis præterea simulachrum quocunque euntes prosequens, turbam omnem exagitabat: neque antea tali molestia liberati sunt, quàm cædis auctores, quíque sanguinem eius effuderant, terra obrueremus. Erat
B verò is Ganges cubitorum decem longitudine: formositate autem tali, quali antea nullus homo extitit, erátq. fluminis Gangis filius. Quapropter eius patrem in Indiam quãdoque inundantem, ipse in rubrum mare conuertens, Indicæ telluri propitium reddidit. Terra igitur viuenti illi abundè quæ opus erant suppeditabat, mortuum verò vlta est. Quoniam autem Homerus Achil-
C lem Helenæ gratia ad Troiam deducit, narrátque illum vrbes maritimas duodecim expugnasse, terrestres autem vndecim, ablatáque sibi postmodum à rege muliere in iram exarsisse; vt agrestis, inhumanúsque videretur, conferamus è contrario, quod de Indo sentiendum arbitremur. Is primùm ciuitates condidit sexaginta, quæ inter
D omnes regionis huius primæ censentur. Esse verò neminem arbitror, qui glorioſius esse putet ciuitates depopulari, quàm condere. Præterea Scythas, qui Caucaso superato in hæc loca exercitum adduxerant, submouit: itaque patriæ suæ liberatorem & virum bonum ab omnibus iudicari, multò præstantius esse, quàm patriæ seruitutem afferre, nullus dubitat, præsertim si mulieris gratia id fiat; quam inuitam fuisse raptam minimè est consentaneum. At noster Indus composito fœdere cum eo, qui tunc

in his locis regnabat, vbi nunc Phraotes dominatur, cùm ille murem contra ius omne fásq. ei abstulisset, fœdera tamen violare noluit, quòd tam sanctè, piéque se iurasse diceret, vt ne iniuriam quidem passus, detrimenti quippiam illi vellet afferre. Multa insuper huius viri gesta referre possem, nisi me ipsum laudare velle viderer. Ego enim ille ipse sum: hoc autem apertè monstraui, cùm essem adhuc annorum quatuor. Cùm enim Ganges ille adamantinos gladios septem humi obruisset, vt regionem nullus vnquam timor inuaderet, posteríque temporibus Dij sacra eo loco fieri iuberent, vbi Ganges gladios obruisset, locum tamen vbinam essent, non monstrarent; ego quamuis admodum puer oraculi Antistitem ad locum duxi, locúmque effodere iubens depositos ibi gladios fuisse monstraui. Nec verò mireris, si ex Indo in Indum translatus fuerim. Hic enim (adolescentem digito notans annos tantùm viginti) supra omnes homines ad philosophiam idoneus à natura genitus est. Corpus namque, vt vides, robustissimum habet, & facies quandam præ se fert ingenuitatem. sustinet quoque viriliter ignem, omnémque corporis sectionem: attamen talis extans philosophiam odit. Quisnam igitur, inquit Apollonius, ô Iarcha, est adolescentis affectus? Mirabile namque aliquid narras, si taliter à natura institutus philosophiam non colit, atque eius non amat disciplinam vobiscum præsertim versatus. Minimè verò nobiscum versatur, inquit, sed tanquam leo inuitus deprehensus est, inuitúsque detinetur: respicit autem nos ipsum demulcentes, atque attrectantes. Is igitur adolescens Palamedes fuit, qui

A ἀρχόντα τῆς χώρας, ἧς νυῦ Φραώτης ἄρχει, κἀκείνου θρασυμώτατά τε, καὶ ἀσελγέστατα, γυναῖκα ἀφῃρημένου αὐτῷ, οὐ παρέλυσε τοῦ ὅρκους, οὕτω βεβαίως ὁμωμοκέναι φήσας, ὡς μηδὲ ὁπότε ἠδικεῖτο λυπεῖν αὐτόν. καὶ πλείω διῆλθ' ἂν τοῦ ἀνδρὸς, εἰ μὴ ἐς ἔπαινον ὤκνουν ἑαυτῷ καθίστασθαι. εἰ μὴ γάρ σοι, ἐκεῖνος τοῦδε ὃν ἐδήλωσα, γεγονὼς ἔτη τέτταρα. ἔπειτα γάρ ποτε ἀδαμαντίνους τοῦ Γάγγου τούτου ξίφη ἑπτὰ γῆν πήξαντος, ὥστε μηδὲν δεῖμα ἐμπελάζειν τῇ χώρᾳ, καὶ τοῦ θεοῦ τοῦτο μὲν κελεύοντος, ἥκοντας οὗ πέπηγε ταῦτα· τὸ δὲ χωρίον καὶ ἐξηγουμένων, ἐν ᾧ ἐπεπήγει, παῖς ἐγὼ κομιδῇ τυγχάνων, ἦγον τοὺς ἐξηγητὰς ἐπὶ τάφρον, καὶ ὀρύττειν προσέταξα, ἐκεῖ φήσας κατατεθεῖσθαι αὐτά. καὶ μήπω θαυμάσῃς τοῦμόν, εἰ ἐξ Ἰνδοῦ ἐς Ἰνδὸν διεδόθην. ὅστις γὰρ, δύο ἐτῶν καὶ μειράκιον, εἰκοστῷ γεγονὼς ἔτει, πέφυκε μὲν πρὸς φιλοσοφίαν ὥσπερ πάντας ἀνθρώπους· ἐρρῶσθαι δὲ ὡς ὁρᾷς, καὶ κατεσκευάσθαι γυναικῶν τὸ σῶμα· καρτερεῖ δὲ πῦρ, καὶ τομὴν πᾶσαν· καὶ τοιόσδε ὢν, ἀπεχθάνεται τῇ φιλοσοφίᾳ. τί ἦν, εἶπεν, ὦ Ἴαρχα τὸ μειρακίου πάθος; δεινὸν γὰρ λέγεις, εἰ ξωτευόμενος οὕτως ὑπὸ τῆς φύσεως, μὴ ἀσπάζεται φιλοσοφίαν, μὴ δὲ ἐρᾷ τοῦ μανθάνειν· καὶ ταῦτα, ὑμῶν ξιφῶν. ὡς ξιφέστιν, εἶπεν, ἀλλ' ὥσπερ οἱ λέοντες, ἄκων εἵληπται· καὶ καθεῖρκται μὲν, ἀποβλέπει δὲ, ὑμᾶς πρασσόμενον- χ. ὑπὸ ἐλ. τῶν αὐτῷ, καὶ καταψώντων· γέγονε μὲν δὴ τὸ μειράκιον τοῦτο Παλαμήδης

ὁ ἐν Τροίᾳ· κέχρηται δὲ ἀναιπωτάτοις, Ὀδυσσεῖ, καὶ Ὁμήρῳ, τῷ μὲν ξυνθέντι ἐπ' αὐτῷ τέχνας, ὑφ' ὧν κατελιθώθη, τῷ δὲ, οὐδὲ ἔπος αὐτῷ ἀξιώσαντι· ἢ ἐπειδὴ μηδὲ ἡ σοφία αὐτόν τι, ὡς εἶχεν, ὤνησε, μήτε Ὁμήρου ἐπαινέτου ἔτυχεν, ὑφ' οὗ πολλοὶ ἢ τῷ μὴ παύσασθαι ἀσυνδήτων, ἐς ὄνομα ἦλθοσαν, Ὀδυσσέως τε ἥττηται, ἀδικῶν οὐδέν. διαβέβληται πρὸς φιλοσοφίαν, καὶ ὀλοφύρεται τὸ ἑαυτοῦ πάθος. ἔστι δὲ οὗτος Παλαμήδης, ὃς καὶ γράφει μὴ μαθὼν γράμματα.

A ad Troiam quondam profectus est. Habet autē inimicissimos Vlyssem, & Homerum, quòd is quidem dolos contra se machinatus est; ille verò de suis laudibus nullum facere verbum dignatus est. Et quoniam sapientia, quam tunc habuit, nihil ei attulit adiumenti, neque Homerum laudatorem sortitus est, à quo multi longè deteriores nomen, & gloriam ingentem sunt consecuti, & ab Vlysse, cui nihil attulerat iniuriæ, superatus est; calumniatur philosophiam, & suam hanc perturbationem mœstus conqueritur. Est autem is Palamedes, qui literas scribit, cùm tamen nunquam literas didicerit.

Apollonium in alio corpore nauis fuisse gubernatorem: & quid tunc præclarè gesserit. Hinc Proteum in Pharo habuisse domum. Minoem præterea fingi à poëtis iustitiæ administratorem esse apud inferos, licet crudelissimus omnium fuerit: contrà, Tantalum, qui humanus vir fuit & pius, siti & fame excruciari, lapide etiam ruituro supra caput eius appenso: tum de statua eiusdem simili phialam propinanti, cur ita.

CAP. VII.

Τοιαῦτα διαλεγομένων, προσελθὼν τῷ Ἰάρχᾳ ἄγγελος, ὁ βασιλεὺς ἔφη, περὶ δείλην πρώτην ἀφίξεσθαι, ξυνεσόμενον ὑμῖν περὶ τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων. ὁ δὲ, ἥκετω, εἶπε. καὶ γὰρ αὖ καὶ βελτίων ἀπέλθοι, γνοὺς ἄνδρα Ἕλληνα. καὶ εἰπὼν ταῦτα, πάλιν τὸν πρότερον λόγον εἶχε. ἤρετο οὖν τὸν Ἀπολλώνιον, σὺ δὲ αὖ εἶπον, ἔφη, τὸ πρῶτον σῶμα, καὶ ὅστις πρὸ τοῦ νῦν ἦσθα; ὁ δὲ, εἶπεν, ἐπειδὴ ἄδοξον ἦν μοι ἐκεῖνο, ὀλίγα αὐτοῦ μέμνημαι. ὑπολαβὼν οὖν ὁ Ἰάρχας, εἶτα ἄδοξον, ἔφη, ἡγῇ τὸ γενέσθαι κυβερνήτης Αἰγυπτίας νεώς; που γάρ σε ὁρῶ γεγονότα. ἀληθῆ μὲν λέγεις, ὦ Ἰάρχα, εἶπε.

C Dvm illi talia inter se loquerentur, nuntius ad Iarcham venit, inquiens, rex postridie luce prima huc veniet, quòd pro maximis suis rebus vos alloqui necessariò cogatur. Cui Iarchas, Accedat sanè, melior enim abibit, si agnouerit virum Græcum. his dictis institutum antea sermonem prosequens, his verbis interrogauit Apollonium: Tu, inquiens, de priore D corpore, quidnam dicis? num & tu, quis antea fueris, meministi? Ille verò, quoniam ignobile illud fuit, pauca de ipso recordor, inquit. Ad quem Iarchas: an adeò ignobile censes Ægyptiæ nauis gubernatorem fuisse? talem enim te quondam extitisse compertum habeo. Vera, inquit Apollonius, Iarcha narras.

Iſte enim ipſe reuera fui. Puto autem id non ſolum ignobile eſſe, verùm etiam contemnendum, atque deſpiciẽdum. Nam cùm vtique tantæ ſit dignitatis, quantæ ſit aut ciuitatis princeps aut exercitus ductor: attamen ab hominib. maritimis conuitiis, maledictíſque laceratur. Propterea facinus generoſiſſimum omnium, quæ in eo munere geſſi, nullus vnquã laudare dignatus eſt. Quid eſt ergo, inquit Iarchas, quòd te generosè feciſſe dicis? an quòd Maleam Suniúmve ſis præteruectus nimis celeriter delatam nauim cohibens? vel quòd optimè ventos prænoſceres à puppi, ſiue à prora ſurgentes: ſeu quòd nauim *è ſcopuloſis locis* ſubducere ſcires optimè in Caua Eubœa, vbi multa promontoria extant, traxeris? Tunc Apollonius. Quoniam me in ſermonem, inquit, de gubernatoria arte compellis, audi quid mihi tunc rectè feciſſe videor. Piratæ Phœnicum vniuerſum quandoque mare occupauerant, & ciuitates clanculum obibant, inueſtigantes quid quiſque, quóve tempore in naues deferret. Cùm igitur animaduertiſſent nauim meam pluribus, ac pretioſiſſimis mercibus onuſtam eſſe, piratarum hoſpites ſeorſum vocatum interrogarunt, quantum nauli pro mercibus, quas in naui habebã, accepturus eſſem. Quibus ego, mille numos reſpondi me accepturum, quòd quatuor eſſemus gubernatores eius lucri participes. Tunc, eſt ne tibi domus vſpiam interrogarunt? Ego verò tuguriũ, inquam, potius quàm domum in Pharo inſula poſſideo, quam inſulam Proteus quondam incoluit. Illi itaque rurſus interrogarunt, an vellem pro mari terram, & pro tugurio domum poſſidere, naulúmque decuplo maius eo, quod accepturus eſsẽ, recipere, & innumeris

A τουτὶ γὰρ ἀτεχνῶς ἐγκωμίων. ἡγοῦμαι δ' αὐτὸ καὶ ἄδοξον μόνον, ἀλλὰ καὶ καταβεβλημένον· καὶ τοσοῦτον μὲν ἀξιοῖ τοῖς ἀνδράσιν, ὅσον περ τὸ ἄρχειν, καὶ τὸ στρατῆς ἡγεῖσθαι· κακῶς δὲ ἀκούουσιν ὑπὸ τῶν καταπλεόντων τῆς θαλάττης· τὸ γοῦν γλυκαίοτατον τῶν ἐμοὶ προσχθέντων,

B οὐδὲ ἐπαίνου τις ἠξίωσε τό τε. Οὐκοῦν δὴ γλυκαῖον εἰργάσθαι φήσεις, ἢ τὸ παραβεβληκέναι Μαλέαν τε, καὶ Σούνιον, χαλινώσας συφερομένῳ πλοίῳ ναῦν, καὶ τὸ κατὰ πρύμναν τε, καὶ πρόσφορον τῶν ἀνέμων, ὁπόθεν συδοθήσονται, σαφῶς διεγνωκέναι; ἑρμάτων τε ὑποτεραίαν τὸ σπάφος

C τὴν Εὐβοϊκὴν κοίλην, οὗπερ πολλὰ τῶν ἀκροστολίων ἀναπέπηγε; ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, ἐπεί με, εἶπεν, ἐς κυβερνητικὸν ἐμβιβάζεις λόγον, ἄκουε ὃ δοκεῖ μοι τότε ὑγιῶς προῖδεσθαι. πλοῖα θαλάττης ποτὲ τῶν Φοινίκων, λῃσταὶ ὑποπεπλωκότες, καὶ ἐφοίτων πρὸς τὰς πόλεις, ἀναμανθάνοντες τίς τι ἄγοι. καταδύντες οὖν ἐμπορείαν λαμπρὰν τῆς νεὼς ὁ τῶν λῃστῶν πρόξενοι, διελέγοντό μοι, ἀπολαβόντες με, πόσον τι μεθέξοιμι τοῦ ναύλου.

D ἐγὼ δὲ χιλίων, ἔφην, ἐπειδὴ τέτταρες συνκυβερνῶμεν τοῦ ναυῦ. οἰκία δέ ἔφασαν ἔστι σοι; καλύβη πονηρὰ, ἔφη, πρὸς τοῦ νῆσον τοῦ Φάρου, οὗ ποτὲ ὁ Πρωτεὺς ᾤκει. βούλοιο ἂν οὖν ἤρετό με γενέσθαι σοι γῆν μᾶλλον ἀντὶ θαλάττης, οἰκίαν ἀντὶ καλύβης, τὸ δὲ ναῦλον δεκάκις τοῦτο, κακῶν τ' ἐξελθεῖν μυρίων, ἃ ἀπὸ τῆ

θαλάττης ἀνοιδούσης ἐγχείπει τοῖς κυβερνῶσι; βούλεσθαι μὲν, εἶπον, οὐ μὴν ἀρπαγῶν γε ἐμαυτὸν ἀξιοῦν, ὁπότε σοφώτερον ἐμαυτῷ γένοιτο, εἰ στεφάνων ἠξίωμαι πρὸ τῆς τέχνης. πλειόντων δὲ αὐτῶν, καὶ βαλάντια μοι δραχμῶν μυρίων δώσειν φασκόντων, εἰ χαριζοίμην αὐτοῖς ὃ ἐβούλοντο· λέγειν ἤδη παρεκελευόμην ὡς μηδὲν ἐλλείψων τῶν πρὸς ἀνὴρ γενέσθαι σοφίσι. λέγουσι δὴ μισθωταὶ μὲν εἶεν λῃστῶν, δεῖσθαι δέ μου μὴ ἀφελέσθαι αὐτοῦ τὸ πρὸς ναῦν ἐλεῖν, μηδὲ ἐς ἄστυ σπλεῦσαι, ὁπόταν σπείσθην ἥκοιμι, ἀλλ' ὑφορμίσασθαι τῷ ἀκρωτηρίῳ. τὰς ναῦς γὰρ τὰς λῃστρικὰς, σὺν * πρωτολῇ ἐσεσθαι, καὶ ὀμνύναι μοι ἐβούλοντο, μήτ' αὐτὸν με ἀποκτενεῖν, καὶ ἀνήσειν δὲ ἅπαντα οἷς ἂν ἐγὼ βραβεύσω. ἐγὼ δὲ νουθετεῖν μὲν αὐτοὺς καὶ ἀσφαλὲς ἑαυτῷ ἡγούμενος, δείσας μὴ ἀποπνίξαντες ἐμβάλωσι μετεώρῳ τῇ νηΐ, καὶ ἀπολώμεθά που τοῦ πελάγους. ὡς δὲ ὑπούργησα ἃ ἐβούλοντο, μήτ' αὐτὸν ἀποκτεῖναι ὀμοσάμενος, ἔφην, αὐτοὺς δεῖν, ἢ μὲν ἀληθεύσειν ταῦτα. ὀμοσάντων τοίνυν, καὶ γὰρ ἐν ἱερῷ διελέγοντο, χωρεῖτε, ἔφην, ἐπὶ τὰ πρὸς λῃστῶν πλοῖα· ἡμεῖς γὰρ νύκτωρ ἀφήσομεν· καὶ πιστώσασθαι ἐδόκουν ἔτι, περὶ τοῦ νομίσματος διαλεγόμενος, ὡς δόκιμον ἀπαιτήσειν μοι, καὶ μὴ κιβδήλους, ἢ πρὸ νεὼς ἔλωσιν. οἱ μὲν δὴ ἐχώρουν· ἐγὼ δὲ ἧκα ἐς τὸ πέλαγος, ὑπερᾴρας τοῦ ἀκρωτηρίου. ταῦτ' οὖν, εἶπεν ὁ Ἰάρχας,

* πρωτολῇ ἐσεσθαι

A malis, quæ *mare æstuante*, gubernatorib. imminēt, liberari? cúmq. ego velle me respondissem, nec tamen prædonem fieri velle. quòd multùm iam arte gubernatoria profeciſſem, magnámque in ea laudem essem consecutus. Illi sermonem vlterius protrahentes, decem millium drachmarum sacculos mihi se daturos polliciti sunt, si eis in eo quod popoſciſſent, fuissem obsecutus. Tunc ego B omnia me præstiturum respondi, quæ alius quispiam præstaret, nec quicquam esse prætermissurũ. Tunc illi piratarum curatores se professi sunt, petere autem à me, ne capiendæ nauis facultatem illis adimerem, néve in vrbem regrederer, vbi ex eo loco nauigare cœpissem: sed iuxta promontorium nauem agerem. Piraticas enim naues post promontorium in sinu quodam expectaturas esse, iuramentóq. se obstringere volebant non esse me interfecturos, C & quoscunque etiam voluissem seruaturos incolumes. Ego verò illis aduersari nequaquam tutum arbitratus sum, timens, ne me abreptum ad naues in mare demergerent. Vbi igitur quæcunque voluerant, sum pollicitus, oportere eos dixi iuramento firmare, nec me interfecturos esse, & quæ polliciti essent effecturos. Quod postquam illi sine mora iurarunt, in templo colloquebantur. Abite, inquam, ad vestras D naues, nos enim noctu soluemus, atque vt maiorem fidem verba nostra facerent, de pecuniis mentionem intuli, rogans vt mihi probos, & non adulterinos numos darent: non tamen antea, quàm nauem cepissent: & illi quidem abierunt. Ego autem in altum pelagus nauem deducens promontorium superaui. Hæccine igitur, inquit Iarchas,

iuſtitiæ opera eſſe cenſes Apollo-
ni? Cenſeo, inquit Apollonius, &
non ſolùm iuſtitię, verumetiã humanitatis. non perdere enim hominum vitam, & mercatorum facultates non diſpergere, pecuniarúmq; cupiditatem vincere, præſertim cùm eſſem nauta, multas mihi virtutes complecti videtur. Ad hæc ſubridens Indus: Videris, inquit, exiſtimare iuſtitiæ quandam ſpeciem eſſe iniuriam non referre: quod & omnes Græcos exiſtimare video. Vt enim ex Ægyptio quodam, qui huc acceſſit, audiui, veniunt ad vos Romani magiſtratus, nudam erectámque ſecurim ſuper vos ferentes, etſi nondum nouerint, [boníſne], an malis vobis imperent. vos autem niſi hi cauſarũ iudicia vendiderint, iuſtos illos eſſe prædicatis: perinde ac ſeruorum caupones ibidem facere accepi: qui ex Caria ſeruos captiuos adducentes, cùm eorum mores vobis enarrant, inter primas laudes enumerare ſolent, non eſſe eos fugaces. Magiſtratus igitur, quibus ſubeſtis, tali genere laudis exornatos eſſe, quo etiam ſerui laudantur, admirandos iudicio veſtro dimittitis. Verùm qui apud vos ſapientiſſimi habentur poëtæ, ne ſi velletis quidem, iuſtos, bonóſque vos eſſe permittunt. Minoi namque, qui cunctos homines crudelitate ſuperauit, quíque nauibus vrbes plurimas, partim in inſulis, partim ſecus mare poſitas in ſeruitutem redegit, iuſtitiæ palmam tribuentes, apud inferos iura animabus cum reddere perhibent. Tantalum verò, qui benignus fuit, ac perhumanus, quíque conceſſa ſibi à Diis immortalitate amicos impertiuit, cibo, potúque prohibent.

A Ἀπολλώνιε, δικαιοσυνὴς ἠγῇ ἔργα; ἢ πολύς γε, ἔφιν, φιλανθρωπίας. τὸ γὰρ μὴ ἀποδόσθαι ψυχὰς ἀνθρώπων, μηδ' ἀπεμπολῆσαι τὰ τῶν ἐμπόρων, χρημάτων τε κρείττω γενέσθαι, ναύτην ὄντα, πολλὰς ἀρετὰς οἶμαι ξυνάπτεσθαι. γελάσας οὖν ὁ Ἰνδὸς, ἔοικας, ἔφη, τὸ μὴ ἀδικεῖν, δικαιοσύνῃ ἡγεῖσθαι. τοῦτο γὰρ οἶμαι καὶ πάντας Ἕλλη-
B νας. ὡς γὰρ ἐγώ ποτε Αἰγυπτίων δι' ὕδατος ἀφικομένων ἤκουσα, φοιτῶσι μὲν ὑμῖν ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἡγεμόνες, γυμνὸν ἠρμένοι τὸν πέλεκυν ἐφ' ὑμᾶς, ὅπως γιγνώσκοντες εἰ φαύλων ἀρέξουσιν. ὑμεῖς δὲ, εἰ μὴ πωλοῖεν τὰς δίκας οὗτοι, φατὲ αὐτοὺς δικαίους εἶναι. τοῦτο γὰρ καὶ τοὺς τῶν ἀνδραπόδων καπήλους
C ἀκούω ἐκεῖ θεάσθαι· εἰ γὰρ ἀφίκοιντο κατάγοντες ὑμῖν ἀνδράποδα Καρικὰ, καὶ τὸ ἦθος αὐτῶν ἐξαμιλλώμενοι ὑμῖν, ἔπαινον ποιοῦνται τῶν ἀνδραπόδων τὸ μὴ κλέπτειν αὐτά. τοὺς μὲν δὴ ἄρχοντας, οἷς ὑποκεῖσθαί φατε, τοιούτων ἀξιοῦτε, καὶ λαμπρύνοντας αὐτοὺς ἐπαίνοις, οἷς περ τὰ ἀνδράποδα, ζηλωτοὺς πέμπετε, ὡς οἴεσθε. ἢ δὲ γε
D σοφώτατοι ποιηταὶ ἡμῶν, οὐκ εἰ βέλεσθε δίκαιοί τε, καὶ χρηστοὶ εἶναι, ξυγχωροῦσιν ὑμῖν γενέσθαι. καὶ γὰρ Μίνω τε ὠμότητι ὑπερβαλόμενον πάντας, καὶ δουλωσάμενον ταῖς ναυσὶ τοὺς ἐπὶ θαλάττῃ τε καὶ ἐν θαλάττῃ, δικαιοσύνης σκήπτρῳ πομπεύουσι, καὶ ἀνδρὸς καθίζουσι διαιτᾶν τὰς ψυχάς. καὶ δὴ καὶ Τάνταλον, ἐπειδὴ χρηστός τε ἦν, καὶ τοῖς φίλοις τοῖς ὑμετέροις ἀπρὸς ἔχοιεν ἄπαν, θεῶν ἀθανασίας μετεδίδου, ποτόν τε εἴργουσι, καὶ σίτου.

εἰσὶ δ', οἳ λίθους αὐτῷ ἐπικρεμάσαντες, ἀνὰ ἐφυβρίζοισι, θείῳ τ', καὶ ἀγαθῷ ἀνδρὶ, οὓς ἐβουλόμην ἂν μᾶλλον λίμνῃ αὐτῷ περιβλύσαι νέκταρος· ἐπειδὴ φιλανθρώπως αὐτῷ, καὶ ἀφθόνως περιῆκε· καὶ ἅμα λέγων ταῦτα, ἐπεδείκνυ ἄγαλμα ἐν ἀριστερᾷ, ᾧ ἐπεγέγραπτο Τάνταλος. τὸ μὲν δὴ ἄγαλμα, τετράπηχυ ἦν. ἀνδρὶ δὲ ἐῴκει πεντηκοντούτῃ, καὶ ζῆπον ἀρχαϊκὸν ἐστάλτο. περὶ ἐλλάπιδε δ' ἦν χλαμύδα, ὥσπερ οἱ Θετταλοί· φιάλην τε περιῆκεν, ἀποχρῶσαν ἂν διψῶντι. ἐν ᾗ σάλαγμα σπάνιον ἀκηράτου πόματος, οὐχ ὑπερβλύζον τῆς φιάλης. ὅ,τι μὲν οὖν ἠρώτων αὐτὸν, καὶ ἐφ' ὅτῳ ἀπ' αὐτῷ πίνοιτο, δηλώσω αὖθις. πλὴν ἀλλὰ ἠξίουν χρὴ Τάνταλον μὴ τῇ γλώττῃ ὑφεῖναι, κοινωνήσαντα δ' ἀνθρώποις τοῦ νέκταρος, ὑπὸ τῶν ποιητῶν ἐλαύνεσθαι, θεοῖς δὲ μὴ διαβεβλῆσθαι αὐτόν. οὐ γὰρ ἂν, εἰ θεοῖς ἀπήχθετο, κελεύοιέ ποτε ὑπὸ τῶν Ἰνδῶν ἀγαθὸν, θεοφιλεστάτων ὄντων, καὶ μηδὲν ἔξω τοῦ θείου πραττόντων.

A Sunt & qui casurum lapidem supra caput eius appendentes insigni iniuria bonum ac diuinum virum afficiant, quem mallem nectaris lacu dicerent circumfusum: quandoquidem perhumanè, ac omni inuidia semota hominibus illud propinauit. His dictis, statuam ad sinistram ostendit, Tantali subscriptione notatam. Erat verò statua cubitorum quatuor, ætatem denotans annorum quinquaginta, & Argolico more ornata; chlamyde verò demissa sicut Thessali. Est autem statua similis propinanti phialam, quæ plena sitienti cuipiam abundè potum sufficeret: in quam humor distillat incorruptibilis potionis, quæ phialam mensura nunquam excedit. Quid autem hoc significet, & quinam sint, qui ex poculo bibant, C paulò pòst adaperiam. Existimare enim opus Tantalum dicendi facultate non caruisse, cúmque ipsam hominibus communicaret, increpitum à Poëtis fuisse, quòd nectar hominibus bibendum dedisset. Verùm ob hoc à Diis increpitus non est, neque calumniam ab eisdem passus. si enim Diis inimicus habitus esset, nunquam ab Indis qui Deorum amicissimi sunt, quíque nihil absque diuino numine faciunt, vir bonus habitus esset.

Medorum regem ad sapientes profectum consilij gratia: Hinc inuitato eo ad cœnam, tripodas, ac fercula per se suo tempore accessisse ad discumbentes, & alia id genus visa. CAP. *VIII.*

Διατείνοντας δὲ αὐτοῦ περὶ τοῦ λόγου τούτου, θόρυβος ἐκ τῆς κώμης περιέβαλεν. ἀφῖκτο γὰρ ὁ βασιλεὺς μηδικῶτατα κατεσκευασμένος, καὶ ὄγκου μεστός. ἀχθεσθεὶς οὖν

HÆC inter se loquentes, tumultus ex vico sublatus illos turbauit. Aduenerat autem rex Medorum more ornatus, & elatione, tumoréq. plenus. Perturbatus igitur Iarchas,

Iarchas, Si Phraotes, inquit, huc veniſſet, tacita omnia, ſicut in myſteriis, cerneres. Quibus verbis intellexit Apollonius, hunc regem non parua quadam particula, ſed tota philoſophia à Phraote ſuperari, & cùm ſapientes omnes ſegnes animaduerteret, ac nihil eorum præparantes, quæ regi vtique opus putaret. Illo circa meridiem aduenientе, interrogauit vbi nam rex manſurus eſſet, illi autem hoc ipſo in loco, reſponderunt. De iis enim quorum cauſa ad nos venit, noctu diſputabamus. Id enim tempus ad capiendà conſilia eſt accommodatius. Tunc rurſus Apollonius, Qualis, inquit, aduenienti menſa parabitur? Pinguis, per Iouem, inquit Iarchas, & omnia continens, quæ apud nos ſunt. Pinguiter igitur viuitis, ait Apollonius? imò verò tenuiter, inquit Iarchas, & quanquam multis nobis veſci liceat, paucis tamen contenti ſumus: regi autem pluribus eſt opus. Sic enim expetit. nullis autem veſcitur animalibus: neque enim talia hoc loco fas eſt comedere. Olera verò, & herbarum radices, & fruges, quaſcunque India fert, fructus inſuper quicunque conditi ſeruantur, ei dabuntur. Sed eccum (veniebat autem vnà cum fratre ac filio, gemmis, auróque fulgens) venientíque aſſurgere volentem Apollonium Iarchas in ſede continuit, ex more patrio non licere id fieri dicens. His autem ſe non interfuiſſe ſcribit Damis, quòd ea die in propinquo vico permanſerit: verùm audita ex Apollonio literis ſe mandaſſe refert. Sedentibus igitur illis rex accedens ſupplicabundus ad ſapientes tendebat manus: illi verò capite annuentes, ea quæ peteret ſe facturos promiſerunt. *rex autem adeò gauiſus eſt reſponſo, ac ſi ad Dei oraculum aduenisſet.* Regis

A ὁ Ιαρχας, εἰ ὁ Φραώτης, ἔφη, καταλύων ἐτύγχανεν, εἶδες ἂν ὥσπερ ἐν μυστηρίῳ, σιωπῆς μεστὰ πάντα. σὺ τὸ τοῦτο μὲν δὴ ξυνῆκεν ὁ Απολλώνιος, ὡς βασιλεὺς ἐκεῖνος καὶ ὀλίγῳ μέρει φιλοσοφίᾳ ὑπὸ πάσης τῆς Φραώτου λείποιτο· ῥᾳθύμους δὲ ἰδὼν τοὺς σοφοὺς, καὶ μηδὲν παρασκευάζοντας, ὧν δεῖ τῷ βασιλεῖ, μὴ τι μεσημβρίαν ἥκοντι, ποῖ, ἔφη, ὁ βασιλεὺς διαιτήσεται; ἐνταῦθα ἔφασαν. ὧν γὰρ ἕνεκεν ἥκει, νύκτωρ διελεγόμεθα, ἐπειδὴ καὶ βιβλίων ὁ καιρὸς πρὸς βυλάς. καὶ τράπεζα, ἔφη, παρακείσεται ἥκοντι; νὴ Δί', εἶπε, παχεῖά τε, καὶ πάντα ἔχουσα, ὁπόσα ἐνταῦθα· παχέως οὖν, ἔφη, διαιτᾶσθε; ἡμεῖς μὲν ἔφασαν, λεπτῶς. πλείονα γὰρ ἡμῖν ἔξεστιν ἔσθειν, μικροῖς χαίρομεν. τῷ δὲ βασιλεῖ πολλῶν δεῖ. βούλεται γὰρ. σιτήσεται δὲ ἔμ-
C ψυχον μὲν οὐδέν· οὐ γὰρ θέμις ἐνταῦθα. βρώματα δὲ, καὶ ῥίζας, καὶ ὠραῖα, ὁπόσα νῦν ἡ Ινδικὴ ἔχει, ὁπόσα τε αἱ ἐς νέωτα ὧραι δώσουσιν. ἀλλ' ἴσθι, ἔφη, ὅστις. πρὸ ἡμέρας δὲ ἥξει ὁ βασιλεὺς ἀδελφῷ τε, καὶ υἱῷ ἅμα, χρυσῷ τε ἀστράπτων, καὶ ψήφοις. ὑπανισταμένου δὲ τοῦ Απολλωνίου, κατεῖχεν αὐτὸν ὁ Ιαρχας ἐν τῷ θρόνῳ· μὴ δὲ αὐτοῖς πάρεστιν εἰ τοῦτο· τούτοις ὁ Δά-
D μις αὐτὸς μὲν ἔφησι θρατυχεῖν, διὰ τὸ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐν τῇ κώμῃ διαιτᾶσθαι Απολλωνίου· ἀκηκοὼς, ἐγράφειν αὐτὰ ἐς τὸν αὐτὸν λόγον. φησὶ τοίνυν καθημένοις μὲν αὐτοῖς, τὸν βασιλέα προτείνοντα τὼ χεῖρε, οἷς δὴ χεῖρας τοῖς ἀνδράσι. τοὺς δὲ, ἐπινεύειν, ὥσπερ ξυνῳδημένοις, οἷς ἥκει. τὰ δὲ, εὐθυδρομεῖν τῇ ἐπαγγελίᾳ, καθάπερ ἐς θεοῦ ἥκοντα. Ⓜ δὲ

ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως, καὶ τὸν υἱόν, καλ- A
λίσους μειρακίους ὄντα, μηδὲν ὁρᾶσθαι
βέλτιον, ἢ εἰ ἀνδράποδα τούτοις τοῖς
ἀκολούθοις ἦσαν. μεταταῦτα ἐξανα-
στῆναι Ⓓ Ινδὸν, καὶ φωνῇ ἱκανῇ, κε-
λεύειν αὐτὸν σίτου ἅπτεσθαι. προσδεξα-
μένου δ' αὐτοῦ καὶ τοῦτο μάλιστα ἀσμέ-
νως, τρίποδες μὲν ἐξεπορεύθησαν πυ-
θικοὶ τέτταρες αὐτόματοι, καθάπερ Ⓓ B
Ομήρειοι θεοῖόντες. οἰνοχόοι δ' ἦσαν
αὐτοῖς χαλκοῦ μέλανος, οἷοι περὶ Ελ-
λησιν οἱ Γανυμήδης τε, καὶ οἱ Πέλοπες.
ἡ γῆ δὲ ὑπεστόρνυ πόας μαλακωτέρας,
ἢ αἱ βύναι. τραγήματα δέ, καὶ ὀπτοῖσι, καὶ
λάχανα, καὶ τρωκτὰ ὡραῖα, πάντα σὺν
κόσμῳ ἐφοίτα, διακείμενα ἥδιον, ἢ εἰ
ὀψοποιοὶ αὐτὰ παρεσκεύαζον. τῶν δὲ
τριπόδων, Ⓓ μὲν δύο, οἴνου ἐπέρρεον·
τοῖν δυοῖν δὲ ὁ μὲν, ὕδατος θερμοῦ κρή- C
νην παρεῖχεν· ὁ δέ, αὖ ψυχροῦ. αἱ δὲ ἐξ
Ινδῶν φοιτῶσαι λίθοι, περὶ Ελλησι
μὲν ἐς ὅρμους τε, καὶ δακτυλίους ἐμβι-
βάζονται διὰ σμικρότητα. περὶ δὲ Ινδοῖς,
οἰνοχόαι τε, ψυκτῆρές τε γίγνονται διὰ
μέγεθος, καὶ κρατῆρες, ἡλίκοι σκάφας
τέτταρας, ὥρᾳ ἔτους διψῶντας. τοῦ δὲ
οἰνοχόους τοῦ χαλκοῦς, ἀρύεσθαι μὲν
φησι ξυμμέτρους τοῦ τε οἴνου, καὶ τοῦ ὕδα- D
τος, θερμαίνεσθαι δὲ τὰς κάλυκας, ὥσ-
περ καὶ τοῖς πότοις. κατακεῖσθαι δὲ αὐ-
τοὺς ὡς καὶ ξυνεστίῳ μοι, οὐ μὴν πρό-
κριτόν γε Ⓜ βασιλέα· τοῦτο δὴ τὸ παρ'
Ελλησί τε, καὶ Ρωμαίοις πολλοῦ ἄξιον·
ἀλλ' ὡς ἔτυχέ γε, οὗ ἕκαστος ὥρμησεν. ἐ-
πεὶ δὲ πεπαύετο ὁ πότος, πεπαῦσθαι ὁ
Ιάρχας, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, ἄνδρα Ελ-
λησα, τὸν Απολλώνιον ὑποκεκλιμένον ἀπὸ δείξας, καὶ τῇ χειρὶ προσημαίνων

verò fratrem, & adoleſcẽtem filium, forma præſtantem, non aliter quàm ſeruorum quempiam, qui eos ſequebantur aſpexere. Poſt hæc exurgens Indus, regem, vt ſecum comederet, inuitauit: cui poſtquam aſſenſus eſt eſt rex, ídque libenter ſe facturum eſſe pollicitus eſt, Tripodes Pythici quatuor ſponte ſua in medium proceſſere, ſicut etiam ab Homero narratur. Pincernæ verò ſub ipſis ex ære nigro fabricati ſtabant, quales apud Græcos Ganymedes, & Pelopes habentur. Terra autem herbis ſubſtrata erat, longè etiam mollioribus, quàm noſtri ſint lecti: fructus autẽ, & panes, & olera *& eſculenta tempeſtiua* accedebant, ſuauius multò præparata, quàm ſi eadem coqui condiuiſſent. Tripodum autem duo quidem vinum fundebant: reliquorum vero alter aquæ calidæ fontem, alter vero frigidæ miniſtrabat. Qui ab Indis deferuntur lapides, apud Græcos quidem ob paruitatem monilibus, aut annulis inſeruntur, apud Indos autem pocula, & refrigeratoria vaſa ex illis fiunt. Crateres etiam capacitatis tantæ, vt viris quatuor æſtate ſitientibus potum abundè ſuppeditent. Ænei autem pincernæ menſuratè vinum, & aquam miſcent, & cyathos proferunt, ſicut in potationibus fieri conſueuit. Diſcubuerunt autem velut in cœnaculo, nullum tamen regi præcipuum locum aſſignantes, quod apud Græcos Romanóſque maximi exiſtimatur: ſed vt cuique in mentem venit, accubuere. Diutius autem iam peracto conuiuio, conuerſus ad regẽ Iarchas. Ego tibi, inquit, in conuiuio iſto propino virum Græcum (manu denotans Apollonium, qui penes regẽ accubabat) fidémq. facio

hunc esse virum generosum, ac diuinum. Ad ea rex, Audiui, inquit, hunc, atque eius comites, qui in proximo vico morantur, ad Phraotem veniisse. Rectè, inquit Iarchas, verèque audisti: ipse enim hic etiam illum hospitatur. Tunc rex, cur illi tantopere affectus est Phraotes? Tunc Iarchas, Quid aliud censes, inquit, quàm eius rei causa, qua ipse præcipuè gaudet? Nihil ergo, inquit rex, aliud suis studiis hic hospes effecit, quàm vt illũ generosum, strenuúmq. esse nõ sineret. Ad hæc Iarchas, Modestius, inquit, ô rex, de philosophia, déq; Phraote sentiendum est: quoad enim adolescentior fuisti, talia dicere, sentiréque adolescentia permittebat: sed cùm ad virilem iam peruueneris ætatẽ, tam insanis, ignominiosisq. verbis parcendum est. Apollonius autem Iarcha interprete talia intelligẽs, Quid, inquit, tibi attulit nũquam esse philosophatum? Mihi quidem, inquit rex, virtutes omnes, maximè verò, vt cum Sole vnus & idem sim. Apollonius verò ob tam insanam superbiam os manu comprimens, Si philosophiæ, inquit, operam dedisses, nunquam talia diceres, aut sentires. tum rex: Tu verò, optimè vir, quoniam philosopharis, quid de te ipso existimas? inquit. cui Apollonius, Vir bonus esse non mihi viderer, nisi philosophiæ rectè operam darem. Rex igitur manus ad sidera tendens, Per Solem, inquit, Phraotæ plenus huc aduenisti. Apollonius autem ab interprete quidnam dixisset rex, percontatus, Non frustra, inquit, sum peregrinatus, siquidem Phraotæ plenus euasi: sed si illũ tu nunc offenderes, mei illum plenũ diceres. Quin & de me scribere ad te aliquid voluit: sed quoniã te virum bonũ esse dicebat, onus epistolæ respui, quoniã neq; ad ipsum de me scripserat quisquã.

A ὅτι γενναῖός τ εἴη, ⁊ θεῖος. ὁ ὃ βασιλεὺς, ἥκουσα, ἔφη, συνεσεσθαι Φραώτῃ τοῦτόν τε, ⁊ τοὺς σὺν τῇ κώμῃ καταλύοντας. ὀρθῶς, ἔφη, ἠκουσας. οὗτος γὰρ καὶ ταῦθα ξενίζει αὐτόν. τί, ἔφη, ἐπὶ τοσοῦτον; τί δ' ἄλλο γε, εἶπεν, ἢ ἄνδρα σοφόν: οὐδέν, ἔφη, ξένον εἰρηκας, ἀσπαζόμενος ἐπὶ τοσοῦτον, ἢ μηδὲν σοφίᾳ ξυνεχώρησε γενναίῳ γενέσθαι. ὁ μὲν δὴ Ιαρχας, σωφρονέστερον, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, περὶ φιλοσοφίας τε, καὶ Φραώτου γίγνωσκε. ἐμοὶ γὰρ χρόνον, ὃν μειρακιον ἦθα, ξυνεχώρει καὶ ἡ νεότης τὰ τοιαῦτα. ἐπεὶ δὲ ἐς ἄνδρας ἐξαλλάττης ἤδη, φαῦλόν μοι δοκοῦμεν τῶν ἀνοήτων τε, ⁊ δυσκόλων. ὁ δὲ Απολλώνιος, ἑρμηνεύοντος τοῦ Ιάρχα, σὺ δὲ τί, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, τὸ μὴ φιλοσοφῆσαι, δέδωκεν; ἐμοὶ δὲ, ἀρετὴν πᾶσαν, καὶ τὸ εἶναί με αὐτὸν τῷ ἡλίῳ. ὁ δὲ, ὑποσμίζων αὖθις τὸν τύφον, εἰ ἐφιλοσόφεις, εἶπεν, καὶ αὖ τὰ τοιαῦτα ἂν ἐφθέγγου. σὺ δ' ἐπειδὴ φιλοσοφεῖς, βέλτιστε, τί περὶ σαυτοῦ οἴει; τὸ γε αὐτὸν, ἔφη, ἀγαθὸς δοκεῖν, εἰ φιλοσοφοίην· ἀναπεινας οὖν τὴν χεῖρα εἰς οὐρανὸν, νὴ τὸν ἥλιον, ἔφη, Φραώτου μεστὸν ἥκεις. ὁ δὲ, ἑρμαῖόν γε ἐποιήσατο τὸν λόγον. ⁊ ὑπολαβὼν, οὐ μάτην ἀποδεδήμηταί μοι, εἶπεν, εἰ Φραώτου μεστὸς γέγονα. εἰ δ' ἐκείνῳ νῦν συντύχοις, πάνυ φήσεις αὐτὸ ἐμοῦ μεστὸν εἶναι. καὶ γράφειν δὲ ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς σὲ ἐβούλετο. ἀλλ' ἐπειδὴ ἔφασκεν ἄνδρα ἀγαθὸν εἶναί σε, παρῃτησάμην τὸν ὄχλον τὸν ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς, ἐπεὶ μὴ δὲ ἐκείνῳ τις ὑπὲρ ἐμοῦ ἐπέστελλεν.

B

C

D

* εἰς φιλοσοφίαν, παρῃτησάμην τ.

Sapientes, cùm ad eos se contulit Apollonius, duodeuiginti fuisse. Deinde qualia sint, quæ non virtute, sed sorte eligantur. Item Medorum regi illius ætatis, viginti millia seruorum domi nata extitisse. Tum de Xerxe, & fuga eius ex Gracia.

CAP. IX.

Ἡμῖν δὴ τοσοῦτον τῆς βασιλέως ἐνταῦθα ἐλήξεν· ἀκούσας γὰρ ἐπαινεῖσθαι αὐτὸ ὑπὸ τοῦ Φραώτου, τῆς τε ὑποψίας ἐπελάθετο· καὶ ὑφεὶς τὸν τόνον, χαῖρε, ἔφη, ἀγαθὲ ξένε. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, καὶ σὺ βασιλεῦ, εἶπεν. ἔοικας γὰρ νῦν ἥκοντι. τίς σε, ἔφη, πρὸς ἡμᾶς ἦγεν; οὗτοι, εἶπεν, οἱ θεοί τε, καὶ σοφοὶ ἄνδρες. τοῦ ἐμοῦ δέ, ἔφη, ὦ ξένε, τίς λόγος ἐν τοῖς Ἕλλησιν; ὅσος γε, εἶπε, καὶ τοῦ Ἑλλήνων λόγος ἐνταῦθα. οὐδέν, ἔφη, τῶν παρ' Ἕλλησιν ἔγωγε λόγου ἀξιῶ. ἀπαγγέλλω ταῦτα, εἶπε, καὶ στεφανώσουσί σε ἐν Ὀλυμπίᾳ. καὶ τοῦτο μὲν τῷ Ἰάρχᾳ, τὸν μὲν, ἔφη, μεθύειν ἔα, σὺ δέ μοι εἰπὲ δι' ἃ χαίρειν τοὺς τοῦτο αὖ τοὺς, ἀδελφόν, ὡς φατέ, καὶ υἱὸν ὄντας, καὶ ἀξιοῦτε κοινῆς τραπέζης, οὐδὲ ἄλλης ὑμῖν οὐδεμιᾶς. ὅτι, ἔφη, βασιλεύσειν ποτὲ ἡγούμεθα. δεῖ γὰρ αὐτοὺς ὑπερορωμένους, παιδεύειν τὸ μὴ ὑπερορᾶν. ὀκτωκαίδεκα γὰρ ὄντων τοὺς σοφοὺς, πάλιν τὸν Ἰάρχαν ἤρετο, τί βούλοιτο αὐτοῖς τὸ εἶναι τοσούτους. οὔτε γὰρ τῶν τετραγώνων ὁ ἀριθμὸς οὔτε τῶν δοκιμουμένων τε, καὶ τιμωμένων, καθάπερ ὁ τῶν δέκα, καὶ ὁ τῶν δώδεκα, καὶ ὁ τῶν καὶ δέκα, καὶ ὁπόσοι τοιοῦτοι δή. ὑπολαβὼν ἔφη ὁ Ἰνδὸς, οὔτε ἡμεῖς, ἔφη, ἀριθμῷ δουλεύομεν, οὔτε ἀριθμὸς ἡμῖν, ἀλλ' ἀπὸ σοφίας τε, καὶ ἀρετῆς τιμώμεθα· καὶ ὁτὲ μὲν, πλείους τῶν νῦν ὄντων ἐσμὲν,

ET prima quidem regis debachatio hactenus processit. Cùm enim audisset se à Phraote laudari suspicionis oblitus, & vocis tono demisso, Salue, inquit, hospes optime. cui Apollonius, Et tu, inquit, rex salue: nunc enim videris aduenire. Tum rex, Quis te, inquit, huc deduxit? Dij, inquit Apollonius, & sapientes isti viri. De me verò, inquit rex, quisnã apud Græcos est sermo? Idem, inquit Apollonius, qui apud vos de Græcis habetur. *Atqui nihil*, inquit rex, *eorum quæ apud Græcos sunt, mentione dignum duco.* At ego, inquit Apollonius, de te nuntium feram, vt in Olympiis te coronent. Inde ad Iarcham conuersus, Hunc, inquit, ebrium furere sinamus. Tu verò dicas velim, cur eius comites fratrem, ac filium (vt dicitis) nec eadem accepistis mensa, nec aliquo penitus affecistis honore? Quoniam, inquit Iarchas, regnaturos eos quandoque putamus. Oportet enim ita negligendo monere, ne nimis superbiant. Videns rursus Apollonius sapientes decẽ & octo tantùm numero esse, iterum interrogauit, quid is sibi vellet numerus: neque enim numerum hunc quadratum esse, nec ex iis, qui magno honore habentur, sicut decem, duodecim, sexdecim, & alij huiusmodi. Ad hæc respondens Indus, Neque nos, inquit, numeris seruimus: nec nobis numeri: sed sapientia, ac virtute æstimamur: & aliquando plures quàm nunc,

quandoque etiam pauciores ſumus. Accepi namque auum meum, ſeptem ſupra octoginta ſapientes hoc loco congregaſſe, cùm eſſet ipſe omnibus iunior. Vnde cùm annos centum & triginta vixiſſet, ſolus hoc ipſo in loco remanſit, quòd de comitibus nullus ſupereſſet, nec in tota India eſſet quiſpiam, qui philoſophiam, & viuendi generoſum morem natura appeteret. Cúmque Ægyptiorum quidam feliciſſimum eſſe ſcriberent, quòd ſolus huic throno præfuiſſet annos quatuor, *hortatus eſt vt deſinerent Indis ſapientum* paucitatem improperare. Nos verò, Apolloni, qui Ægyptiorum in ſacerdotibus eligendis conſuetudinem audiuimus, & Græcorum etiam iudices quos decem ludis Olympicis præficitis, nequaquam laudamus, nec legem, quæ in eligendis illis viris ſeruatur. Sorti namque electionem committunt, quæ prudentiæ nihil habet, ita vt poſſit etiam peſſimus quiſpiam ſorte eligi. Quòd ſi ex optimatibus, aut per ſuffragia talium virorum fiat electio, nequaquam ſimilis incidere error poteſt: denarius enim numerus, quem prætergredi, aut non implere non licet: ſi plures fuerint viri boni, talis honoris participes fieri non ſinit: rurſus quoque ſi iuſti decem non fuerint, nullus tamen ſortietur honorem. Rectius igitur in hoc faciunt Solis ſacerdotes, numero quidem aliquando diuerſi, & nunc plures, nunc pauciores extantes, iuſtitia verò ſemper iidem. Dum iſti talia inter ſe colloquerentur, Rex eos interpellare, vel ſermonem potius omnino dirimere cupiens, aliquod ſemper inſipiens, *indoctúmque* dictum interſerebat. Tunc itaque quidnam ſeriò inter ſe loquerentur, interrogauit. Cui Apollonius, De ma-

A ὁτὲ δὲ, ἐλάτ̃ους. τὸν τοι πάππω Ⓦ τὴν ἐμαυτ̃ ἀκούω καταλεχθῆναι μὴ ἐς ἑπτὰ & ὀγδοήκοντα ϖοφοὺς ἀνδρας, νεώτατον αὐτὴν ὄντα. ϖοθελθόντα δὲ ἐς τεττ̃ράκοντα, & ἑκατὸν ἔτη, καταλελοιφθῆναι μόνον τινὰ, σὺν αὐτ̃ῳ, τῷ μήτε ἐκείνων τινὰ λείπεσθαι ἔτι, μήτε ἄλλ' ποι ποτὲ τ̃ Ινδικ̃ῆς ἢ φιλόσοφον, ἢ γενναίαν φύσιν· Αἰγυπτίων τοίνυν

B σὺν τοῖς εὐδαιμονεστάτοις ϖαραφαίνων αὐτὴν, ἐπειδὴ μόνῳ ἐμοὶ τετάρτῳ ἐξηγήσατο τούτου τ̃ ϑεόν, ϖαρῄνεσε παύσασθαι ὀνειδίζοντας Ινδοῖς ϖοφῶν ὀλιγανδρίαν· ἡμεῖς δὲ, ὦ Απολλώνιε, καὶ τὰ Ηλείων πάτρια Αἰγυπτίων ἀκούοντες, καὶ σὸν Ελλανοδίκας, οἷς ϖοθοῦσαν τῶν Ολυμπίων δέκα ὄντας, οὐκ ἐπαινοῦμεν Ⓦ νόμον τ̃ ἐπὶ τοῖς ἀνδράσι κείμενον.

C κλήρῳ τε γὰρ ξυγχωροῦσι τὴν αἵρεσιν, ὃς ϖοθενοῖ οὐδέν· οὐ γὰρ ἂν οὐ τ̃ φαυλοτέρων τὴς αἱρεθείη ὑϖὸ τ̃ κλήρου. δέ γε ἀριστίνδην, ἢ οὐ κατ' ψῆφον ἤρηντο σὺν ἄνδρας, οὐκ ἂν ἡμάρτανον ϖαπλησίως· ὁ γὰρ τ̃ δέκα ἀριθμὸς ἀϖεραίτητος ὢν, ϖλεόνων ὄντων ἀνδρῶν δικαίων, ἀφῃρεῖτο ἂν σφίσιν τὸ ἐπὶ τούτῳ ϖιμᾶσθαι· ἢ οὐκ ὄντων δικαίων

D δέκα, οὐδεὶς δόξῃ. ὅθεν ϖολλῷ σοφώτ̃ῳ Ⓦ ἐφρόνουν ἂν Ηλεῖοι, ἀριθμῷ μὲν ἄλλοτ̃ ἄλλοι ὄντες, δικαιότητι δ' οἱ αὐτοί. ταῦτα ϖαρυδάζοντας αὐτοὺς, ὁ βασιλεὺς σμικρόφρων ἐπειρᾶτο, διείργων αὐτὸς ϖαντὸς λόγου, οὐ ἀεί ϖ ἔμϖλην, οὐ ἀμαθὲς λέγων. πάλιν οὖν ἤρετο ὑϖὲρ τ̃ ϖαρυδάζοιεν. ὁ δ' Απολλώνιος, διαλεγόμεθα μὲν ὑϖὲρ με-

γάλων, καὶ τῶν ὑπὲρ Ἑλλησιν δοκιμωτάτων· σὺ δ' ἂν μικρὰ ταῦτα ἡγοῖο. φησὶ γὰρ διαβεβλῆσθαι πρὸς τὰ Ἑλλήνων· διαβέβλημαι μὲν ἀληθῶς, εἶπεν, ἀκοῦσαι δ' ὅμως βούλομαι. δοκεῖτε γάρ μοι λέγειν ὑπὲρ Ἀθηναίων τῶν Ξέρξῃ δούλων. ὁ δ', ὑπὲρ ἄλλων μέν, ἔφη, διαλεχθησόμεθα· ἐπεὶ δ' ἀπόπως τε, καὶ ψευδῶς Ἀθηναίων ἐπεμνήσθης ἐκεῖνό μοι εἰπέ, εἰσί σοι βασιλεῖ δοῦλοι; δισμύριοί, ἔφη, καὶ οὐδὲ ἑωνημαί γε αὐτῶν οὐδένα, ἀλλ' εἰσὶν οἰκογενεῖς πάντες. πάλιν οὖν ἤρετο, ἑρμηνεύοντος τοῦ Ἰάρχα, πότερ' αὐτοὺς ἀποδιδράσκοι σοῦ αὐτοῖς δούλοις, ἢ σὺ δούλοις ἐκείνοις. ὁ δ', ὑβρίζων αὐτὸν, τὸ μὲν ἐρώτημα, ἔφη, ἀνδραποδώδες· ὅμως δ' οὐκ ἀποκείνομαι· τὸ μὲν ἀποδιδράσκοντα, δοῦλόν τε εἶναι, καὶ ἄλλως κακόν. διαστείλω δ', εἰ ἂν ἀποδράναι τὸν, ὃν ἔξεστιν αὐτῷ σφεβλῶντα, καὶ ξαίνειν. ἐκούσιον, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, δοῦλος μὲν Ἀθηναίων Ξέρξης ὑπὸ σοῦ ἀποπέφανται, καὶ ὡς κακὸς δοῦλος, ἀποδράναι αὐτούς. ἠπίστει γὰρ ὑπ' αὐτῶν τῇ ναυμαχίᾳ τῇ περὶ τὰ στενὰ, καὶ δείσας, περὶ ταῖς σὺν Ἑλλησπόντῳ γεφύραις σὺν μιᾷ νηῒ ἔφυγε. καὶ μὴν καὶ ἐνέπρησεν, ἔφη, τὰς Ἀθήνας ταῖς ἑαυτοῦ χερσίν. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, τοῦτο μὲν, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, τολμήματος ἔδωκε δίκας, ὡς οὔπω τις ἕτερος. οὓς γὰρ ἀπολωλεκέναι ᾤετο, τούτους ἀποδρὰς ὤχετο· ἐγὼ δ' ἅμα καὶ Ξέρξῃ θεωρῶν, ὅτι μὲν τῇ διανοίᾳ, καθ' ὧν ἐστράτευσεν, ἡγοῦμαι αὐτὸν ἂν ἀξίως δοξαθῆναι σοφοῖς ὅτι Ζεὺς εἴη· ἐπὶ δὲ τῇ

στρατεύσει, scr. ἀπ' αὐτῶν ἀξίως

A ximis, inquit, rebus disputamus, quæque apud Græcos præcipuæ existimantur. Tu autem parua forsan hæc putares. Aiunt enim te Græcorum facta calumniari. Et verè, inquit ille, calumnior, audire tamen volo. Puto enim vos de seruis Xerxis Athenienſibus loqui. Tunc Apollonius, Nos verò, de aliis, inquit, differimus. sed quoniam importunè, falsóque Athenienſium meminisſti, dic quæso an vlli serui B tibi sint domi? Viginti, inquit, millia seruorum habeo, quorum nullum emi, sed domi geniti, vernæque sunt omnes. Rursus igitur, Iarcha interprete quæsiuit Apollonius, vtrum ille seruos suos fugiat, an ipsum serui. Tunc rex Apollonium conuiciatus, Hæc, inquit, seruilis admodum est interrogatio: tamen ad eam quoque respondebo, dicámque fugam ad seruos, & præsertim prauos magis pertinere, C ad dominum verò minimè, cùm possit & vincire seruos, & verberibus, cruciatibúsque torquere. Satis igitur, ô rex, Athenienſium seruum fuisse Xerxem ostendis: imò etiam prauum seruum, qui ab illis aufugit. Nauali namque prælio circa maris anguſtias ab eisdem superatus, timens nauibus, quæ in Hellesponto erant, cùm vna tantùm naui aufugit. Veruntamen suis manibus, inquit rex, Athenas incen- D dit. Vera narras, inquit Apollonius, sed istius audaciæ pœnas dedit, quantas alius nemo. Quos enim ad internecionem deleuisse opinabatur, eosdem fugiens è Græcia discessit. Ego verò Xerxem animaduertens, & mentem, qua motus exercitum in Græciam duxit, * dignum fuisse censeré, qui à nonnullis Iupiter esse putaretur: eius autem

fugam considerans, omnium hominum infortunatissimum illum iudico. Nam si Græcorum manibus occubuisset, quis vnquam laudatione præclariorem esset sortitus, aut cui sepulchrum nobilius vnquam erexerunt Græci, quàm illi statuissent? quæve super illo armorum, quæ musicæ certamina non instituissent? Si enim Melicertæ, Palæmones, & Pelops aduena Lydius, illi quidem in infantia defuncti, iste verò Arcadia, & Argolide, & omni, quæ intra Isthmum est, regione subacta, deorum honorib. à Græcis ornati sunt: quid erga Xerxem facere omisissent viri natura virtutum amatores? quíque illius laudes ad se ipsos, qui eum vicerant, redundare putarent? Hæc dicente Apollonio rex ipse in lachrymas prorupit, Et, ô amicissime, inquit, quales viros esse Græcos mihi demonstras. Vnde igitur, inquit Apollonius, tantopere illis infensus eras? Calumniantur, inquit, regum Græcorũ genus ex Ægypto venientes ad nos nonnulli, qui seipsos optimos sacerdotes, & sapientes esse dictitant, præterea legum latores, ac sacrorum mysteriorũ omnium, quibus Græci vtũtur inuentores Græcos verò nihil recti sentire, & *contumeliosos ac turbones* esse, infidos, atque rebelles, tùm verò fabularum, monstruosarúmq. rerum assertores, præterea paupertatis ostentatores, neq. id ob modestiã vllam, ac frugalitatem, sed vt furantes veniam facinoris mereantur. Nunc autẽ ex te audiens, & quo pacto benigni sunt, & honoris amatores, iam illis conciliatus pacisCor, & cõcedo vt à me laudentur: & quicquid efficere pro Græcis possim, audenter petant: nec Ægyptiis amplius fidem adhibiturum polliceor.

A φυγῇ, κακοδαιμονέσταζον αὐθεφπων
ὑπείληφα· εἰ γὰρ σὺν χερσὶ τῷ Ελλή-
νων ἀπέθανε, τίς μὴν αὖ λόγων λαμ-
πφοτέφων ἠξιώθη· τῷ δ' αὖ μείζω
τάφον ἐπεσημήναντο Ελλῆνες. ἀγω-
νία δ' σὐόπλιος, & ἀγωνία μοῖσικὴ,
τίς οὐκ ἀν ἐπ' αὐτῷ ἐτέθη. εἰ γὰρ Με-
λικέρται, καὶ Παλαίμονες, καὶ Πέλοψ ὁ
ἐπιλύτης Λυδὸς, & μὲν, ἐπ πφὸς
B μαζῷ* ἀποθανόντες, ὁ δὲ τὴν Αρκα- χ. μαζόν
δίαν τε, καὶ τὴν Αργολίδα, καὶ τὴν ἐν-
τὸς Ισθμοῦ δουλωσάμενον, ἐς θείαν
μνήμην ὑπὸ τῶν Ελλήνων ἤρθησαν,
τί οὐκ ἂν ὁπὶ Ξέρξῃ ἐκλύετο ὑπ' ἀν-
δρῶν ἀσπαζομένων τὲ ἀρετὰς φύσει,
καὶ ἔπαινον αὐτοῖς* ἡγουμένων τὲ ἐπαι- χ. αὐτῶν
νεῖν, οἷς νικῶσι; ταῦτα & Απολλωνίῳ λέ
C γοντος, ἐς δάκρυα ἀπήχθη ὁ βασιλεύς.
καὶ ὦ φίλτατ', εἶπεν, οἵους ἄνδρας ἑρμη-
νεύεις μοι τοὺς Ελλήνας ἔχειν. πόθεν οὖν
ὦ βασιλεῦ, χαλεπῶς πφὸς αὐτοὺς
εἶχες. διαβάλλουσιν, εἶπεν, ὦ ξένε, τὸ
Ελλήνιον* γένος οἱ ἐξ Αἰγύπτου φοι- χ. Ελληνικόν
τῶντες ἐνταῦθα, σοφᾶς μὲν αὐτοὺς
ἱεφοὺς τε, καὶ σοφοὺς ἀποφαίνοντες, καὶ
νομοθέτας θυσιῶν τε, καὶ τελετῶν, ὁπόσας
D νομίζουσιν οἱ Ελληνες· κενεὺς δ', οὐδὲν
ὑγιὲς εἰδότας φάσκοντες, ἀλλ' ὑβρισάς τε,
καὶ ξυκλύδας*, καὶ ἀναρχίαν πᾶσαν, σχολ. παρασκώδης, σασιώδης.
καὶ μυθολόγους, & φλυάφους. & πέ-
νητας μὲν, ἐνδεικνυμένους ὅτι, οὐχ ὡς
σεμνὸν, ἀλλ' ὑπὲρ ξυνωμης τε κλέπτειν.
σοὶ δ' ἀκούων ταῦτα, καὶ ὅπως φιλότι-
μοί τε, καὶ χρησοί εἰσι, παινέσομαί τε λοι-
πὸν τοῖς Ελλησι, καὶ δίδωμι αὐτοῖς ἐ-
παινεῖσθαί τε ὑπ' ἐμοῦ, & δύνασθαί με
ὑπὲρ Ελλήνων ὅ, τι δύναμαι, καὶ σὺ δὲ Αἰγυπτίοις ὑπὲρ ἐμοῦ ἀπιστεῖσθαι.

De Tantali potione, ac poculo: qualisque Tantalus viuens erga homines fuerit.
CAP. X.

Ὁ δὲ Ἰαρχας, Ἐγὼ, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, ἐγίγνωσκον ὅ, τι σου τὰ ὦτα διέφθορεν ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων τούτων· δηλήμων γὰρ ὥσπερ Ἑλλήνων οὐδείς, ἐστὶ δὲ αὖ ξυμβούλου τοιούτου τύχης. ἀλλ' ἐπεὶ βελτίων γέγονας ὑπὸ ἀνδρὸς σοφοῦ, νῦν μὲν ἡμῖν ἡ Ταντάλου φιλοτησία πινέσθω, καθεύδωμεν δ' ἃ χρὴ νύκτωρ πραχθέντα. λόγων δὲ Ἑλληνικῶν, πλείους δ' ἔτι καὶ αὐθρώπους, ἐμπλήσω σε λοιπὸν ἐγὼ χαίροντα, ὁπόταν ἀφίκοιο. Καὶ ἅμα ἐξῆρχε τοῖς ξυμπόταις, πρῶτος ἐς τὴν φιάλην κύπλων· ἢ δὲ, ἐπότιζεν ἱκανῶς πάντας· τὸ γὰρ νᾶμα ἀφθόνως ἐπεδίδου, καθάπερ δὴ τοῖς πηγαίοις αὐτὰ διδομένοις· ἐπεὶ τὸν Ἀπολλώνιος ὑπὲρ μὲν φιλοτησίας Ἰνδοῖς τὸ ποτὸν τοῦτο εὑρημένον ποιοῦνται· ἢ αὐτὸ οἰνοχόον Τάνταλον, ἐπειδὴ φιλικώτατος ἀνθρώπων ἔδοξε. πόντας δὲ αὐτοῦ, ἐδέξατο ἡ γῆ δύναις, ἃς αὐτὴ ἐπεστόρνυ. ἐπεὶ δὲ νὺξ μέση ἐγένετο, πρῶτον μὲν ἀναστάντες, τὴν ἀκτῖνα μετέωροι ὕμνησαν, ὥσπερ ἐν τῇ μεσημβρίᾳ· εἶτα τῷ βασιλεῖ ξυνεγένοντο, ὁπόσα ἐδεῖτο. παρατυχεῖν μὲν οὖν τῷ Ἀπολλωνίῳ οἷς ἐσπούδασεν ὁ βασιλεὺς, οὔ φησιν ὁ Δάμις· οἴεσθαι δ' αὐτὸν περὶ τῆς ἀρχῆς ἀπορρήτων τινῶν ξυνουσίαν πεποιῆσθαι. θύσας δὲ ἅμα ἡμέρᾳ, προσῆλθε τῷ Ἀπολλωνίῳ, καὶ ἐκάλει ἐπὶ ξενίαν ἐς τὰ βασίλεια, ζηλῶν ἀποπέμψαι φάσκων ἐς Ἕλληνας. ὁ δὲ, ἐπῄνει μὲν ταῦτα, ἐμέλλων δ' ἀπιδώσειν γε αὐτὸν ἔφασκεν

AD hæc Iarchas, Ego, inquit, ô rex, sciebam quisnam Ægyptius aures tuas corrupisset; ita vt de Græcis boni quicquam narrare non liceat, dum illo vteris consiliario: sed quoniam ad meliorem sententiam *à viro sapiente* redactus es, nunc Tantali propinatio bibēda nobis est: inde somno indulgebimus, vt possimus quæ noctu peragēda sunt, perficere: Græcarum verò rerum cognitione, *(plurima quippe est ex omnibus quæ apud homines)* ego *te libentē* quandocunque aduenēris explebo. Hæc dicens Iarchas potandi principium fecit ex phiala bibens, quæ largiter cunctos satiauit, iugiter humorem fundens, non secus ac si ex fonte scaturiret. Bibit autem Apollonius: amicitiæ namque firmandæ causa huiusmodi compotatio apud Indos est adinuenta. Faciunt itaque eius ministrum, pincernámque Tantalum, qui amicissimus mansuetissimúsque erga homines habitus est. Potos autem terra excepit in lectis, quos ipsamet substrauerat. Media autem nocte primò cùm surrexissent, sapientes radium Solis in sublime eleuati, sicuti meridie fecerant, laudauere: postea regi de omnibus quæ petebat, responderunt. Interfuisse autem sermonibus Apollonium, quos cum sapientibus rex habuit, negat Damis: putare autem ipsum arcana quædam de iis quæ ad regni gubernationem pertinerent communicasse. Exorto autem die sacrísque peractis, rex ad Apollonium venit, & hospitio sibi illum iungere cupiens, vt in regiam secum pergeret, hortabatur. Apollonius autem regis humanitate collaudata, ad regiā se profecturū negauit,

quòd nollet homini multùm sibi dissimili congredi. Aiebat quoque cùm esset iam diutius peregrinatus, vereri, ne quos domi reliquisset amicos, offendere, néve se ab illo deludi arbitrarentur. Cúmque rex suppliciter hoc se petere velle diceret, iámque illiberalius Apollonium inuaderet: Rex, inquit Apollonius, vbi humilius, quàm se deceat de iis, quæ postulat, loquitur, insidias clanculum machinatur. Sed superueniens Iarchas, Iniuriam, inquit, affers sacræ domui, virum inuitum illinc distrahens, præsertim, qui iam prænoscens intelligit, familiaritatem tuam illi nihil esse profuturam, fortè etiam tibi ipsi nihil allaturam boni. Quibus auditis rex ad vicum regressus est: Sapientum enim iura non sinebant regem supra diei spatium apud eos morari. Tunc Iarchas accersito nuntio, inquit, duc ad nos Damidem arcanorum omnium participem futurum: & cæteris Apollonij comitibus quæcunque necessaria sunt, vt suppeditentur *in vico*, diligenter cura.

A ἀνδρὶ μηδὲν ὁμοίῳ. καὶ ἄλλως, πλείω χρόνῳ ἀποδημῶ τοῦ εἰκότος, αἰσχύνεσθαι τοὺς οἴκοι φίλους ὑπερορᾶν δοκοῦντας· ἀντιβολεῖν δὲ τὸν βασιλέως φάσκοντος, καὶ ἀνελευθέρως ἤδη προσκρούοντος, βασιλεύς, ἔφη, ταπεινότερον αὐτῷ περὶ ὧν αἰτεῖ διαλεχθήμενος, ἐπιβουλεύει. προσελθὼν οὖν ὁ Ἰάρχας, ἀδικεῖς, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, τὸν ἱερὸν οἶκον, ἀπάγων ἐνθένδε ἄνδρα ἄκοντα. καὶ ἄλλως, τὸν προγινωσκόντων ὅστις ὢν, οἷός τε τυγχάνει σοὶ τε αὖ τῷ πρὸς σὲ, μὴ ἐπ' ἀγαθῷ τῷ ἑαυτοῦ ἐσομένῳ· ἴσως δὲ οὐδ' αὐτῷ σοι χρήσιμόν τι ἔξουσαν. ὁ μὲν δὴ κατῄει ἐς τὴν κώμην. ὁ μὲν γὰρ θεσμὸς τῶν σοφῶν, οὐ ξυνεχώρει τῷ βασιλεῖ ξυνεῖναι σοφίσιν ὑπὲρ μίαν ἡμέραν. ὁ δὲ Ἰάρχας πρὸς τὸν ἄγγελον, καὶ Δάμιν, εἶπε, τὸν δεῦρο ἀπορρήτων ἀξιοῦμεν, καὶ ἥκετω· τὸν δὲ ἄλλων ἐπιμελοῦ ἐν τῇ κώμῃ.

Ex quibus rebus compositus sit Mundus. Tum de quinto elemento, & quòd simul creata elementa fuerint, eßéque mundum animal vtriusque generis. hinc naui Ægyptiæ omnium quàm maximæ mundi regimen comparatum. Gubernari verò mundum à Deo omnium creatore, atque à Diis, qui sub eo sunt. De peritia præterea linguæ Græcæ, & facundia, & vrbanitate Iarchæ. Dein quæstio terráne mari maior sit, an mare terra. CAP. XI.

EO abeunte, sapientes vt consueuerát Apollonio circunfusi, quæ vellet interrogãdi licentiã præbuere. Ille autem dictis obtemperans, quæsiuit quibus ex rebus hunc mundum esse compositũ opinarentur. Illi verò ex elemẽtis respõderunt. An igitur ex quatuor? inquit ille. minimè verò ex quatuor, inquit Iarchas, sed ex quinq.

Ὡς δὲ ἀφίκετο, ξωνιζήσαντες ὥσπερ εἰώθεσαν, ξυνεχώρουν τῷ Ἀπολλωνίῳ ἐρωτᾶν· ἤρετό τε αὐτὸν ξυγκεῖσθαι τὸν κόσμον ἠξίουν. ὁ δὲ ἔφασαν, ἐκ στοιχείων. μῶν, ἔφη, τεττάρων; οὐ τεττάρων, ἔφη ὁ Ἰάρχας, ἀλλὰ πέντε.

καὶ τί ἂν, ἔφη, πέμπτῳ χρῷτο παρὰ τὸ ὕδωρ τε, καὶ ᾗ ἀέρα, καὶ τῷ γῇ, καὶ τὸ πῦρ; ὁ αἰθὴρ, εἶπεν, ὃν ἡγεῖσθαι χρὴ θεῶν εἶναι. τὰ μὲν γὰρ τοῦ ἀέρος ἕλκοντα, θνητὰ πάντα· τὰ δὲ τοῦ αἰθέρος, ἀθάνατά τε, καὶ θεῖα. πάλιν ἤρετο τίνα τῶν στοιχείων πρῶτον γένοιτο. ὁ δὲ Ἰαρχας, ὁμοῦ, ἔφη, πάντα· καὶ γὰρ ζῷῳ κατὰ μέρος οὐ πίπτειν. ζῷον ἔφη, ἡγῇ μοι τὸν κόσμον; ἴσως γε, ὑμῖν γιγνώσκεις. αὐτὸς γὰρ ζωογονεῖ πάντα. θῆλυ οὖν αὐτὸν καλῶμεν, ἢ τῆς ἄρσενός τε, καὶ ἀντικειμένης φύσεως; ἀμφοῖν, ἔφη. αὐτὸς γὰρ αὑτῷ ξυγκινούμενος, τὰ μητρός τε, καὶ πατρὸς ἐς τὴν ζωογονίαν πρόσθεν· ἔρωτά τε ἑαυτοῦ ἴσχει θερμόν, ἢ ἑτέρου τε ἑτέρου· ὃς ἁρμόσεται ἑαυτῷ, καὶ ξυνίσησιν· ἀπεικός τε οὐδὲν ἑαυτῷ ξυμφύεσθαι. καὶ ὥσπερ χεῖρῶν τε, καὶ ποδῶν ἔργον πεποίηται ἡ τοῦ ζῴου κίνησις, καὶ ὅθεν αὐτῷ νοῦς, ὑφ' οὗ ὁρμᾶται, οὕτως ἡγώμεθα καὶ τὰ μέρη τοῦ κόσμου, διὰ ἐκεῖνον νοῦν ἐπιτήδεια παρέχειν αὐτὰ τοῖς πρεσσομένοις τε, καὶ νομιζομένοις πᾶσι. καὶ γὰρ τὰ πάθη τὰ ἐξ αὐχμῶν φοιτῶντα, καὶ ἐκεῖνον φοιτᾶν νοῦν· ὅτε ἐκπεσοῦσα ἡ δίκη τῶν ἀνθρώπων, ἄπρεπῶς πρόσθεν. ποιμαίνεται τε χεὶ οὐ μιᾷ τόδε τὸ ζῷον, ἀλλὰ πολλαῖς τε, καὶ ἀῤῥήτοις, αἷς χρῆται. ἀχαλίνωτον μὲν διὰ μέγεθος, δίκῃ δὲ κινεῖται, καὶ διάγεται. καὶ παράδειγμα μὲν οὐκ οἶδ' ὅ, τι ἀρκέσει τῷ λόγῳ, μεγίστῳ τε ὄντι,

A Quodnam igitur est quintum, inquit Apollonius? præter aquam enim, aërem, terram, atque ignem, quodnã quintum sit nescio. Æther est, inquit Iarchas, quem Deorum generationem oportet putare. Quæ enim aërem trahunt, mortalia sunt; quæ verò ætherem, immortalia atque diuina. Rursus interrogante Apollonio, quodnam elementorum prius factum esset, omnia simul facta esse respondit Iarchas. A- B nimal enim per partes non paritur. Animal igitur, inquit, putare debeo esse mundum? Certè, inquit Iarchas, si rectè sapis. Ipse enim animãtia cuncta producit. Fœminam igitur ipsum vocabimus; an masculæ & oppositæ naturæ? vtrunq., inquit Iarchas. Ipse enim sibi commistus patri, matrísq. vicem in animaliũ generatione supplet: amorémque sui ipsius continet maiorem, quàm alius vllus ad alium habeat, qui ipsum componit, C & constare facit; neque verò absurdum, alienúmve quicquam coalescere secum. Et sicut manuum, pedúmque operib. perficitur animalis motus, ménsque illi inest, à qua principium sumit actionum suarum: simili modo putamus, & mundi partes, propter mentem, quæ illi inest, inuicem conuenire omnibus, quæ producunt, producuntúrve. Morbi enim, qui ex siccitatibus D proueniunt, secundum eius mentem proficiscuntur: quandoquidem homines à iure discedentes debitis honoribus ipsam non colunt. Regitur autem huiusmodi animal, non vna manu, sed multis atque inenarrabilibus vtitur, & infrenabile propter magnitudinem existens: habenis tamen regitur, & moderatè deducitur. Quo autem exemplo sufficienter hoc possim ostendere nescio, cùm sit omnium longè maximum,

& noſtram exuperet cogitationem. Supponatur autem nauis ab Ægyptiis ædificata, quam in noſtrum mare deduxerunt, Indicæ *negotationi* Ægyptiam opponentes. Cùm enim vetuſtum intercederet pactum de rubro mari, quod rex, qui illi mari dominabatur, contraxerat, ne quis Ægyptius longa naui mare rubrum ingrederetur, oneraria autem naui in eodem mari vna tantùm vti poſſet: nauigium facere cogitauerunt Ægyptij, quod multarum nauium vicem ſuppleret: íd-que omnibus menſuris, quæ tantæ machinæ conueniebant, aptarunt; latera tabulatis intexentes, velíſque in altum maximè tendentibus illud ornantes: domunculáſque in eo complures tabulis circunſeptas inſtituerunt. Erant autem complures nauis eius gubernatores, ſub vno tamen, qui ceteros ætate, & nauigandi peritia præcedebat ordinati. Multi autem optimi, dexterrimíque nautæ, proræ præficiebantur. Plurimi etiam erant, qui malum optimè conſcendere, & vela, vtcunque opus eſſet, aptare nouerant. Erat inſuper ea nauis armis quibuſdam egregiè munita. Nam contra Barbaros, qui dexteram ſinus eius partem incolunt, præparare nauim opus erat, ne quando inuadentes, illam diriperent. Tale quid, & de hoc vniuerſo mundo exiſtimandum eſt, nauigij cuiuſdam inſtar ipſum conſiderando. Et prima quidem, ac perfectiſſima ſedes Deo tribuenda huius animalis genitori. Secunda verò Diis, qui eius partem gubernant: quo loco poëtas etiam debemus admittere, qui Deos complures in cœlo dicunt eſſe, multos etiam in mari, fluminibúſque ac fontibus. In terra præterea, ac ſub terra. Hos verò ſub

A κὴ πρόσω σὺνοίας· ὑποκείσθω ὁ ναῦς, οἵαν Αἰγύπτιοι ξωλιδέντες, ἐς τὴν θάλατταν τὴν ἐμεδαπὴν ἀφίασιν, ἀγωγίμων Ινδικῶν ἀντιδιδόντες Αἰγύπτιοι. δεδοκὸς γὰρ παλαιὸν περὶ τὴν ἐρυθρὰν ὄντος, ὃν βασιλεὺς ἐρυθρᾶς σὺνόμισεν, ὅτε τῆς θαλάττης ἐκείνης ἦρχε, μακρῷ μὴ πλοίῳ μὴ ἐσπλεῖν ἐς αὐτὴν Αἰγυπτίοις, στρογγύλῃ δ' αὖ μιᾷ νηὶ χρῆσθαι,

B σοφίζονται πλοῖον Αἰγύπτιοι, πρὸς πολλὰ τῶν παρ' ἑτέροις· καὶ σκευοπλυφήσαντες αὐτὸ ἁρμονίαις ὁπόσαι ναυῒ ξυνιᾶσι, πλίνθοις τε ὑποστεγάσαντες, καὶ ἰσῷ, καὶ πηξάμενοι πλείους οἰκίας, οἵας ἐπὶ τῶν σκευμάτων· πολλοὶ μὲν κυβερνῆται τῆς νεὼς ταύτης ὑπὸ τῷ πρεσβυτάτῳ τε, καὶ σοφωτάτῳ πλέουσι· πολλοὶ δὲ

C κατὰ πρῶραν ἄρχοντες ἄριστοί τε, καὶ δεξιοὶ ναῦται, καὶ πρὸς ἱστία πηδῶντες. ἔστι δέ τι τῆς νεὼς ταύτης καὶ ὁπλιτεῖον. πρὸς γὰρ τοὺς Κολπίτας βαρβάρους, οἳ κατὰ δεξιὰ τὸν εἴσπλουν κεῖνται, παρατάττεσθαι δεῖ τὴν ναῦν, ὅτε λῃζόμενοι αὐτὴν ἐπιπλέοντες. τοῦτο ἡγούμεθα καὶ περὶ τὸν δὲ τὸν κόσμον εἶναι, θεωροῦντες αὐτὸν πρὸς τὸ τῆς ναυπλίας χρῆμα. τὴν μὲν γὰρ δὴ πρώτην,

D καὶ τελεωτάτην ἕδραν, ἀποδοτέον θεῷ γενέτορι τοῦδε τοῦ ζώου· τὴν δ' ὑπ' ἐκείνην, θεοῖς, οἳ τὰ μέρη αὐτοῦ κυβερνῶσι. καὶ τοῦ τε ποιητοῦ ἀποδεχόμεθα, ἐπὶ πολλοὺς μὲν φάσκοντος ἐν τῷ οὐρανῷ θεοὺς εἶναι, πολλοὺς δὲ ἐν θαλάττῃ, πολλοὺς δὲ ἐν πηγαῖς τε, καὶ νάμασι, πολλοὺς δ' ἐν γῇ. εἶναι δὲ καὶ ὑπὸ γῆν τινας. ἐν δὲ ὑπὸ

γλῶ τόπον, εἴπερ ὄντι, ἐπειδὴ φε- A terra locum, si tamen est vllus, quo-
κώδη αὐ Ⓜ, καὶ φθαρτικὸν ἄδοισιν, niam horrendum quendam, corru-
ὑποτάπωμεν τῆ κόσμου. ταῦτα τῆ ptúmque esse decantant, à reliquo
Ινδοῦ διελθόντος, σκίπεσεῖν ὁ Δάμις mũdo secernamus Dum talia loque-
ἑαυτῷ φησιν, ὑπ' ἐκπλήξεως, καὶ retur Iarchas: pene à mente propter
δύαβοῆσαι μέγα, μὴ γὰρ ἄν ποτε νο- stuporem se excidisse, atq; altius
μίσαι ἄνδρα Ινδὸν ἐς τοσόνδε ἐλάσαι propter admirationẽ exclamasse scribit
γλώττης Ελλάδος, μήτι δὲ εἴπερ τὴν Damis: quòd nunquã putasset virum
κ. διάνοια, γλῶτταν ἠπίστατο, ποίᾳ δὲ διανοίᾳ*, Ⓒ B Indũ tam multùm literis Græcis pro-
ὥρᾳ διελθεῖν ταῦτα. ἐπαινεῖ ὑ αὖ ficere potuisse: minus verò, & si opti-
καὶ βλέμμα, καὶ μειδίαμα, καὶ τὸ mè linguã nosset, tam decorè, facun-
μὴ ἀθεεὶ δοκεῖν ἐκφέρειν τὰς δόξας. déq. cogitata proferre. Summis etiã
τόν τε Απολλώνιον διχημόνως τε, laudibus extollit illius aspectum: ri-
καὶ ἀμφιπὶ τοῖς λόγοις χρώμενον, susq́ue vrbanitatem, & quòd opinio-
κ. μὴ τ. ὅμως ὑπιδοῦσαι μή* Ⓜ Ινδὸν τὸν nes eiusmodi non *sine numine* vide-
Ⓒ ὅποι καθήμενος διαλέγοιτο, θα- batur afferre. Quinetiam Apollonĩ
μὰ ὑ τοῦ ἐφαίνε, προσπεσόντα ipsum composita expolitáq; oratio-
τῷ Ιάρχᾳ. ἐπαινεσάντων ὑ Ⓒ τῶν ἄλ- ne vti solitum, aliquid tamen ab In-
λων προθύμῃ φωνῇ τὰ εἰρημένα, πά- do adiumẽti sumpsisse refert, vt quo-
λιν ὁ Απολλώνιος ἤρετο, πότερα, τὴν tienscunq; sedens loqueretur (id au-
θάλατταν μείζω ἡγοῖντο, ἢ τὴν γῆν. tem frequenter eueniebat) in plerisq.
ὁ ὑ Ιάρχας, εἰ μὲν πρὸς τὴν θά- C similimus Iarchæ videbatur. Cùm
λατταν, ἔφη, ἡ γῆ ἐξετάζοιτο, μείζων omnes ea, quæ dicta fuerant, summis
ἔσαι. τὴν γὰρ θάλατταν αὐτὴ ἔχει. εἰ ὑ laudib. extollerent, rursum Apollo-
πρὸς πᾶσαν τὴν ὑγρὰν οὐσίαν σκο- nius interrogauit vtrũ maioris molis
ποῖτο, ἥττω τὴν γῆν ἀποφαινοίμεθα esse putarent, maréne, an terram.
ἂν· καὶ γὰρ ἐκείνην τὸ ὕδωρ φέρει. Tunc Iarchas, Si ad mediterraneum,
inquit, tantùm mare comparabitur,
haud obscurum est terram maiorem
esse: ipsa enim est, quæ mare conti-
net: sin de vniuersa humida substã-
tia ratio habeatur, ipsam terram mi-
norẽ profectò *pronunciaremus*. Aqua
enim terram sustinet.

De puero formoso adamato, vexatóque à Dæmone, & de epistola à sapientibus ad Dæmonium, quo abiret à puero. Tum de Claudo, & Lusco, & muliere abortum faciente liberatus. Quódque ova noctua si elixa comesa fuerint, abstemios faciant.

CAP. *XII.*

ΜΕταξὺ ὑ τῶν λόγων τούτων, ἐφί- INterea nuntius ad sapientes acces-
σατο τοῖς σοφοῖς ὁ ἄγγελος, Ιν- sit, Indos aliquot deducens, salu-
δοὺς ἄγων σωτηρίας δεομένους· καὶ tem exposcentes. aderat & muliercu-
ἦν γε γύναιον ἱκέτευον ὑπὲρ παιδὸς, la precans pro salute filij. Dicebat
ὃν ἔφασκε ἑκκαίδεκα ἔτη γεγονέναι, autem illum annos natum sexdecim,

duos

duos iam annos à dæmone detineri, essèque dæmoni moris, vt ironia, mendaciisque plurimis vteretur. Interroganti autem è sapientibus vni, vnde ei tale cõtigisset infortunium: ita respondit mulier: Cùm is puer ceteris æqualibus formositate præstaret, dæmon quidam ipsius amore captus est, adeò vt nec illum mente sineret vti, neq. ad præceptores pergere, aut sagittariam artem, aliúmve ludum quempiam exercere: quinetiam nec domi esse permittebat, in campestres solitudines illum trahés: propriæ quoque vocis vsu ablato, vocem grauem, qualem adulti iam ætate homines habent, illi tribuit. Respicit quoque, inquit, alienis potius, quam suis oculis. Ego igitur, ait mulier, his de causis me miseram crucians, & pectora lacerans, vt par est, ipsum monere, & quæ in rem suam essent, suadere conabar: ipse verò nec verbis parebat, nec meum sustinebat aspectũ. Cúmque me huc ad vos venturam esse dixissem, idque iam anno elapso facere statuissem, dæmon quisnam esset manifestè cõfessus est, *dum* puero tanquã *interprete vteretur*: Aiebat autem se idolum esse hominis iamdudum in bello interfecti, qui vxorem suam vehementer amabat: sed quoniam vxor coniugij iure violato, triduò post eius mortem alteri nupsisset, summum erga mulieres odiũ concepisse, amorémq. omnẽ ad hunc puerum transtulisse. Pollicitus insuper est, si se apud vos non accusarem, multa bona filio meo daturum. quibus verbis persuasa aduentum hactenus distuli. Ipse verò tandiu me frustratus, domum meam solus habet, nihil veri, aut honesti loquens, nec sentiens. Tunc vnus è sapientibus, an prope esset puer, interrogauit. Quod cùm mulier negasset, assererétque

A δαίμονα ἂν ὃ δύο ἔτη· τὸ δὲ ἦθος τὸ δαίμονος, εἴ ἐστινα ἔχει, καὶ ψεύστην. ἐρομένου δέ τινος τῶν σοφῶν ὁπόθεν λέγοι ταῦτα· τοῦ παιδὸς τούτου, ἔφη, τὴν ὄψιν διαπρεπεστέρου ἑτέρων ὄντος, ὁ δαίμων ἐρᾷ, καὶ οὐ ξυγχωρεῖ αὐτῷ νοῦν ἔχειν, οὐδὲ εἰς διδασκάλου βαδίσαι ἐᾷ, ἢ τοξότου, οὐδὲ οἴκοι εἶναι, ἀλλ' εἰς τὰ ἔρημα τῶν χωρίων ἐκτρέπει. καὶ οὐδὲ τῇ φωνῇ ὁ παῖς τῇ ἑαυτοῦ ἔχρητο, ἀλλὰ βαρυτέρᾳ φθέγγεται, καὶ κοίλῃ, ὥσπερ οἱ ἄνδρες· βλέπει δὲ ἑτέροις ὀφθαλμοῖς μᾶλλον, ἢ τοῖς ἑαυτοῦ. κἀγὼ μὲν ἐπὶ τούτοις κλάω, καὶ ἐμαυτὴν δρύπτω, καὶ νουθετῶ τὸν υἱὸν ὁπόσα εἰκός. ὁ δὲ, καὶ οἶδέ με. διανοουμένης δέ μου τὴν σὺν ταῦτα ὁδὸν, τοῦτ' ἐνόησεν, ἐξηγόρευσεν ὁ δαίμων ἑαυτὸν, ὑποκειτῇ χρωμένῳ τῷ παιδί. καὶ δῆτα ἔλεγχον εἶναι μοι εἴδωλον ἀνδρὸς, ὃς πολέμῳ ποτὲ ἀπέθανεν, ἀποθανεῖν δὲ, ἐρᾶν τε ἑαυτοῦ γυναικός· ἐπεὶ καὶ ἡ γυνὴ ταχὺ τῷ ἀνδρὶ τῷ ἐμῷ ὕβρισε, τετελευτηκότος ἤδη· μνηθεῖσα ἑτέρῳ, μισῆσαι μὲν καὶ τοῦτο τὸ γυναικῶν ἔρᾶν, μεταῤῥυῆναι δὲ εἰς τὸν παῖδα τοῦτον· ὑπιχνεῖτο δὲ εἰ μὴ διαβάλλοιμι αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς, δώσειν τῷ παιδὶ πολλὰ καλὰ, καὶ ἀγαθά. ἐγὼ μὲν δὴ ἔπαθόν τι πρὸς ταῦτα. ὁ δὲ, διάγει με πολλοῦ ἤδη χρόνου, καὶ τὸν ἐμὸν οἶκον ἔχει μόνος, οὐδὲν μέτεισι, οὐδὲ ἀληθὲς φρονῶν· ἤρετο οὖν ὁ σοφὸς πάλιν εἰ πλησίον εἴη ὁ παῖς. ἡ δὲ, καὶ, ἔφη. πολλὰ μὲν δὴ ὑπὲρ τοῦ

ἀφικέσθαι αὐτὸν πρὸς ἄνδρα. ὁδὶ ἀπει-
λεῖ κρημνοὺς, καὶ βάραθρα, καὶ ἀπο-
κτενεῖ * μου τὸν υἱόν, εἰ δικαζοίμην
αὐτῷ δίκην. θάρσει, ἔφη ὁ σοφός· οὐ
γὰρ ἀποκτενεῖ αὐτόν. δύαγνοις ταῦ-
τα, καί τινα ἀπιόλιν ἀναπαύσας
τῷ κόλπῳ *. ἔδωκε τῇ γυναικί. ἐπέ-
σαλε δὲ ἄρα ἡ ἀπιόλη πρὸς τὸ
εἴδωλον ξὺν ἀπειλῇ, ἢν σκήλῃξει.
καὶ μιᾶς καὶ χωλύων τὸν ἀφικέσθαι,
γεγονὼς μὲν ἤδη τεττάκοντα ἔτη·
λεόντων δὲ θηρατὴς δεινός. ἐμπεπτω-
κότος δὲ αὐτῷ λέοντος, ὠλισθήκει τὸν
γλουτὸν, καὶ τὸ σκέλος ἑτέρως εἶ-
χεν· ἀλλ' αἱ χεῖρες αὐτὸ καταψῶσαι
τὸν γλουτὸν, ἐς ὀρθὸν τὸ βάδισμα-
τος ὁ νεανίας ἦλθε. καὶ ὀφθαλμῷ
δὲ τὸν ἑτέρῳ ἐξερρυηκὼς, ἀπῆλθε, παῦ ἔ-
χων τὸ σὺν αὐτοῖς φῶς· καὶ ἄλλο
τὸν χεῖρα ἀδρανὴς ὢν, ἐγκρατὴς
ὤχετο. γυνὴ δὲ τις ἐπτὰ ἤδη τοκέρας
δυσκόλως ἀπεμόχθησε, ἀπεμόχθησε τὸν ἀν-
δρὸς, ὧδε ἰάθη. τὸν ἄνδρα ἐκέλευσεν,
ἐπεὶ πίκτη ἡ γυνὴ, λαγὼν ὑπὸ κόλ-
που ζῶντα ἐσφέρεσθαι οὗ πίκτει· καὶ
προελθόντα αὐτὸν, ἀφεῖναι ὁμοῦ
τῷ λαγῷ· συνεκδιδῶναι γὰρ αὐτῷ
ἂν τῷ ἐμβρύῳ τὸν μήτραν, εἰ μὴ
ὁ λαγὼς αὐτίκα ἐξεκνεχθεὶς φύγοι. παῖς δὲ αὖ τινος εἰπόντος ὡς γε-
νοιντο μὲν αὐτῷ παῖδες, ἀποθανοῖεν
δὲ ὁμοῦ τῷ ἅψασθαι οἴνου πίνειν, ὑπο-
λαβὼν, εἶπεν ὁ Ἰαρχας, καὶ βελτίους
ἀποθανόντες ἐγγύοιντο· οὐ γὰρ ἂν διέ-
φυγον τὸ μὴ μανῆναι, θερμοτέρων
ὡς φαίνεται σπερμάτων φυτές. οἶ-
νος μὲν οὖν ἀφεκτέον τοῖς ἐξ ὑμῶν,

A se vt illuc filium perduceret, laborasse, dæmonem verò præcipitia, barathráque daturum, & filium interfecturum minatum esse, si se huc iudicandum adducerem. Tunc sapiens, Confide, inquit, non enim ipsum interficiet, si hæc legerit: & simul epistolam è sinu detractã mulieri dedit. Scribebatur enim epistola ad idolum ipsum, minas, terrorémque illi nuntians, nisi inuiolatum adolescentem dimitteret. Alius præterea claudus eodem venit, annos ferè natus triginta. Erat autem leonum venator acerrimus: cúmq. ingens leo ei venanti occurrisset, *quod in coxarũ vertebris globosum est*, dissoluit, atque ita crus femúrque in alteram partem distorsit. Verùm illi manibus perfricantes, detorquentésque ita direxerunt, vt adolescens rectè gradiens inde discederet. Alius verò oculorum altero captus, vtroque videndi potentia recepta abiit. Alius item manu altera mácus, libero ipsius vsu restituto discessit. Mulier autem, quæ septies abortiuum fœtum summa cum difficultate, periculóque enixa fuerat, hoc modo sanata est. Iusserunt enim sapientes mulieris eius virum, cùm pariendi tempus adesset, viuum leporem in sinu occultatum, eò deferre vbi paritura mulier esset: inde cùm sæpius circa mulierem deambulasset, repente leporem è sinu dimittere: fore enim dicebant, vt simul embryonem vulua dimitteret, nisi lepus repente extra fores aufugisset. Patri verò querenti filios quidem sibi nasci, sed cùm primum bibere vinum cœpissent, omnes mori: sic respondit Iarchas, melius cum illis agi, quòd moriantur. Si enim superstites essent, omnes esse euasuros insanos, quòd ex semine, vt apparet, *feruidiore* procreati essent. Vino igitur abstinendum est filiis vestris,

A B C D

* κ. ποιητ.
* κ. τῷ κόλπῳ

ita vt ne cupiditate quidem ipsius moueantur. Si qui igitur *tibi* posthac filij nascentur (vnus autem septimo ab hoc die, vt video, natus est) obseruare oportet, vbi noctua nidum faciat, & illius oua mediocriter elixata infanti comedenda præbere. Si enim illa comederit, vinum oderit, & modestius deget, quia temperatior fiet naturalis calor. Hæc Damis Apolloniúsque *auscultantes*, ob eximiam circa res omnes illorum sapientiam obstupebant, multáque quotidie illos interrogabant; cùm sapientes ipsi ab eisdem quoque plurima scisciterentur: atque eo pacto mutua disputandi voluptate fruebantur.

A ὡς ὃ * μηδὲ ἐς ἐπιθυμίαν ποτὲ οἴνου καταστῆσαι. εἰ οὖν σοι πάλιν παιδίον γένοιτο, γένοιτο δ' ἑβδόμῳ ἡμέρᾳ, ὡς ὁρῶ, τίτθην γλαυκὸς ὄρνιν χρὴ ἐπιφυλάττειν οὗ νεοττεύσῃ· καὶ τὰ ὠὰ ἀποσανίσαντα, δοῦναι μασᾶσθαι τῷ βρέφει, συμμέτρως ἑψοντας. εἰ γὰρ βέβρωται τι τούτων πρὶν οἴνου γεύσεται, μῖσος αὐτῷ ποιεῖ τοῦ οἴνου ἐμφύσεται, καὶ σωφρονέστατα διαιτήσεται, μόνου ξυγκεκραμένου τοῦ ἐν τῇ φύσει θερμοῦ. τούτων οὖν ἐμπιπλάμενοι, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐμπιπλάντες τῆς ἐς πάντα σοφίας, παμπόλλοις ὁσημέραι λόγοις ἠρώτων· πολλοὺς δὲ καὶ αὐτοὶ ἠρώτων· ἃ μὲν οὖν διαλεκτικῆς ξυνουσίας, ἄμφω μετεῖχον.

B

Apollonium de stellarum diuinatione libros quatuor conscripsisse: atque etiam de sacrificiis. Inde an scientia diuinandi teneri ab humano queat ingenio, & qualis esse debeat, qui consequi eam voluerit: tum de septem annulis stellarum septem nominibus appellatis. CAP. XIII.

VERVM arcanas libationes, per quas astrologicam facultatem & diuinandi peritiam inquirebant, sacrorum præterea rationem, & inuocationum, quas diis gratissimas esse nouerant; Iarcham cum solo Apollonio communicasse refert Damis: ita vt inde digressus Apollonius de astrologica diuinatione libros quatuor scripserit, quorum Miragenes meminit. Scripsit etiam de sacrificiis libros, quo pacto singulis Diis sacrificandum sit: quæve sacra talibus Diis sint acceptissima. Sed ego astrorum scientiam, atque à Deo diuinandi artem omnem humanæ naturæ metas excedere puto: & vtrum quispiam verè ipsam nouerit, nescio. De sacrificiis autem faciendis multa scripta

ΤΑΣ δὲ ἀπορρήτους σπονδὰς, αἷς ἀστρικὴν, ἢ μαντείαν κατανόησιν, καὶ ἃ θεόγνωσιν ἐκοινώνουν, θυσιῶν τε ἁπλότητος, καὶ κλήσεων, αἷς θεοὶ χαίρουσι. μόνον φωνῶ ὁ Δάμις τὸν Ἀπολλώνιον ξυμφιλοσοφεῖν τῷ Ἰάρχᾳ, καὶ ξυγγράψαι μὲν σφεῖν περὶ μαντείας ἀστέρων βίβλους τέτταρας, ὧν καὶ Μιραγένης ἐπεμνήσθη. ξυγγράψαι δὲ περὶ θυσιῶν, καθ' ὡς ἂν ἕκαστος θεὸς θεοσφόρητος τε, καὶ κεχαρισμένως θύοι. τὰ μὲν δὴ περὶ ἀστέρων, καὶ τὴν τοιαύτην μαντικὴν πᾶσαν, ὑπὲρ τὴν * ἀνθρωπίνην ἡγοῦμαι φύσιν· καὶ οὐκ εἰ κέκτηταί τις οἶδα. τὸ δὲ περὶ θυσιῶν, ἐν πολλοῖς

C D

χ. ἀνθρωπίαν

ἱεροῖς δῦρον, ἐν πολλαῖς ἢ πόλεσι, πολ- A
λοῖς ἢ ἀνδρῶν σοφῶν οἴκοις. καὶ τί ἄν
τις ἑρμηνεύοι αὐτὰ, σεμνῶς ξυντεταγ-
μένον, καὶ κατὰ τί ἠχὼ τοῦ ἀνδρός; φησὶ
γοῦν ὁ Δάμις καὶ δακτυλίους ἑπτὰ τὸν Ἰαρ-
χαν τῷ Ἀπολλωνίῳ δοῦναι, τοσοῦτα ἑπτὰ
ἐπωνύμους ἀστέρων, οὓς φορεῖν τὸν Ἀ-
πολλώνιον καθ' ἕνα τοῖς τὰ ὀνόματα
τῶν ἡμερῶν. τοῦτο δὲ προγνώσεως λό- B
γου αὐτοῖς ποτε ὄντος, καὶ τοῦ Ἀπολλω-
νίου προσφιλοῦς τῇ σοφίᾳ ταύτῃ,
καὶ τὰς πλείους τοῦ διαλέξεως ἐς τοῦτο
ξυντείνοντος, ἐπαινῶν αὐτὸν ὁ Ἰαρχας,
ὦ μαντικῇ, ἔφη, χαίροντες, ὦ χρηστὲ
Ἀπολλώνιε, θεῖοί τε ὑπ' αὐτῆς γίγνονται,
καὶ πρὸς σωτηρίαν ἀνθρώπου πράτ-
τουσι. τὸ γὰρ ἃ χρὴ ἐς θεοῦ ἀφικόμενον
μυθέσθαι, ταῦτα ἂν, ὦ χρηστὲ, ἐφ' ἑαυτοῦ
προειδέσθαι προσφυὲς τοῖς ἑτέροις ἃ μὴ πω C
ἴσασι, πανολβίου μοι δοκεῖ γνώμης, καὶ ταῦτ'
ἰόντος τῷ Ἀπόλλωνι Δελφικῷ. ἐπεὶ
δὴ ἡ τέχνη τοὺς ἐς θεὸν φοιτῶντας ὑπὲρ
τοῦ χρήσασθαι, καθαροὺς κελεύει βα-
δίζοντας φοιτᾶν, ἢ ἐξιέναι νεὼ πρὸς
αὐτοῦ εἰρεῖν· δοκεῖ μοι καὶ τὸν προ-
γνωσόμενον ἄνδρα ὑγιῶς ἑαυτοῦ ἔχειν,
καὶ μήτε κηλῖδα προσμεμάχθαι τῇ
ψυχῇ μηδεμίαν, μήτε οὐλὰς ἁμαρ-
τημάτων ἐντετυπῶσθαι τῇ γνώμῃ. κα- D
θαρῶς δὲ αὐτὸν προσήκειν ἑαυτοῦ,
καὶ τὸ προὶ τῷ στέρνῳ τρίποδος ξυ-
νιέντος· γελοιότερον γὰρ οὕτω, καὶ ἀλη-
θέστερον τὰ λόγια ἐκδώσει. ὅθεν οὐ χρὴ
θαυμάζειν, εἰ καὶ σὺ τῷ ὄντι σήμερον
ξυνείληφας, τοσοῦτον ἐν τῇ ψυχῇ
φέρων αἰθέρα· καὶ χαριζόμενος
ἅμα πρὸς τὸν Δάμιν, σὺ δ' οὐδέν, ἔφη, προγιγνώσκεις Ἀσσύριε· καὶ ταῦτα,

in plerisque templis inueni, nec non publicè in ciuitatibus aliquot, & in sapientum virorum priuatis domib. inueni. Verùm quis ea certò posset interpretari, quæ summa cum *grauitate*, facundiáq. à sapiente viro scripta sunt? Scribit præterea Damis Iarcham septē annullos Apollonio dedisse, stellarum septem nominibus cognominatos, quorū singulos diebus singulis gestabat Apollonius, iuxta dierū nomina illos distinguens. Cùm autem de rerum præcognitione frequens inter eos sermo haberetur, & Apollonius tali sapientiæ præcipuè studeret, & disputationū pleraſque ad ipsam retorqueret, laudans eum Iarchas dixit: Qui diuinandi peritia gaudent, optime Apolloni, diuini quidem ob ipsam euadunt, & ad vtilitatē hominum plurimum conferūt. Qui enim ea, quæ aliis opus est à Diis exquirere, hæc *apud se prænidere*, & ceteris ignorātib. prædicare possit, hunc ego felicissimum puto, cùm tandem quantum Apollo Delphicus in hac re possit efficere. Sed quoniam ars iubet eos, qui ad oracula petenda proficiscuntur, puros mundósq. accedere, alioquin de templo eiici præcipit, videtur mihi multò magis virū, qui præscire futura voluerit, castè, sāctéq. dispositum esse oportere, ita vt nullius sordis macula animā eius inquinet, nullásq. delictorū cicatrices mēti impressas gerat, vt purè de seipso primùm, & de eo, quē in pectore gestat tripode vaticinari possit. Sic enim *vocaliora*, verioráque dabit responsa. Quapropter mirari nemo debet, si hanc scientiam tu consecutus es, cùm tantùm ætheris in anima geras. Posthæc Damidi quoque gratificari volens, num tu etiam, inquit, aliqua prænoscis Assyriæ, præsertim cū

tali viro tam frequenter versatus? Per Iouem, inquit Damis, quæ mihi necessaria sunt prænosco. nam cùm primò Apollonio huic occurri, quia sapientia plenus visus est: eloquentiam insuper, ac temperantiam, tolerantiámque decentem, & memoriam multam in eo conspexi: & quanquam multis scientiis refertum, discendi tamen cupiditate flagrantem, diuinum nescio quid mihi obtigisse putaui. Itaque illum secutus ex ignorante sapiens, ex barbaro eruditus euasisse mihi videor: ac deinceps in eius societate perseuerans Indos primò, ac tandem vos vidi, & Græcis commistus ipse pene effectus sum Græcus. Et quoniam scientia vestra de rebus maximis considerat, quasi Delphicum, aut Dodonæum, aut aliud quodcunque vultis oraculum, illam putate: meam verò (quoniam quæ mihi tantùm vtilia sunt prænosco) tanquam præstigiatricis cuiusdam aniculæ prudentiã existimate: quoniam & ipsa de pecudibus, & aliis huiusmodi vaticinari aliquid potest. Ad hæc verba sapientes omnes risere.

A Ξιφῶν ἀνδρὶ τοιούτῳ. νὴ Δί', εἶπε, τά γε ἐμαυτῷ ἀναγκαῖα. ἐπειδὴ γὰρ σοφοτέρῳ ἐνέτυχον τῷ Ἀπολλωνίῳ τούτῳ, καὶ σοφίας μοι ἔδοξε πλέως, ἀγχίνοιάς τε, καὶ σωφροσύνης, καὶ τοῦ καρτερεῖν ὀρθῶς. ἐπεὶ δὲ καὶ μνημοσύνῃ ἐν αὐτῷ εἶδον, πολυμαθέστατόν τε, καὶ φιλομαθίας ἥπτω, δαιμόνιόν τί μοι ἐγίγνετο· καὶ ξυσκευόμενος αὐτῷ, σοφὸς μὲν ὠήθην δόξειν ἐξ ἰδιώτου τε, καὶ ἀσόφου, πεπαιδευμένος δὲ ἐκ βαρβάρων. ἑπόμενος δὲ αὐτῷ, καὶ ξυναποδημῶν ὤφελόν μὲν Ἰνδοῖς, ὤφελον δὲ ὑμᾶς, Ἕλλησί τε ἐπιμίξαι Ἕλλην ὑπ' αὐτῷ γιγόμενος, τὰ μὲν δὴ ὑμέτερα περὶ μεγάλων ὄντα, Δελφοῖς ἢ εἰδέναι, καὶ Δωδώνῃ, ἢ ὅ, τι βούλεσθε. τὰ μὲν δὲ, ἐπειδὴ Δάμις μὲν ὁ προγιγνώσκων αὐτὰ, προγιγνώσκει δ' ὑπὲρ αὐτῶν μόνα, χρεὼν ἔσω ἁμαρτείας, μανθανόμενα ὑπὲρ προβάτων, καὶ τῶν τοιούτων. ἐπὶ τούτοις μὲν δὴ ἐγέλασαν οἱ σοφοὶ πάντες.

B

C

Quale donum mortalibus medicina, atque vnde orta ea sit. Item an diuinandi scientia sit medico necessaria. Tum de Martichora animali: de aquis aureis, de lapide alios ad se trahente Pantaura nomine: de Pygmæis, & Sciapedibus, & Macrocephalis: & de auro, quod Gryphes effodiunt, & ipsis Gryphibus. De Phœnice aui, & Cygnis. CAP. XIIII.

SEDATO autem risu Iarchas de diuinatione sermonem prosecutus, multa bona erga homines illam efficere dixit. Inter quæ præcipuum est medicinæ donum. Non enim, inquit, ij, qui sapientes in hac arte habiti sunt, Æsculapij filij tam multùm profecissent, nisi

Κατασχὼν δὲ τοῦ γέλωτος, ἐπανῆγεν ὁ Ἰάρχας ἐς τὸν περὶ μαντικῆς λόγον· καὶ πολλὰ μὲν αὐτῷ ἀγαθὰ ἔλεγε τοῦ ἀνθρώποις εἰργάζεσθαι, μέγιστον δὲ τὸ τῆς ἰατρικῆς δῶρον. οὐ γὰρ ἂν ποτε τοὺς σοφοὺς Ἀσκληπιάδας ἐς ὑπερβολὴν τούτου παρελθεῖν, εἰ μὴ

παῖς Ἀπόλλωνος Ἀσκληπιὸς χρυσοῦν, ἐς κτ τὰς ἐκείνου φήμας τε, καὶ μαντείας ξυνθεὶς τὰ ωφέλιμα τοῖς νόσοις φάρμακα, παρέδωκε, καὶ τοὺς ξυνόντας ἐδίδαξε, πίνας μὲν δεῖ ωφελούσας ὑγροῖς ἕλκεσι, πίνας δὲ αὐχμηροῖς, καὶ ξηροῖς, ξυμμετρίας, πίνα δὲ ποτίμων φαρμάκων, ἀφ' ὧν ὕδεροι ἀποκρεμνύονται*, καὶ αἷμα ἴσχεται, φλόγες τε παύονται, καὶ τὰ οὐτωκοῖλα, καὶ τὰ τῶν ἰοβόλων* ἄκη· καὶ τὸ τοῖς ἰοβόλοις αὐτοῖς ἐς πολλὰ τῶν νοσημάτων χρῆσθαι· τίς ἀφαιρήσεται τὴν μανθάνειν; οὐ γάρ μοι δοκοῦσιν αὖθις ἄν τις ωφογνωσθείσης αὐτοῖς σοφίας, θαρρῆσαί ποτε ἄνθρωποι τὰ πάντων ὀλεθριώτατα φαρμάκων ἐγκαταμίξαι τοῖς σώζουσιν. ἐπεὶ δὲ καὶ ὅδε ὁ λόγος ἀναγέγραπται τῷ Δάμιδι, ἀπορηθεὶς εἰ ἔστι τοῖς ἐν Ἰνδοῖς μυθολογουμένων, θηρίων τε, καὶ πηγῶν, καὶ ἀνθρώπων, μὴ καὶ ἐμοὶ ωπαραληπτέον. καὶ γὰρ κέρδος εἴη, μήτε πιστεύειν, μήτε ἀπιστεῖν πᾶσιν. ἤρετο γὰρ δὴ ὁ Ἀπολλώνιος, ἔστι τὸ ζῶον ἐνταῦθα Μαρτιχόρας*; ὁ δὲ Ἰάρχας, καὶ πόθεν, ἔφη, φύσιν τοῦ ζώου τούτου ἤκουσας; εἰκὸς γὰρ καὶ ωπερὶ εἴδους αὐτοῦ διαλέγεσθαι*· λέγεται γάρ, εἶπε, μεγάλα, καὶ ἄπιστα· τετράπουν μὲν γὰρ εἶναι αὐτό, τὴν κεφαλὴν δὲ ἀνθρώπου εἰκάσαι*. λέοντι δὲ ὁμοιοῦσθαι τὸ μέγεθος· πυκνὰς δὲ οὐρὰν τοῦ θηρίου τούτου πηχυαίας ἐπιφέρειν καὶ ἀκανθώδεις τὰς τρίχας, ἃς βάλλειν ὥσπερ τοξεύματα ἐς τοὺς θηρῶντας αὐτό.

σχολ. ἀποπαύοι· τὸν ὀχετὸν ἰσῶσι.

χ. ἰοβόλων ἢ ἀχ.

χ. Μαρτιχόρας

χ. λέγεσθαι· διαλέγεσθαι

Γρ. εἰκάσαι· εἰκάσθαι

A Apollinis filius Æsculapius, iuxta patris vaticinia morbis proficua remedia composuisset: quæ ille deinceps filios docens, atque illi nepotibus, posteríque tradentes, amicis tandem, familiaribúsque eadem demonstrarunt. Hinc itaque medicinæ orta est disciplina, inuentúmque quales humidis vlceribus, qualésque siccis, aridísque oporteat adhibere: potiones insuper medicamentorum miscere: quib. hydropici sanentur, sanguinis fluxus sistatur, B quo pacto varia apostemata curentur, & illati à serpẽtibus veneni dolor sedetur. quin venenis ipsis ad multas ægritudines salubriter vti didicere: quam peritiam quî diuinationi auferre audeat nescio. Neque enim rationi consentaneum videtur sine præcognitione quadam ausos vnquam aliquos fuisse tam perniciosa venena proficuis medicamentis admiscere. Et quoniam sermo illic, non ioco, sed serio habitus de C fabulosis ferarum, hominúmque, & fontium monstris, quæ sunt apud Indos, inscribitur, hunc quoque mihi posthabendum non putaui. Est enim lucrum aliquod neque omnibus auditis fidem adhibere, nec omnia rursus tanquam impossibilia aspernari. Interrogauit itaque Apollonius, an apud ipsos inueniretur animal Martichora nuncupatum. Tunc Iarchas: Num, in- D quit, animalis huius quam dicant esse naturam audisti? (conueniens est enim & de ipsius figura aliquid dicere.) Dicuntur, inquit, magna & inincredibilia. Quadrupedem enim hanc belluam esse ferunt, eiúsque caput humano capiti assimilari, magnitudine verò leonem æquare: habere autem in cauda setas cubitales spinarum instar, quas contra persequentes sagittarum modo iaculetur.

Interrogauit præterea de aqua auri, quæ ex fontibus quibuſdam manare perhibetur, & de lapide, qui vim talem, qualẽ habet magnes, habere dicitur. tum de hominibus, qui ſub terra dicuntur habitare: ſimiliter & de Pygmæis, & iis qui pedum plantis ſibi ipſis vmbras contra ſolem parant. Ad hæc omnia reſpondens Iarchas: De animalibus, inquit, aut plantis, fontibúſve, quos huc veniens ipſe vidiſti, tibi aliquid narrare ſuperuacuum eſt. Tuum eſt enim aliis ea referre. Feram verò ſagittantem, aut fontes aureis aquis manantes, ego in his locis eſſe nunquam audiui. De lapillo autem qui cæteros lapides ad ſe trahit, cauſa non eſt, quin credamus. Poteris enim ipſum videre lapidem, & quæ in eo ſunt cuncta mirari. Primò autem ſumma eius magnitudo, pollicẽ demonſtrans, huius digiti vnguẽ adæquat, inquit. gignitur verò in concauis terræ profunditate paſſum quatuor. Tantùm verò ipſi ſpiritus ineſt, vt intumeſcat & plerunq. ſcindatur terra, vbi eiuſmodi lapis concipitur. Inquirere autem ipſum nemini licet: aufugit enim niſi ſumma cum ratione trahatur, ſoli autem nos partim dicentes, partim etiã aliqua faciẽtes inuenire Pantaruam poſſumus (id enim huic lapidi nomen eſt) qui noctu diem velut ignis oſtendit, quoniam igneus eſt, ac radioſus: ſin verò poſt diem aſpiciatur, innumeris rutilationibus oculos ferit. Id autem, quod in ipſo lumen fulget, ſpiritus eſt potentiæ admirabilis. Quicquid enim propè eſt, ſibi conciliat. quòd autem dico propè iacentes lapides ipſum congregare? cùm liceat petras quotcunque velis alicubi demergere, aut in mari, aut in fluuio, & illas non propè ad inuicem, ſed ſparſim, vtcunque

A ἐρομένῳ ὃ αὖ καὶ περὶ χρυσορύδακτος, ὅ φασιν ἐκ πηγῆς βλύζειν, καὶ περὶ τοῦ ψήφου τοῦ ἄνδρα ἡ μαγνῆτις ποιέσης, καὶ περὶ ἀνθρώπων τε ὑπὸ γῆν οἰκούντων, καὶ Πυγμαίων αὖ, καὶ σκιαποδῶν. ὑπολαβὼν ὁ Ἰάρχας, περὶ μὲν ζώων, ἢ φυτῶν, εἶπεν, ἢ πηγῶν, ὧν αὐτὸς ἐνταῦθα ἥκων εἶδες, τί ἂν σοι λέγοιμι; σὸν γὰρ ἤδη νῦν ἐξηγεῖσθαι αὐτὰ ἑτέροις.

B θηρίον δὲ τοξεῦον, ἢ χρυσορρηγὰς ὕδασι, οὔπω ἐνταῦθα ἥκουσα. περὶ μέντοι τοῦ ψήφου τοῦ ἁπτομένης τε, καὶ ξωνδύσης ἑαυτὴν λίθοις ἑτέροις, οὐκ ἔχει ἀπιστεῖν· ἔστι γάρ σοι καὶ ἰδεῖν τὸν λίθον, καὶ θαυμάσαι τὰ ἐν αὐτῷ πάντα. γίγνεται μὲν γὰρ ἡ μεγίστη κατ' ὄνυχα δακτύλου τούτου, δείξας ⓜ ἑαυτοῦ ἀντίχειρα· κεῖται δὲ ἐν γῇ κοίλῃ βάθος, ὀργυιὰ τέτταρες. τοσοῦτον δὲ

C αὐτῷ περίεστι τὸ πνεῦμα, ὡς ἐπιδεῖν τὸ γεῶν, καὶ κατὰ πολλὰ ῥήγνυσθαι, κεκομισμένης ἐν αὐτῷ τοῦ λίθου· μαστεῦσαι δὲ αὐτὸν οὐδενὶ ἔξεστιν· ἀποδιδράσκει γάρ, εἰ μὴ μετὰ λόγου ἀναπείθοι. ἀλλ' ἡμεῖς μόνοι, τὰ μὲν δράσαντες, τὰ δὲ, εἰπόντες, ἀναιρούμεθα τὸν Παντάρβην· ὄνομα γὰρ αὐτῷ τοῦτο. νύκτωρ μὲν οὖν ἡμέρᾳ ἀναφαίνει κα-

D θάπερ τὸ πῦρ· ἔστι γὰρ πυρώδης, καὶ ἀκτινώδης. εἰ δὲ μετ' ἡμέραν ὁρῷτο, βάλλει σοὶ ὀφθαλμοὺς μυρμυρυγαῖς μυελαις. τὸ δὲ ἐν αὐτῷ φῶς, πνεῦμά ἐστιν ἀρρήτου ἰσχύος· πᾶν γὰρ τὸ ἐγγὺς εἰσποιεῖ αὐτῷ. τί λέγω τὸ ἐγγύς; ἔστι σοι λίθους ὁπόσας βούλει καταποντῶσαί τοι, ἢ τῷ ποταμῷ, ἢ τῇ θαλάττῃ, οὐ μὴν ἐγγὺς ἀλλήλων, ἀλλὰ σποράδας, καὶ ὡς

ἔτυχεν. ἡ δὲ, ἐς αὐτὰς καθιμηθεῖσα, A ξύλλεγεται πάσας τῇ τῦ πνεύματος διαδόσει· ⟨ἐ οἰκείσῃ⟩ αὐτῇ βόλυδον οἱ λίθοι, καθάπερ ὁμιλῶσι. καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἔδειξε τοῦ λίθου αὐτοῦ τε, καὶ ὁπόσα ἐργάζεται. Τοὺς μὲν Πυγμαίους οἰκεῖν μὲν ὑπογείους, κεῖσθαι δὲ ὑπὲρ Γάγγου, ζῶντας ζῆπον, ὃς πᾶσιν εἴρηται· σκιάποδας δὲ ἀνθρώπους, καὶ Μακροκεφάλους, καὶ ὁπόσα Σκύλακος ξυγγραφαὶ περὶ τούτων ἄδουσιν, ὅτε ἄλλοσέ που βιοτεύειν τῆς γῆς, ὅτε μὲν ἐν Ἰνδοῖς. B οὐ μὴν ὀρύττουσι χρυσὸν οἱ γρῦπες, πέτραι εἰσὶν, οἷς ἐνεσπάρησαν, διάστικται ταῖς τοῦ χρυσοῦ ῥανίσιν, ἃς λιθοτομεῖ τὸ θηρίον τοῦτο τῷ ῥάμφει ἰσχύϊ· τὰ γὰρ θηρία ταῦτα, εἶναι τὰ ἐν Ἰνδοῖς, ⟨ἐ⟩ ἱεροὺς νομίζεσθαι τοῦ ἡλίου· τετράπωλά τε αὐτῶν ὑποζυγνῦσθαι τοῖς ἁρμασι, τοὺς τὸν ἥλιον ἐν Ἰνδοῖς γράφοντας. C μέγεθός τε, καὶ ἀλκὴν εἰκάσθαι αὐτοὺς τοῖς λέουσιν· ὑπὸ δὲ πλεονεξίας τῶν πτερῶν αὐτοῖς τε ἐκείνοις ἐμπόδεσθαι, καὶ τοῦ ἐλεφάντων τε, καὶ δρακόντων, ὑπέρτερος εἶναι· πέτονται δὲ οὐχ οὕτω μέγα, ἀλλ' ὅσον αἱ βραχύπτεροι ὄρνιθες. μὴν δὲ ἐπιλῶσθαι σφᾶς, ὡς ὄρνισι πάτειον, ἀλλ' ὑμέσι τοῦ ταρσοὺς ὑφάνθαι πυρσοῖς, ὡς εἶναι κυκλώσαντας πέτεσθαι τοῦ, καὶ σὺν μετεώρῳ μάχεσθαι. τοῦ D Τίγριν δὲ αὐτοῖς, ἀνάλωτον εἶναι μόνῳ, ἐπειδὴ τὸ τάχος αὐτοῦ ἐοικεῖ τοῖς ἀνέμοις. ⟨ἐ⟩ φοίνικα δὲ τὸν ὄρνιν, διὰ πεντακοσίων ἐτῶν ἐς Αἴγυπτον ἥκοντα, πέτεσθαι μὲν σὺν τῇ Ἰνδικῇ τοῦ χρόνου τοῦτον· εἶναι δὲ ἕνα σιδηρόμυον τῶν ἀκτίνων, καὶ χρυσῷ λάμποντα, μέγεθος

contigerit: post modum verò hic lapis ad eas demissus sui spiritus distributione omnes colligit: ita vt coaceruati lapides tanquam examen apum illi subiaceant. His dictis lapidem simul, & quid efficere posset, ostendit. Pygmæos autem sub terra degentes supra Gangem posita loca incolere, & sicut fama de ipsis prædicat viuere, non vanum est. Sciapedes verò, id est qui sibi vmbram pedibus parant, & Macrocephalos, & eiuscemodi monstra quotcunque Scylacis historiæ decantant, nec apud Indos, nec alibi terrarum vsquam viuere censeo. Aurum verò, quod Gryphes effodere dicuntur, petræ sunt aureis guttis minutissimis consperſæ, quas hæc fera rostro discindit. Sunt enim huiusmodi aues in India, & Soli sacræ esse perhibentur, easdémque quadrigis iungunt, qui Solis imaginem apud Indos pingunt. Magnitudine autem, ac viribus, leonibus pares illas esse tradunt, & ob petrarum cupiditatem sibi inuicem insidiari; elephantos quoque, ac dracones superare. Volant autem non multùm, sed quantùm *tardigradæ* aues. Non enim plumatæ sunt, sed rubra pellicula alarum costæ [tanquam digiti] connectuntur. Itaque in gyrum delatæ aliquantùm volare, & è sublimi pugnare possunt. Solam verò Tigrim insuperabilem illis esse dicunt, quoniam fugiendi celeritate, qua ventos æquare dicitur, è conspectu aufugit. Auem quoque Phœnicem esse existimamus, quæ quingentesimo quoque anno in Ægyptum veniens, hanc ipsam Indiam superuolat. Aiunt autem vnicam tantùm hanc auem esse, & ex se radios emittere, atque auri colore fulgere: magnitudine verò,

formáque aquilæ in nido conſidere, quem prope Nili fontes ex aromatibus ipſamet ſibi conſtruxit. Hæc verò quæ de ipſa decantant Ægyptij, quo pacto in Ægyptum deferatur, ipſi etiam Indi teſtificantur ſermoni conſentientes, quo dicunt Phœnici in nido liqueſcenti lugubres hymnos decantari oportere. Hoc ipſum & Cygni facere perhibentur ab iis, qui eos audire accuratiùs ſtudent.

A ἀετῦ, ἢ εἶδος, ἐς καλιὰν τ ἰζάνειν πλὼ σὺν τῦ ἀρώματος ποιουμένῳ αὐτῇ, πρὸς τῆς τῦ Νείλυ πηγῆς. ἃ δ' Αἰγύπτιοι περὶ αὐτ ᾄδουσιν, ὡς ἐς Αἴγυπτον φέρεται, ἢ Ινδοὶ ξυμμαρτυροῦσι προσᾴδοντες τῷ λόγῳ, τῷ τ Φοίνικα τ ἐν τῇ καλιᾷ τηκόμενον, προπεμπτηρίους ὕμνους αὐτῷ ᾄδειν· τοῦτο δ' καὶ τοὺς κύκνους φασὶ δρᾶν ⓐ σοφώτερῳ* αὐτῶν ἀκούοντες. *χ. σοφώτερον

Apollonium apud ſapientes fuiſſe menſes quatuor: tum de pio eius diſceſſu: de ſimiis nigris: de mari rubro ab Erythra rege (ἐρυθρὸν verò rubrum.) De epiſtola eius ad Sapientes: de Hyphaſide, vrbe Patala. Quid de mari rubro ab Orthagora dictum. De Oſtreis maximis, in quibus Margarita lapis. De Pagadibus Orientarum regionis. De piſcedulis, qui Græcè ἰχθυοφάγοι: de vrbe Stoberis. CAP. XV.

TALES Apollonij ſermones cum ſapientibus, talíſque conuerſatio fuit menſes quatuor. Tanto enim tempore apud eos manſit, & ſermones tam arcanos, quàm coram aliis habitos omnes collegit. Poſtquam verò diſcedere ſtatuit, ductorem, camelóſque cum epiſtola ad Phraotem, vt remitteret, perſuaſerunt ſapientes. Ipſi verò alio duce, camelíſque aliis datis ipſum dimiſere, felices ſe, atque illum propter talem congreſſum prædicantes: cúmque venerati, cùm aſſererent non poſt mortem ſolùm, D ſed viuentem & pro Deo habitum iri, in domos ſuas diſceſſere; frequentérque ſe ad abeuntem conuertentes, ſignis multis declarantes inuitos à ſe illum dimittere. Apollonius autē dextra quidem Gangem, ſiniſtra verò Hyphaſim fluuios habens, ad mare deſcendit itinere dierum decem à ſacro monte confecto. Deſcendentibus autem ſtruthiones multi etiam occur-

Τοιαῦτα μὲν αἱ πρὸς τοὺς σοφοὺς ξυνουσίαι Απολλωνίῳ ἐγένοντο, μηνῶν τεττάρων σχεῖν διατρίψαντι, C καὶ ξυλλαβόντι λόγους φανεροὺς τ, καὶ ἀπορρήτους πάντας. ἐπεὶ* δ' ἐξελαύνειν ἔδοξε λέγει τ μὲν ἡγεμόνα, καὶ τὰς καμήλους, πείθουσιν αὐτ ἀποπέμψαι τῷ Φραώτῃ μετ' ἐπιστολῆς. αὐτοὶ δ' ἄλλον ἡγεμόνα ἔφερον, καὶ καμήλους δόντες, προέπεμπον αὐτὸν, εὐδαιμονίζοντες αὐτοὺς τ, κἀκεῖνον. ἀσπασάμενοι δ' τ Απολλώνιον, καὶ θεὸν τοῖς πολλοῖς εἶναι δόξαν οὐ τεθνεῶτα μόνον, ἀλλὰ καὶ ζῶντα φήσαντες, αὐτοὶ μὲν ὑπέστρεψαν εἰς τὸ Φροντιστήριον, ὑπεστρεφόμενοι πρὸς τ ὕδρα, καὶ δηλοῦντες ὅτι ἄκοντες αὐτ ἀπαλλάττον. ὁ δ' Απολλώνιος, σὺν δεξιᾷ μὲν τ Γάγην ἔχων, σὺν ἀριστερᾷ δ' τ Υφασιν, καλῇ ὑπὸ τ θαλάττῃ, ἡμερῶν δέκα ὁδὸν ἀπὸ τ ἱερᾶ ὄχθυ· καὶ λεῶσι δ' αὐτοῖς, πολλαὶ μὲν στρουθοὶ ἐ- *χ. ἐπιστὰς

φαίνονζο, πολλοὶ ὴ ἄγελοι βόες, πολλοι ὴ ὄνοι, ϗ λέοντες, καὶ ϖάρδαλίς, ϗ πάρδαλις, ϗ πιθήκων γλῶθ' ἕτερον ϖρὸς τοῦτ' ἐν ταῖς πεπρείσι, μέλανές τε. γὸ ϗ λάσιοι ἦσαν ἤδη κωφοί, καὶ σμικροῖς ἀνθρώποις ἴσοι. διαλεγόμενοι ὴ ϖερὶ τῶν ὁρωμένων ὁποῖα εἰώθεσαν, ἀφίκοντο ἐπὶ τὴν θάλατταν, ἐν ᾗ καπεπεύασο ἐμπόρια μικρά. ϗ πλοῖα ἐν αὐτοῖς ὥρμει· πορθμεῖα, ϖαραπλήσια τοῖς Τυρρηνοῖς. τὴν ὴ θάλατταν τὴν ἐρυθρὰν, ἣν μὲν κυανωτάτην, ὠνομάσθαι ὴ, ὡς εἶπον, ἀπὸ Ἐρύθρα βασιλέως, ὃς ἐπωνόμασεν ἑαυτοῦ ἐκείνῳ τῷ πελάγει. ἐν ταύτῃ ἥκων, ταῖς μὲν καμήλοις ἀπέπεμψε τῷ Ιάρχᾳ μετ' ἐπιστολῆς.

A rerunt: multi etiam boues agreſtes, multíque aſini: leones quoque, ac pantheræ, tigres præterea, & ſimiarum genus longè diuerſum ab iis, quas apud piperis arbores inuenerant. Sunt enim hæ nigræ, villoſæque, & paruis hominibus ſimiles. Colloquentes autem, vt mos eſt, de iis, quæ viderant ad mare rubrum peruenerunt, vbi merces quædam, licet paruæ, paratæ erant, & B nauigia ad traiiciendum idonea in anchoris ſtabant, Tyrrhenis nauibus ſimilia. Rubrum autem mare vehementer cœruleum eſſe tradunt. Denominant autem rubrum, vt ipſi perhibent, à rege Erythra, qui ex ſuo nomine mare denominauit. Eò igitur cùm peruenisſet Apollonius, camelos retro ad Iarcham cum huiuſmodi epiſtola miſit.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΙΑΡΧΑι, καὶ ϭοφοῖς ἑτέροις χαίρειν.

APOLLONIVS IARCHÆ, aliíſque ſapientibus gaudere.

C

ΑΦικομένῳ μοι πεζῇ ϖρὸς ὑμᾶς, δεδώκατε τὴν θάλατταν· ἀλλὰ ϗ ϭοφίας τῆς ἐν ὑμῖν κοινωνήσαντες, δεδώκατε ϗ διὰ τοῦ οὐρανοῦ πορεύεσθαι. μεμνήσομαι τούτων, ϗ ϖρὸς Ελληνας κοινωνήσω λόγων, ὡς ϖάρεσιν, εἰ μὴ μάτην ἐπὶ τῷ τοῦ Ταντάλου. ἔρρωσθε ἀγαθοὶ φιλόσοφοι. Αὐτὸς δὲ ἐπιβὰς νεὼς ἐκομίζετο λείῳ, ϗ εὐφόρῳ πνεύματι, θαυμάζων τὸ στόμα τοῦ Υφάσιδος, ὡς φοβερὸς δι' αὐτοῦ σπίχειται. τελευτᾷ γὰρ ὡς ἔφην, εἰς χωρία πετρώδη, ϗ στενὰ, καὶ κρημνοῖς σκιαζόμενα. δι' ὧν καταῤῥηγνὺς εἰς τ' θάλατταν ἐνισόμενος, χαλεπὸς δοκεῖ τοῖς ἄγαν τῇ γῇ ϖεφυκόσι. ϵ μὲν ϵ τὸ τοῦ Ινδοῦ στόμα ἰδεῖν φασι· πόλιν

Cùm ego terreſtri itinere ad vos veniſſem, vos mare dediſtis mihi, & ſapientiam, quæ in vobis mecum communicantes, effeciſtis, vt in cœlum poſſim etiam aſcendere. Ego verò horum meminero, & ſermonum omnium participes Græcos reddam, non ſecus ac ſi ipſi interfuiſſent, niſi fruſtra Tantali potionem bibi. Valete optimi philoſophi. Ipſe poſt hæc nauem conſcendens, leni vento deferebatur admirans Hyphaſidis fluminis oſtia, D qui præceps, terribilíſque in mare defertur. Decurrit enim, vt diximus, per loca petroſa, anguſta, atque prærupta, vbíque refractus vno oſtio: mare ingreditur, pernicioſo admodum iis, qui nauigando nimiũ *terræ* adhæſerint. Indi quoq. fluminis oſtia ſe vidiſſe perhibent, vbi ciuitas

posita est, nomine Patala, fluenti Indo adiacens. Ibi quoque conueniſſe quondam tradunt Alexandri claſſem, eiúſque gubernatorem, ducémque Nearchum, maritimæ artis peritiſſimum ibidem ſepultum aſſerunt. Quæ verò ab Orthagora de rubro mari narrantur, quòd ibi ſcilicet vrſa non conſpicitur, neque meridiem ſignare nauigantes poſſunt, quódque apparentia illic aſtra ordinem permutant ſuum, vera eſſe Damis etiam aſſerit. Putandúmque eſt rectè veréque dicta eſſe ſecundum *cæli in ea regione inclinationem*. Meminerunt etiam paruæ inſulæ, quam *Byblum* appellant; ibi maxima conchylia, muricéſque eximiæ magnitudinis naſci perhibent. Oſtrea quoque petris adnaſcuntur decuplo maiora iis, quæ apud Græcos inueniuntur. Ibi etiã capitur in alba *Conchæ* lapis margarita, quæ in Oſtreis locum cordis dicitur obtinere. Attigiſſe quoque ferunt Pegadem Oritarum regionem, apud quos æneæ ſunt petræ, æneáq. arena, æris etiã *ramenta* deferre fluuios aſſerũt. *Proinde auriferã exiſtimant terrã, ob æris præſtantiã. Narrãt præterea ad Ichthyophagos piſcib. victitantes* peruenisſe, qui vrbem incolunt nomine Stoberam: vbi ex magnorum piſciũ membranis veſtes intexunt. Ibíque pecudes eſſe etiam piſciuoras, quòd ea comedant, quæ minimè naturæ ſuæ conueniant. Paſtores enim piſcibus illas alere conſueuerunt, ſicut in Caria ficubus eaſdem paſcunt. Indi verò Carmani cognominati genus planè manſuetum, adeò piſcoſum mare accolunt, vt nunquam ſeruandi cauſa piſces reponant: neque ſicut in ponto fit, ipſos ſale condiãt, ſed ex iis quos capiunt, paucos quidem vendunt, plurimos verò palpitantes in mare demittunt.

Ἢ ἐπ' αὐτῇ κεῖσθαι Πάταλα, πρὸς ῥέον τῷ Ἰνδῷ. ἐς λιμὴν τὸ ναυτικὸν τὸ Ἀλεξάνδρου ξυνελθεῖν, ὃν ναύαρχον ἐπιτετάχθαι* Νέαρχον, καὶ ἀγύμνασον* τῆς θαλαττίου τάξεως· ἃ δὲ Ὀρθαγόρας περὶ τῆς ἐρυθρᾶς εἴρηται, καὶ ὅτι μήτε ἡ Ἄρκτος ἐν αὐτῇ φαίνοιτο, μήτε σημαίνοιτο τὸ μεσημβρίαν Ⓐ πλέοντες, οἵ τε ἐπίδηλοι τὰ ἀστέρων ἐξαλλάττον Ⓑ τὰ αὐτῶν τάξεως, δοκεῖ καὶ Δάμιδι. καὶ χρὴ πιστεύειν ὑγιῶς τε, καὶ κατὰ Ⓒ τὸν οὐρανὸν εἰρῆσθαι ταῦτα. μυημονεύουσι καὶ νήσου μικρᾶς, ἣν ὄνομα εἶναι Βύβλον, ἐν ᾗ τε τῆς κοχυλίου μέγεθος καὶ Ⓓ μύες, ὀστρεά τε, καὶ τὰ τοιαῦτα, δεκαπλάσια τῶν Ἑλληνικῶν τὸ μέγεθος, ταῖς πέτραις προσφυόμενα· ἁλίσκεσθαι δὲ καὶ λίθον ἐκεῖ μαργαρίτιν ἐν ὀστράκῳ λευκῷ, καρδίας τόπον ἔχουσα τῷ ὀστρέῳ. καταφέρειν δέ φασι Ⓔ ἐς πεδιάδας τὰς τῶν Ὠρειτῶν χώρας. Ⓕ Εἶναι δὲ Ὠρεῖται, χαλκοῦ μὲν αὐτοῖς αἱ πέτραι, χαλκῆ δὲ ἡ ψάμμος, χαλκοῦν δὲ ψῆγμα οἱ ποταμοὶ ἄγουσι· χρυσοῦ τε ἡγεῖσθαι τὸν χρυσοῦν διὰ τὸ βυθίζεσθαι τὸν χαλκόν. φασὶ δὲ Ⓖ τοῖς ἰχθυοφάγοις ἐντυχεῖν, οἷς πόλιν εἶναι Στόβηρα· διφθέρας δὲ τούτους ἐνῆφθαι μειζόνων ἰχθύων, καὶ τὰ μὲν βέλτια τὰ ἐκείνης ἰχθυώδη εἶναι, καὶ φαγεῖν ἄζηπα. σφᾶς γὰρ ποιμένας βόσκειν αὐτὰ τοῖς ἰχθύσιν, ὥσπερ ἐν Καρίᾳ τοῖς σύκοις. Καρμανοὶ δὲ Ἰνδοί, χθιζὸς ἥμερον, βίοτον ἔτι νέμοντες θαλάττιον, ὡς μὴ δ' ἀποθέτους ποιεῖσθαι τοὺς ἰχθῦς, μηδὲ ὥσπερ ὁ πόντος ταριχεύειν, ἀλλ' ὀλίγους μὲν αὐτοὺς ἀποδίδοσθαι, πλείους δὲ πολλοὺς ἀπαείροντας ἀποδιδόναι τῇ θαλάττῃ.

σχολ. ἐφίστασθαι
σχ. ἄπορον

De Balaris vbi emporium, de Seleris ſacra inſula: de Nereide ſæua nautis. de margarita & belluis plurimis rubri maris, déque reditu ad Babylonem. Vtque in Antiochiam profectus, & contumelijs ibi affectus in Cyprum ad Paphum, vbi Veneris templum nauigauerit. CAP. XVI.

Προσπλεῦσαί φασι καὶ Βαλάροις. A ἐμπόριον ὂν ἐν τοῖς Βάλαρα, μεστὸν μυρρίνων τε, καὶ φοινίκων. καὶ δάφνας οὐ ἀπαρκούσας ἰδεῖν, καὶ πηγαῖς διαῤῥεῖσθαι τὸ χωρίον. κήποις δέ, ὁπόσοι λαχανοί, καὶ ὁπόσοι ἀνθέων κῆποι, βρύειν αὐτό. καὶ λιμένας μεσοὺς γαλήνης, οὐ ἀπαρκοῦντας. ταύτῃ δὲ καὶ χωρίον τοῦτον νῆσον ἱερὰν, ὃν καλεῖσθαι Σέλερα· καὶ τάδια μὲν ἑκατὸν εἶναι τῷ πορθμῷ· Νηρηΐδα δὲ οἰκεῖν οὐ αὐτῇ, δεινὴν δαίμονα· πολλοὺς γὰρ τῶν πλεόντων ἁρπάζειν. καὶ μηδὲ πᾶσι ναυσὶ ξυνεχωρεῖν πεῖσμα οὐδὲ νήσου βάλλεσθαι. ἄξιον δὲ μηδὲ τοῦτο τῶν ἑτέρας μαργαρίτιδος παρῃτῆσθαι λόγον, ἐπεὶ μηδὲ Ἀπολλωνίῳ μειρακιώδης ἔδοξεν, ἀλλὰ πλάπεται ἥδιστος, καὶ τῶν οὐ θαλαττουργίᾳ * θαυμασιώτατος. τὰ γὰρ πεζαμμένα τῆς νήσου πρὸς τὸ πέ- C λαγος· ἔστι μὲν ἄπειρος πυθμένι θαλάττης, φέρει δὲ ὄστρεον οὐ ἐλύτρῳ λευκῷ, μεστὸν πιμελῆς. οὐδὲ γὰρ λίθον φύει ἐδώνα. χαλινοῦσι δὲ ἐπιφυλάξαντες, καὶ τὴν θάλατταν αὐτοὶ λειαίνοντες, τινὶ ὑγρῷ ἐλαίῳ ἐπιῤῥοῇ πρέπει, καταδύεταί τις ἐπὶ πλοῦν θήραν τῶν ὀστρέων, τὰ μὲν ἄλλα, κατεσκευασμένος ὥσπερ οἱ τὰς σπογγιὰς κείροντες· ἔστι δὲ αὐτῷ καὶ πλινθὶς σιδηρᾶ, καὶ ἀλάβαστρος μύρου. παριζήσας οὖν ὁ Ἰνδὸς τῷ ὀστρέῳ, δέλεαρ αὐτῷ τὸ μύρον ποιεῖται· τὸ δὲ ἀνοίγυται τε, καὶ μεθύει ὑπ' αὐτῷ.

* θαυμα-πυργια

AD Balara quoque ferunt applicuiſſe. Eſt autem Balara emporium myrtis, palmíſque abundans. Laurus quoque nonnullas illic videri tradunt. Scatet autem fontibus tota regio. Hortíque ibidem plurimi ſunt omni genere olerum, atque florum abundantes: portus etiam maximè quieti, atque tranquilli. Oppoſita eſt autem regioni illi ſacra inſula, quam Seleram vocant: ea freto ſtadiorum centum B à continenti diuiditur. Hanc tenere dicunt Nereidem Deam ſæuam, atque infeſtam, & præternauigantium multos rapientem, quæ nec anchoras inſulæ applicare nautas patitur. Dignum quoq. exiſtimaui, quæ de altero margaritarum genere traduntur, non prætermittere: quandoquidem, & ipſi Apollonio res viſa eſt leuis quidem, ſed auditu iucunda, & *eorum quæ in mari fiunt* omnium mirabiliſſima. Nam qua parte inſula pelagus reſpicit, immenſa eſt maris altitudo. Fert autem alba Oſtrea quadam pinguedine referta. Lapidem autem nullum producunt. Inde maris tranquillitatem obſeruantes aquæ ſuperficiem quaſi olei cuiuſdam effuſione liniunt. Quod animaduertentes Indi ad Oſtrea capienda ingrediuntur, ita in- D ſtructi paratíque, ſicut qui ſpongias colligunt. Eſt autem his ferreus later, & albaſtrum vnguenti, atque ita prope Oſtrea conſidentes Indo vnguento, quaſi eſca ad fallendum vtuntur: namq. illo perfuſa Oſtrea ſeſe aperientia inebriantur.

Tunc

Tunc ferreo ſtylo perforata quaſi A ſaniem quandam emittunt. hanc venator ferreo latere excipit, qui in varias multiplicéſq. formas concauatus eſt. Ea verò poſtmodum ſanies lapideſcit, atque in modum naturalis margaritæ albus ille ſanguis obdureſcit, & hæc eſt quæ ex rubro mari colligitur margarita. Huic autem venationis generi Arabes maximè intendunt ex oppoſito deſinentis maris habitantes. Reliqua maris huius pars multis, variiſque B belluis referta eſt: quin etiam illic vagari feruntur. quapropter naues tutelæ cauſa tintinnabula quædam tam à prora, quàm à puppi deferunt, quorum ſonitu terrefactæ belluæ nauibus non appropinquant. Poſt hæc Apollonius, ſociiſque fluminis Euphratis oſtia ingreſſi, & per ipſum fluuium nauigantes Babyloniam ad Bardanem peruenere, quem talem, qualem antea dimiſerant recognoſcentes, rurſus in Ni- C num abiere. Illinc Antiochiam venientes, cùm ſolito more à ciuibus contumeliis afficerētur, quòd à Græcorum ſtudiis penitus abhorrerent, iterum ad mare iuxta Seleuciam deſcenderunt. Vbi fortè nauigio reperto in Cyprum inſulam nauigarunt, & Paphum, vbi præclarum eſt Veneris templum, quod ex collatitiis pecuniis extructum admiratus eſt Apollonius. Cúmque multa eius templi ſacerdotes edocuiſſet, D atque vt templum ſanctè, piéque colerent, eſſet cohortatus: in Ioniam nauigauit vir ſumma admiratione dignus: plurimíque faciendus ab iis, qui philoſophiam colunt.

κέντρῳ τὲ διήθειν, ἀποπλύϛ τὸν ἰχῶρα. ὁ ὃ, σὺδέχε) αὐ Ⓦ τῇ πλινθίδι, τύπους ὀφρυγμενῃ. λιθοῦται δὲ τοιοῦτοῦδεν, καὶ ῥυθμίζεται, καθάπερ ἡ φύϛ μαργαρίς· κἄϛιν ἡ μαργαείς, αἷμα λευκὸν, ἐξ ἐρυθρᾶς τ θαλάττης. ἐπιπίπτειαι ὃ τῇ θήρᾳ ταύτῃ ☾ τοῦτ Ἀραβίοις φαϛὶν, αὐτιπέρας οἰκοῦντας. τὸ ὃ σύντοῦδεν, θηριώδη μὲν τὴν θάλατταν ἅπ) πᾶσαν, ἀγελάζεσθαι ὃ σὺν αὐτῇ τὰ κήτη· ταῖς ὃ ναυϛὶ, ἕρυμα τούτου κωδωνοφορεῖν κ) πρύμναν τὲ, καὶ πρῴραν. τὴν ὃ ἠχὼ, σὺπλήτϛειν τὰ θηρία, ☾ μὴ ἐαν ἐμπελάζειν ταῖς ναυσί. καταπλεύσαντες ὃ ἐϛ ταῖς σὺβολαῖϛ τ Εὐφράτου, φασὶν ἐϛ Βαβυλῶνα δι' αὐτ αὐαπλεῦσαι πρὸϛ Ⓦ Οὐαρδάνην. καὶ τυχόντες αὐτ οἵου ἐγίνωσκον, ἐπὶ τὴν Νῖν Ⓦ ἐλθεῖν αὖθις· κ) τ Ἀντιοχείας σωνήθως ὑβρίζούσης, κ) μηδὲν τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιτηδεύσεως, ἐπὶ θάλατταν τ καταβῆναι τ ἐπὶ Σηλεύκειαν· νεώϛ τ ἐπιτυχόντας, πλεῦσαι Κύπρον κ) τὴν Πάφ Ⓦ, οὗ τὸ τ Ἀφροδίτης ἕδος, ὁ ξυμβολικῶς ἱδρυμέν Ⓦ, θαυμάσαι τὸν Ἀπολλώνιον. καὶ πολλὰ τοῦ ἱερέας ἐϛ τὴν οἰκίαν τ ἱερο διδαξάμεν Ⓦ, ἐϛ Ἰωνίαν πλεῦσαι, θαυμαζόμενον ἱκανῶϛ, κ) μεγάλων ἀξιούμενον πρὸ τοῖς ☾ φίαν τιμῶσιν.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ ΒΙΟΝ, ΒΙΒΛΙΟΝ Δ'.

PHILOSTRATI DE VITA APOLLONII TYANEI, LIBER QVARTVS.

Quanti omnes fecerint Apollonium in patriam reuersum. Tum de legatis ad eum, & oratione ad Ephesios. Hinc quemadmodum voces passerum quorundam inter concionandum Ephesijs interpretatus fuerit. Postea de pestilentia, quæ inuasit Ephesios.

Caput primvm.

ΕΠΕΙΔΗ ὐ εἶδον τ' ἀν- A
δρα ἐν Ιωνίᾳ, παρῄεσθον-
τα ἐς τ' Εφεσον, οὐδὲ οἱ
βαύσοι ἐπ' ωὸς τὰς
ἑαυτῶν τέχναις ἦσαν· ἀλλ' ἠκολούθουν,
ὁ μὲν σοφίας, ὁ δὲ, εἴδους, ὁ δὲ, διαί-
της, ὁ ὐ, χήματος, ⓐ δὲ, πάντων ὁ-
μοῦ θαυμασοὶ ὄντες. λόγοι τὲ ωὸὶ
αὐ' ἐφοίτων. οἱ μὲν, ὡὴ τ' Κολοφῶνι
μαντείᾳ, κοινωνὸν τ' ἑαυ' σοφίας, ὡῆ
ἀτεχνῶς σοφὸν, ⓒ τὰ τοιαῦτα τ' ἀν-
δρα ἄδοντες· ⓐ δὲ, ἐκ Διδύμων· οἱ ὐ,
ὡὴ τ' ωὸὶ τὸ Πέργαμον ἱερῦ. πολλοὺς
γὸ τῶν ὑγιείας δεομένων, ὁ θεὸς ἐκέ-
λευε ωροσφοιτᾶν τῷ Απολλωνίῳ.
τουτὶ γὰρ αὐτὸς τ' βέλεσθαι, ὡῆ δοκεῖν
ταῖς μοίραις. ἐφοίτων ὡῆ πρεσβεῖαι C
ωὸς αὐ' ⓦ ἐκ τῶν πόλεων, ξενόν
τε αὐτὸν ἡγούμενοι, ⓒ βίᾳ ξύμβουλον, βωμῶν τ' ἱδρύσεως, ⓒ ἀγαλμάτων. ὁ δὲ, ἕκαστα τούτων, τὰ μὲν, ἅπ-

POSTQVAM virum in patriã reuersum, Ephesúmque ingrediẽtẽ, Iones viderũt, ne sordidos quidẽ opifices suæ continuerunt artes: sed populus omnis vadentem prosequebatur. Alij quidem sapientiã, alij oris formã, alij viuendi normã, alij corporis habitum, quidam etiam omnia simul admirãtes. Sermones quoq. de B ipso varij ferebãtur, cùm ipsum quidam ex oraculo Colophonio, illius participẽ sapientiæ,& iã plenè perfectéq; sapientẽ factum venire prædicarent: alij ex Didymæo, alij ex Pergaméo templo venire illum asserẽrent. Multos enim sanitatem ab oraculo petẽtes iubebat Deus ad Apollonium accedere. Sic enim sibi Deo placere,& fata postulare dicebat. Legationes quoq.ex ciuitatibus ad eum C veniebant, hospitem illum & agendæ vitæ consiliarium sibi fieri postulantes, orantéque vt quo pacto statuę aræve dicãdæ essent,doceret. Ipse verò de his omnibus partim per epi-

ἔσφηλεν οὖν, καὶ ἐσφάλη τὰ πλεῖστα. ὁ γὰρ ξυνέδρους τε, καὶ κοινωνοὶ τοῦ κρίνειν τοῖς δικαστηρίοις γνώμης, ἐκαπήλευον τὰς δίκας, διαλαβόντες τὸν ἡγεμόνα ὥσπερ ἀνδράποδον. ταῦτά μοι, βασιλεῦ, ἀρέσκει τήμερον. εἰ δὲ καὶ ἕτερόν τι ἐπὶ νοῦν ἔλθοι, πάλιν ξυνησόμεθα. νυνὶ δὲ τὰ προσήκοντα τῇ ἀρχῇ πρᾶττε, μὴ ἀργοῦντι τοῖς ὑπηκόοις δόξῃς. κ. δίκ. κ.

Philosophiæ cùm de rerum natura præcipit, credendum esse: cùm verò de Diis, minimè. Vespasianum præterea optionem dedisse petendorum munerum Apollonio, Euphrati, Dioni. Tum epistolas tres ab Apollonio ad Vespasianum scriptas.

CAP. XIIII.

TVNC Euphrates, Ego quidem, inquit, iis, quæ dicta sunt, assentior. Quid enim aliud post magistrorum orationem facere possum? Hoc tamen, quod omissum videtur, subiiciam: Philosophiam, ô rex, quæ de rerum natura est, C cole, ac venerare. Quæ verò de Diis loqui se profitetur, omitte, ac reiice: tales enim philosophi de Diis mentientes, opiniones multas, & insanas nobis ingerunt. Hoc verò aduersus Apollonium dicebat, qui nihil ea re commotus, vnà cum sociis abiit, studiis suis operam daturus. Cùm Euphrates in absentem Apollonium audacius inuehi pararet, aduertit id rex: cóque repulso, Vocate, inquit, eos, qui imperatoris opera indigent; & consilium D in suam formam redigatur: neque animaduertit Euphrates eam rem sibi calumniam attulisse. Inuidus enim contumelioſúsque à rege iudicatus est. Quos autem de gubernatione populari sermones habuerat, non quòd ita sentiret locutum fuisse constabat: sed vt Apollonio

ΟΔΕ Εὐφράτης, τοῖς μὲν δεδογμένοις ξυνχωρῶ, ἔφη· τί γὰρ ἂν πλέον μετὰ διδασκάλων ποιοίμην; φιλοσοφίαν δέ, ὦ βασιλεῦ, τουτὶ γὰρ λοιπὸν προσρήσει, τὴν μὲν περὶ φύσιν ἐπαίνει, καὶ ἀσπάζου. περὶ δὲ θεολυτεῖν φάσκουσαν, ἀπόδραθι. καταψευδόμενοι γὰρ θεῶν, πολλὰ, καὶ αὐόητα ἡμᾶς ἐπαείρουσι. ταῦτα μὲν πρὸς Ἀπολλώνιον αὐτῷ ἐλέγετο· ὁ δὲ, οὐδὲν ὑποσφαφεὶς, ἀπῆλθε μετὰ τῶν ἑαυτοῦ γνωρίμων, διανύσας τὴν ἀσυδλίαν. βουλομένου δὲ τοῦ Εὐφράτου φασὶ τὸν περὶ αὐτοῦ λέγειν, ξυνῆκεν ὁ βασιλεύς· καὶ διακρουόμενος αὐτὸν, ἐκαλεῖτε, ἔφη, τοὺς δεομένους τῆς ἀρχῆς, καὶ ἀπολαβέτω ἡ βουλὴ τὸ ἑαυτῆς χρῆμα. ὅτω μὲν δὴ ὁ Εὐφράτης ἔλαθε, διαβάλλων ἑαυτόν. καὶ* Βάσσανος τοῦ μὲν τῷ βασιλεῖ, καὶ εὐθυμὴς ἔδοξε· καὶ τοῦ λόγοις τοις ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας, οὐχ ὡς ἐφρονησεν εἰρηκὼς, ἀλλ' ἐς ἀπλοΐαν τοῦ Ἀπολλωνίου; κ. καὶ γὰρ Βασσ. τὸ τοῦ Βασιλ.

δι' ἃ περὶ τῆς ἀρχῆς ἐκείνῳ ἐδόκει. A
οὐ μὴν ἀπερρίπτει αὐτῶν, οὐδὲ ἐπε-
δήλου τι ὀργῆς πρὸς ταῦτα. καὶ τὸν
Δίωνα καὶ ἐπῄνει μὲν ξυναφέρεσθαι
αὐτῷ τῆς γνώμης, οὐ μὴν ἐπαύσατο
ἀγαπῶν. ἥδιστα γὰρ τὰς διαλέξεις ἐδέ-
χετο, καὶ τὰς ἐριδας ἐμίσει τὰς πολλάς.
ὥραν τε ἐπέφαινε τοῖς λόγοις,
οἵα τὰ πρὸς τοῖς ἱεροῖς ἀτμὸν ἀνα- B
πνεῖ. προσῆν δὲ αὐτῷ καὶ τὸ ἀποχρῆ-
διάζειν ἀεὶ τὰ ἀνθρώπων. τὰ δὲ Α-
πολλωνίῳ ὁ βασιλεὺς καὶ ἠγάπα
μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπῆκτο αὐτοῦ διϊόντι
μὲν τὰ ἀρχαῖα· διηγουμένῳ δὲ
Ἰνδὸν Φραώτῃ, ποταμούς τε ἀνα-
χεάφοντι, καὶ θηρία, ὑφ' ὧν Ἰνδι-
κὴ οἰκεῖται, προλέγοντι δὲ καὶ ὁπό-
σα οἱ θεοὶ περὶ τῆς ἀρχῆς ἔφαι-
νον. ἐξελαυνόντων δὲ τῆς Αἰγύπτου C
ξυνωκισμένης τε, καὶ νεαζούσης,
κοινωνὸν μὲν τῆς ὁδοῦ τὸν Ἀπολλώ-
νιον ἐποιεῖτο. τῷ δὲ, καὶ ἐδόκει ταῦ-
τα· Αἴγυπτόν τε γῆς, ὁπόση ἔστιν, οὔ-
πω ἑωρακέναι· τοῖς τε γυμνοῖς οὔπω
ἀφῖχθαι ἐς λόγον, μάλα ἐπουρα-
νίως σοφίᾳ Ἰνδικῇ ἀντικεῖναι Αἰ-
γυπτίαν· οὐδὲ Νείλου, ἔφη, ἔπι, D
ὅθεν ἄρχεται. ξυνεὶς οὖν ὁ βασιλεὺς
ὅτι ἐπ' Αἰθιοπίαν στέλλεται, ἡμῶν δὲ,
ἔφη, οὐ μεμνήσῃ; νὴ Δί', εἶπεν, ἐὰν
βασιλεὺς ἀγαθὸς μείνῃς, καὶ σεαυ-
τῷ μνημονεύσῃς. μεταταῦτα θύσας
ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ ἱερῷ, δωρεὰς ἐ-
πήγγελλεν αὐτῷ δημοσίᾳ. ὁ δὲ, ὥσπερ
αἰτήσων, τίνας δὲ, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ,
δωρεὰς δώσεις; δέκα, ἔφη, νυνί. ἀφι-
κομένῳ δ' ἐς τὴν Ῥώμην, τἀμὰ πάντα.

aduersaretur, in iis, quæ de imperio opinabantur. Non tamen illum à se dimouit Imperator, aut vllum iracundiæ signum contra eum ostendit, neque Dionem laudauit, qui cum Euphrate sentire visus est; atque eundem tamen amare non destitit. Iucundè enim disputationes audiebat, contentiones autem pertinaces oderat; & iucunditatem quandam in oratione præferebat, qualem templa peractis sacrificiis adhuc fumantia aspirant. Apollonium autem rex non solùm amabat, sed antiquorum facta recensenti assistebat perlibenter, iucundéq. illum audiebat, cùm de Phraote Indo referret, & flumina, belluásq. in India repertas describeret: multò autem magis cùm differeret qualia quantáque Dij immortales erga imperium portenderent. Rebus deinde Ægypti compositis, cùm discedere statuisset imperator, secum ducere volebat Apollonium, qui sibi tunc eundum non censuit, his rationibus se excusans, quòd nondum totam vidisset Ægyptum, neque gymnosophistas esset allocutus, cùm vehementer cuperet Indorum scientiam, Ægyptiorum sapientiæ comparare, & ex fontibus bibere, vnde Nilus oritur. Rex igitur animaduertens peregrinationem in Æthiopiam ipsum meditari, nunquid aliquando nostri recordaberis? inquit. Per Iouem, inquit Apollonius, recordabor, si rex bonus esse perseuerabis, & tuimet ipsi memineris. Post hæc sacrificiis in templo peractis, rex illi munera publicè pollicitus est: ipse verò tanquam accepturus, Quænam, inquit, munera mihi dabis? cui rex, Decem nunc quidem, sed cùm Romam veneris, omnia mea tibi dabo.

Oportet igitur, inquit Apollonius, te iis rebus tanquam meis parcere, neque nunc particulam vllam ex iis distrahere, quando omnia mea sunt futura. sed horum, ô rex, curam habere volo: quia nonnullis indigere videntur: manu monstrans eos qui cum Euphrate erant. Ipsos igitur audacter quodcunque voluissent petere iussit rex. Erubescens autem Dion, Concilies me velim, rex, præceptori Apollonio, pro iis, quæ aduersus eum dixisse visus sum, cùm eius orationi antea nunquam contradixerim. Eius verba rex collaudans, Heri, inquit, ab ipso petij, & iam omnino peractum est: tu autē munera quæ vis pete. Tum Dion, Lasthenes, inquit, ex Apamea, quæ in Ponto est, oriundus, iampridem vnà mecum philosophatus chlamydem postea, & militarem vitam adamauit. Hunc quoniam philosophiam rursus cupere tradunt, militia missum facias rogo. Ipse enim hoc vehementer cupit. Opus itaque nostrum vtrique pergratum facies: mihi quidem, vt illum possim virum bonum efficere: illi autem, vt arbitrio suo viuere possit. Tunc Imperator, Militia, inquit, solutus Lasthenes esto: quæ verò militibus merces datur, eam quoque ei dari iubeo, quando te atque philosophiam amat. Inde ad Euphratem se conuertit, qui cùm in epistola scripsisset id, quod petebat à rege, illi eam quasi seorsum lecturo porrexit. Volens autem rex Apollonio & Euphrati materiam quandam sermonum præbere, coram omnibus epistolam legit. Petebat autem Euphrates munera partim sibi, partim amicis suis: munera verò pecuniæ erant, atque aliquid etiam supra pecunias. Ridens igitur Apollonius, Quomodo, inquit, tam multa de

A ἡ ὁ Ἀπολλώνιος, ἀκούω, ἔφη, φείδε-
σθαί με χρὴ τῶν σῶν ὡς ἐμῶν, καὶ μὴ
ἀποσπᾶν αὐτά νῦν, ἀποκεισόμενά μοι
ἀθρόα. ἀλλ' ἐπιμελήσθητι τούτων, ὦ
βασιλεῦ, μᾶλλον· ἐοίκασι γὰρ δεο-
μένοις. ἐκείνου γὰρ ἄρα τοῦ περὶ τὸν
Εὐφράτην. ὁ μὲν δὴ βασιλεὺς, ἐκέ-
λευσεν αἰτεῖν θαρρούντας. ἀνερυθριά-
σας δὲ ὁ Δίων, διάλλαξόν με, βασι-
B λεῦ, εἶπε, πρὸς Ἀπολλώνιον τὸν δι-
δάσκαλον, ὑπὲρ ὧν ἀντιλέγων αὐτῷ
ἔδοξα, μήπω πρόσφορον αὐτὰ πρὸς
ἀνδρί. ἐπαινέσας οὖν ὁ βασιλεὺς, χθὲς,
ἔφη, τοῦτο ἐγὼ ἤτησα, καὶ ὑπέσχου. ἀλλ'
αἴτει ὑπὲρ δωρεᾶς. ὁ δὲ Δίων, Λα-
σθένης, ἔφη, ἔστι μὲν ἐξ Ἀπαμείας τῆς
ἐν τῷ Βιθυνῷ *ἔθνει, ξυμφιλοσοφῶν x. Βιθυνῶν
δέ μοι, χλαμύδος ἠράσθη καὶ στρατω-
του βίου. τοῦτον ἐπειδὴ τελέως πάλ-
C λιν ἐρᾷν φασιν, ὡς τῆς στρατείας. δεῖ-
ται δὲ ὁ αὐτὸς ταῦτα. χαρίεν δὲ ἐμοὶ μὲν ἀποφῆναι αὐτὸν ἄνδρα ἀγαθὸν, ἐκείνῳ δὲ ζῆν ὡς βούλεται. δώσειν, ἔφη. δίδωμι οὖν αὐτῷ καὶ τὰ τῶν στρατευμένων, ἐπειδὴ σοφίας ἐρᾷ, καὶ σοί. μετὰ τοῦτον ἐς τὸν Εὐφράτην ἐπεστράφη. τῷ οὖν, ἐπιστολὴν ξυντεταχέναι, περὶ ὧν ἤτει.
D πλὴν μὲν δὴ ἐπιστολὴν ὤρεγεν, ὡς ἀναγνωσομένῳ καθ' ἑαυτόν. βουληθεὶς οὖν ὁ βασιλεὺς παραδοῦναί τινα τῷ Ἀπολλωνίῳ κατ' αὐτὸν λόγον, ἀνέγνω δημοσίᾳ πᾶσιν. αἰτῶν οὖν ἐφαίνετο, τὰ μὲν, ἑαυτῷ, τὰ δὲ, ἑτέροις. τῶν δωρεῶν, αἱ μὲν, χρημάτων *ἦσαν. αἱ οὖν, x. χρήμα-
τα ἦν.
ὑπὲρ χρημάτων. γελάσας οὖν ὁ Ἀπολ-
λώνιος, εἶτα ὑπὲρ δημοκρατίας, ἔφη,

ξωνεβάλλες, τοσαῦτα μηνῶν αἰτήσων βασιλέα; τὰ μὲν δὴ τ διαφορᾶς, ἣ Ἀπολλωνίῳ τε, & Εὐφράτῃ ἐγκύει, τοιάδε εὗρον. ἐξελάσαντος δὲ τὸν βασιλέως καθήπτοντο ἀλλήλων ἐς τὸ φανερόν. ὁ μὲν Εὐφράτης, ξὺν ὀργῇ τε, & λοιδορίαις· ὁ δὲ αὖ, φιλοσόφως, καὶ ξὺν ἐλέγχῳ μᾶλλον. ὁπόσα μὲν δὴ Εὐφράτου κατηγόρηκεν, ὡς παρὰ τὸ πρέπον φιλοσοφίᾳ πράττοντος, ἔξεστιν Ἀπολλωνίῳ μαθεῖν ἐκ τῶν πρὸς αὐτὸν ἐπιστολῶν· πλείους γὰρ· ἐμοὶ ὁ χ. ἀφικτέα ἀφεκτέα τ ἀνδρός. ὃ δὲ κρεῖττον διαβάλλειν προθύμως, ἀλλὰ προδυναι τ Ἀπολλωνίου βίον τοῖς μήπω εἰδόσι. τὸ μὲν δὴ περὶ τοῦ ξύλου λεγόμενον, λέγει ὁ ἐπανατείναντος μὴ αὐτὸν διαλεγομένῳ τῷ Ἀπολλωνίῳ, μὴ καθικέσθαι δέ. οἱ μὲν πολλοὶ, διανόησιν τ πεπληγομένου προσγράφουσιν· ἐγὼ δ', λογισμῷ τοῦ πλήξοντος, δι' ὃν ἐκύει κρεῖττον ὀργῆς νενικηκυίας ἤδη. ἡ δ τ Δίωνος φιλοσοφία, ῥᾳθυμοτέρα τῷ Ἀπολλωνίῳ ἐφαίνετο, καὶ ἐς τὸ εὐφραῖνον κατεσκευασμένη μᾶλλον. ὅθεν διορθουμένου αὐτὸν φησιν, αὐλῷ, καὶ λύρᾳ μᾶλλον, ἢ λόγῳ θέλγειν. καὶ πολλαχοῦ τ πρὸς Δίωνα ἐπιστολῶν, ἐπιπλήττει τῇ δημαγωγίᾳ ταύτῃ· τὸ δὲ μὴ ἀφικέσθαι αὐτὸν παρὰ τὸν βασιλέα· ἐπὶ δὲ μὴ ξυμπλεύσαι οἱ μετ' τ Αἴγυπτον, καί τοι καλοῦντι, & πλεῖσα ὑπὲρ τούτων γράφοντι, ὁπόθεν ξυνέβη, δηλῶσαι βούλομαι. Νέρων ἐλευθέραν ἀφῆκε πρὸ Ἑλλάδα, σωφρονέστερόν τι ἑαυτοῦ γνούς· & ἐπανῆλθον αἱ πόλεις ἐς ἣν Δωρικὰ, καὶ Ἀττικά.

A populari gubernatione disseruisti, tanta munera à rege petiturus? Et has quidem discordiarum, quæ inter Euphratem & Apollonium extitere causas inuenio fuisse. Cùm ex Ægypto rex discessisset, mordaciorib. verbis inuicem altercabantur, & Euphrates quidem iracundè Apollonium conuitiabatur: Apollonius verò philosophicè magis illum arguebat, rationem afferens eorum, quæ ipsi obiiciebat. Quid igitur in Euphrate reprehenderit Apollonius, quòd aduersus philosophiam egisse videretur, ex Apollonij ad Euphratem scriptis epistolis intueri licet: *plures quippe sunt. ego autem à viri inuectiua abstinere statui:* quia non Euphratē vituperare, sed Apollonij vitam iis, qui eam ignorassent, notam facere constitui. Id autem, quod de ligno dicitur (constat autem in Apollonium, dum disputaret, illud fuisse coniectum, non attigisse autem ipsum) multi quidem tribuunt, *calliditati eius in quem proiectum esset.* ego autem rationi eius, qui *iaculatus erat*, adscribo: quòd sic visus est iracundiam vicisse. *Porrò* Dionis philosophia *concinnior*, *atque* ad audientium voluptatem accommodatior videbatur Apollonio, vt sic illū emendaret, ô Dion, *aiebat*, tibia, & lyra potius, quàm oratione modulare. In plerisque etiam locis epistolarum, quas ad Dionem scribit, illecebras orationis eius reprehendit. Quòd Romam ad regem non venerit Apollonius, neq. ipsum post discessum ex Ægypto sit allocutus, quamuis per literas ab eodem sæpius fuerit accersitus, causam aperiā. Nero Græciam liberam dimiserat, præclarius aliquid, quàm sui mores exigerent operatus: & ciuitates ad mores Atticos Doriósque redierant, &ob

& ob earum concordiam omnia A florebant. Verùm tanto bono diutius perfrui Græciæ non licuit: adueniens enim Vespasianus libertatem abstulit, & seditionibus passim concitatis, multa crudeliter iracundéque in immeritos gessit. Hæc igitur non iis modò, qui talia patiebantur, verumetiam ipsi Apollonio videbantur grauiora, quàm imperij mores expeterent. Quapropter epistolas huiusmodi ad regem scripsit.

πάντα τε ἀνήβησε ξυὼ ὁμονοίᾳ τῶν πόλεων· ὃ μὴ πάλαι ἡ Ἑλλὰς εἶχεν. Οὐεσπασιανὸς ὁ ἀφικόμενος, ἀφείλετο αὐτὴν τοῦτο, πάσης τε ἐκκαλλόμενος, καὶ ἄλλα, οὔπω τῆς ἐπὶ τοσόνδε ὀργῆς. ταῦτ' οὖν οὐ μόνον τοῖς παθοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῷ Ἀπολλωνίῳ πικρότερα τὰ τῆς βασιλείας ἤθους ἔδοξεν· ὅθεν ἐπέστελε τῷ βασιλεῖ ὧδε.

B

APOLLONIVS VESPASIANO regi, Salutem.

Audio te Græciam redegisse in seruitutem; atque ob hoc aliquid Xerxe plus habere te arbitraris: oblitus propterea videris minus aliquid habere, quàm Nero. Ipse enim quod habebat, sponte repudiauit. Vale.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΩ ΒΑΣΙΛΕΙ, ΧΑΙΡΕΙΝ.

Ἐδουλώσω τὴν Ἑλλάδα, ὥς φασι· καὶ πλέων μὲν οἵᾳ τὴ ἔχεν Ξέρξου· λέληθας ὃ ἐλάττω ἔχων Νέρωνος· Νέρωνα δὲ ἔχων αὐτὸ, παρῃτήσω. Ἔρρωσο.

EIDEM.

Cùm te Græci calumnientur, quòd liberos existentes in seruitutem redegeris: quid mea familiaritate, aut colloquio indiges? Vale.

C

ΤΩΙ ΑΥΤΩΙ.

Διαβεβλημένους οὕτω τοὺς Ἕλληνας, ὡς δουλοῦσθαι αὐτοὺς ἐλευθέρους ὄντας, τί ἐμοῦ ξυόντος δεῖ; Ἔρρωσο.

EIDEM.

Ludens Nero Græcos liberauit: tu autem, *agens seriò*, in seruitutem eos redegisti. Vale.

ΤΩΙ ΑΥΤΩΙ.

Νέρων αὐτοὺς Ἕλληνας παίζων, ἠλευθέρωσε· σὺ δὲ αὐτοὺς σπουδάζων, ἐδουλώσω. Ἔρρωσο.

De leone mansuetissimo, qui olim fuerat Amasis rex Ægypti: quódque cognitus ab Apollonio plorauerit. Item de oratione Olympica, quam Alexandriæ habuisse ad socios Apollonius dicitur: cùm esset reliquam visurus Ægyptum, iturúsque in Æthiopiam ad gymnosophistas.

CAP. XV.

ET hæc quidē sunt, in quibus Vespasianū accusabat Apollonius:

ΤΑ μὲν δὴ διαβαλόντα Οὐεσπασιανὸν Ἀπολλωνίῳ, τοιάδε ἐγένετο. κ. δὴ διαβεβλημένους Οὐε.

Y

ἀκούων δ' αὐτῷ δι' ὃ διαπέμψω τὰ μεταταῦτα ἄρχων πᾶσαν, καὶ ἀφανὴς ἐν χαίρων, καὶ ἡγούμενος ἑαυτῷ τι ἀγαθὸν πεπράξαι. θαυμάσιον Ἀπολλωνίου κἀκεῖνο τὸν Αἰγύπτῳ ἔδοξε. λέοντα ἥμερον ἀπὸ ῥυτῆρος ἤγετο, ὥσπερ κύνα· ὁ δὲ, οὐ μόνον τὸν ἄγοντα ἠγάλλετο, ἀλλὰ κἂν ὅς τις προσέλθοι· καὶ ἦρε μὲν πολλαχοῦ τῆς πόλεως, παρῆν δὲ καὶ εἰς τὰ ἱερὰ, ἵνα δὴ καθαρὸς εἴη· οὐ γὰρ τῶν θυομένων αἷμα ἀνελιχμᾶτο, οὐδ' ὅτι τὰ ἀρόμενα τῶν ἱερείων ἤλπιζε, ἀλλὰ μελιπούτας διήγετο, καὶ ἄρτοις, καὶ πραγήμασι, καὶ κρεῶν τοῖς ἐφθοῖς· ἐντυχεῖν δὲ ἐν αὐτῷ καὶ οἴνῳ πίνοντι, μὴ μεθυσαμένῳ δὲ ἤθοις. προσελθὼν οὖν τῷ Ἀπολλωνίῳ καθημένῳ ἐς τὸ ἱερὸν, τοῖς τε γόνασιν αὐτοῦ προσπεσὼν προσεπεκυλίετο, καὶ ἐλιποῦσά τε προσεπαίετο παύτας ἀνθρώπους, ὡς μετὰ πολλοῦ θορύβου πολλοὶ ὤοντο, μισθοῦ ἕνεκα· ὁ οὖν Ἀπολλώνιος, δεῖταί μου, ἔφη, ὁ λέων ἀναδιδάξαι ὑμᾶς ὅπου ἀνθρώπου ψυχὴν ἔχει. ἔστι τοίνυν Ἄμασις ποτὲ ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου, περὶ ὃν Σαΐτην νομόν. ἐπεὶ δ' ἤκουσεν ὁ λέων ταῦτα, ἀνεβρυχήσατο ἐλεεινὸν, καὶ ἀθλιωδέστερον, καὶ ὠλοφύρατο, ξυνοκλάσας δάκρυα, καὶ εἰς αὐτά. καταψῶν οὖν αὐτὸν ὁ Ἀπολλώνιος, δοκεῖ, ἔφη, πέμπειν τὸν λέοντα εἰς Λεοντόπολιν, ἀνακείσομενον τῷ ἱερῷ· βασιλέα γὰρ εἰς τὸ βασιλικώτατον τῶν θηρίων μεταβάλλοντα, καὶ ἀξιῶ ἀγείρειν, καθάπερ τοὺς πλουσίους τῶν ἀνθρώπων.

ἴσ. ἦν, vel ἤπλυ,

χ. γόνασιν

χ. προσεπ. προσεπεκυλίετο

χ. ξυνοκλάσας, δάκρυα εἰς α.

χ. ἐλείρειν,

A cùm tamen audiret ipsum res omnes imperij egregiè disposuisse, non occultè lætabatur, existimans hac in re magnum aliquod bonum sibi operari. Mirabile quoque est illud, quod in Ægypto adhuc existenti contigit Apollonio. Vir quidam leonem manſuefactum ex loro, veluti canem, quocunque volebat, ducebat. Leo autem non modo ei, qui se ducebat, blandiebatur, sed ceteris omnibus qui obuiam accessissent. B Tali modo vir mercedem quærens multas iã lustrauerat ciuitates: quinetiam templa ingrediebatur, quòd mundus à cædibus esset, & impollutus: neque enim hostiarum sanguinem lambebat, & excoriatas, atq; in frusta diuisas sacrorum carnes non attingebat, sed mellitis placentis, ac pane etiam & *bellariis* vescebatur: coctas quoque carnes edebat, & vinum quandoque bibere visus est, cùm antiquam seruaret consuetudinem. Is itaque leo ad Apollonium veniens, qui tum fortè in templo sedebat, & C ad eius genua procumbens *blando strepitu deliniebat, & alius quoque* supplicare videbatur: quod videntes qui astabant, mercedis causa id facere arbitrabãtur. Respiciens autem ipsum Apollonius: Hic, inquit, leo, me rogat, vt vos doceam cuiusnã hominis animam habeat. Est autem Amasis quondam Ægypti rex, circa Saïticam præfecturam. Quibus verbis au- *Strabo lib. 17. Themistii. a.* D ditis leo miserabiliter fremens lamentabilem rugitum edidit: tum dentibus infrendens lugere cùm proculdubio videretur, lachrymarum vim fundebat. Demulcens igitur ipsum Apollonius, Ego, inquit, leonem censeo Leontopolim mittendum esse, ibíque in templo collocandum: regem enim maximè in regiam belluam conuersum, tanquã egenum mẽdicare indignum iudico.

Post hæc congregati sacerdotes Amasidi sacrificarunt: & belluam torquibus, vittísque redimitam in interiorem Ægyptum misere, tibiis ante ipsam hymnos, & carmina decantantes. Apollonius autem iam satis Alexandriæ mansisse ratus, reliquam Ægyptum lustrare, atque inde in Æthiopiam transire constituit, Gymnosophistas alloqui cupiens. Cúmque animaduerteret Menippum ob ea, quæ à se audierat, audaciùs iam differentem, & orationis vehementia plurimùm posse, quasi quoddam Euphrati obstaculum futurum, ibidem illum reliquit. Dioscoridem quoque ad peregrinationem tolerandam inualidum agnoscens, comitem renuit: ceteris in vnum conuocatis, qui plurimi ad se confluxerant post eos, qui penes Ariciam ipsum deseruerant, peregrinationis suæ propositum manifestauit, in hunc modum locutus. Ego, amici viri, Olympica oratione hoc tempore apud vos vtendum esse censeo, quæ talis quondam esse consueuit. Elienses cùm Olympicorum certaminum tempus propinquaret, athletas suos dies triginta in ipsa Elide iubebant exerceri. Deinde in vnum congregatos, *Delphicus ad ludos Pythios, Corinthius ad Isthmios,* sic affabãtur. Ite in certamen, ô ciues, & viri estote vincere potentes. Cùm verò Elienses ad Olympia venissent, ad eosdem certaturos, his verbis vtebantur: Si iam sufficienter elaborastis, vt in Olympiis certare possitis, nec ignauè quippiam, aut humiliter peregistis, audenter stadium intrate. Qui verò non ita paratus est, quocunque vult abeat. Intellexerunt socij, quid vellent eiusmodi verba, atque ex eis circiter viginti cum Menippo remansere: ceteri verò

A συτῦθεν ⓐ ἱερεῖς ξωηλθόντες, ἔθυσε τῷ Ἀμάσιδι. καὶ κοσμήσαντες τὸ θηρίον στρεπτῷ, & ταινίαις, προέπεμπον ἐς τὴν Αἴγυπτον αὐλοῦντες, καὶ ὑμνοῦντες καὶ ἐπ' αὐτῷ ᾄδοντες. ἱκανῶς ὃ ἔχων περὶ τοῦ Ἀλεξανδρείαν, ἐστέλλετο ἐς Αἴγυπτόν τε, καὶ Αἰθιοπίαν, ἐς ξωουσίαν τῶν γυμνῶν· ⓑ μὲν δὴ Μένιππον, ἐπειδὴ τὰ διαλεγομένων ἤδη

B ἐτύγχανε, καὶ παῤῥησία χρῆσθαι δεινὸς ὢν, κατέλιπεν αὐτόθι ἔφεδρον τῷ Εὐφράτῃ· καὶ τὸν Διοσκορίδην ἰδὼν οὐκ ἐῤῥωμένως πρὸς τὴν ἀποδημίαν διακείμενον, προήκατο τῆς ὁδοῦ· τοὺς δὲ λοιποὺς ξυναγαγὼν, μετὰ δὲ τούτους ἀπολιπόντας αὐτὸν περὶ τὴν Ἀρικίαν, προσεχώρουν πλείους

C ἕτεροι, διηγεῖτο πρὸς αὐτοὺς περὶ τῆς ἀποδημίας· ἐνθένδε ἀρξάμενος Ὀλυμπικῆς προῤῥήσεως, ἔφη, δέομαι πρὸς ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες. Ὀλυμπικὴ μὲν προῤῥησις ἡ τοιάδε εἴη ἄν. Ἠλεῖοι τοὺς ἀθλητὰς, ὅταν ἥκῃ Ὀλύμπια, γυμνάζουσιν ἡμερῶν τριάκοντα ἐν αὐτῇ τῇ Ἤλιδι· & ξυναγαγόντες αὐτοὺς, ὁ μὲν Δελφὸς, ὅτε Πύθια, ὁ δὲ Κορίνθιος, ὅτε Ἰσθμια, Ἴτε φασὶν ἐς τὸ στάδιον, & γίνεσθε ἄνδρες, οἷοι νικᾶν.

D Ἠλεῖοι δὲ ὅταν ἴωσιν ἐς Ὀλυμπίαν, διαλέγονται πρὸς τοὺς ἀθλητὰς ὧδε· εἰ πεπόνηται ὑμῖν ἐπαξίως τοῦ ἐς Ὀλυμπίαν ἐλθεῖν, καὶ μηδὲν ῥᾳθυμον, μηδὲ ἀχθυνὲς εἰργάσθε, ἴτε θαῤῥοῦντες· οἷς δὲ μὴ ὧδε ἤσκηται, χωρεῖτε οἷ βούλεσθε. ξυνῆκαν ⓒ ὁμιληταὶ τοῦ λόγου, καὶ κατέμειναν ἀμφὶ τοὺς εἴκοσι παρὰ τῷ Μενίππῳ. ⓓ δὲ

λοιποὶ, δέκα οἶμαι ὄντες, εὐξάμενοι τοῖς θεοῖς, καὶ οἷς ἐμβατήρια πλοῦν θύσαντες, ἐχώρουν εὐθὺ Πυραμίδων, ἔστι καμήλων ὀχούμενοι, δεξιὸν ἔχοντες τὸν Νεῖλον· πολλαχοῦ δὲ διεπλεῖτο αὐτοῖς ὁ ποταμὸς ὥσπερ ἰσοτιμίας τῆς ἐν αὐτῷ πάντων. οὔτε γὰρ πόλιν, οὔτε ἱερὸν, οὔθ' ὁπόσα τεμένη κατ' Αἴγυπτον, οὐδὲν τούτων ἄφωνοι * παρῆλθον, ἀλλ' ἱερούς τινας ἀεὶ λόγους διδασκόμενοί τε, καὶ διδάσκοντες. καὶ ἡ ναῦς, ἣν ἐμβαίνη Ἀπολλώνιος, ἐφ' ἣν ἔπλει.

* ἀφ' ἃ, οὐ π.

A decem fuerunt, vt opinor, Deos precati, sacrificiísque tanquam nauigaturi peractis versus Pyramides iter cœperunt. Vehebantur autem camelis; à dextra Nilum habentes: pleriſque verò in locis per ipsum fluuium nauigabant, vt melius quæ in eo essent, omnia contemplarentur: nec ciuitas fuit vlla, nec templum, nec *delubra in Ægypto*, ad quæ *muti* accederent: *enimuerò salutares &* B *sacros sermones quosdam semper discebant & docebant.* Ceterùm nauis, in qua vehebatur Apollonius, similis erat, *nauigio magnifico, quo vehebantur legati ab Athenienſibus ad sacra certamina celebranda miſsi.*

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ ΒΙΟΝ, ΒΙΒΛΙΟΝ ϛ'.

PHILOSTRATI DE VITA APOLLONII TYANEI, LIBER SEXTVS.

De Æthiopia & Nilo atque Indo fluminibus. Item de Pygmæis, & canicipitibus, quos Græci κυνοκεφάλους, καὶ ὑλακτούντων ἔθνη appellant. De gryphibus Indiæ & formicis Æthiopiæ aurilegis. Hinc de permutatione mercium inter Æthiopas & Ægyptios: Quidque super ea re disputauerit Apollonius.

CAPVT PRIMVM.

ÆTHIOPIA totius terræ, quæ sub Sole est, occidentale cornu occupat; sicut India, id quod spectat ad orientem: & secus Meroën Ægypto coniuncta, & ad incognitam Libyæ partem porrecta mari terminatur, quod Oceanum poëtæ vocant, vno eodémque nomine totum, quod terram ambit, mare nuncupantes. Fluuium autem Nilum Ægypto tribuunt, qui ex Catadupis initium sumens, Ægyptum, quam vniuersam inundat, ad Æthiopiam ducit. Magnitudine quidem Indiæ non conferenda est Æthiopia, neque vlla alia continentis pars, quæ hominibus nota sit. Quòd si totam Ægyptum toti Æthiopiæ adiiciamus (id enim facere fluuium arbitramur) non tamen ambæ cõiunctæ magnitudinem Indiæ adæquabunt. In vtraque verò fluuij sunt inter se similes Indus;

Α ΙΘΙΟΠΙΑ δὲ, ἡ μὲν ὑπὸ ἡλίῳ πᾶσης, ἐπέχει τὸ ἑσπέριον κέρας, ὥσπερ Ἰνδοὶ τὸ πρὸς ἕω κεῖται· Μερόῃ δὲ Αἰγύπτῳ ξυνάπτουσα, καὶ π* ἐς τὴν ἀμφίτριτα Λιβύης ἐπελθοῦσα, κατὰ τὴν ἐπελθοῦσαν ἐς θάλατταν, ὃν ὠκεανὸν οἱ ποιηταὶ καλοῦσι, τὸ πᾶν γῆν ἅπαν ὧδε ἐπονομάζοντες· ποταμὸν δὲ Νεῖλον, Αἰγύπτῳ δίδωσιν, ὃς ἐκ καταδούπων ἀρχόμενος, ὃν ἐπικλύζει πᾶσαν Αἴγυπτον, ἐπ' Αἰθιόπων ἄγει. μέγεθος μὲν οὖν οὐκ ἀξία παραβεβλῆσθαι πρὸς Ἰνδούς, οὐδὲ ἡ χώρα, οὐδ' ἄλλη οὐδεμία, ὁπόσαι κατ' ἀνθρώπους ὀνομάζονται ἤπειροι. εἰ δὲ καὶ πᾶσαν Αἴγυπτον Αἰθιοπίᾳ ξυμβάλοιμεν, τάχα δ' ἂν ἡγοῦμαι τὸν ποταμὸν παράπλην, οὐ πω ξύμμετρον ποιεῖσθαι τῷ Ἰνδῶν ἄμφω, τοσαύτῃ ξυντείνοντα. ποταμοὶ δὲ ἀμφοῖν

καὶ Νείλου. περαίνοισι τ' ἐς τὰς ἠ- A
πείρους, εἰ ὥρα ἔτους, ὁπότε ἡ γῆ
ἐρᾷ τούτου· ποταμῷ τε ἁρέχονται
μόνοι τῷ κροκόδιλον, καὶ τὸν ἵππον·
λόγοι τὲ ὀρθῶν ἐπ' αὐτοῖς ἴσοι. πολ-
λοὶ δ' * τῷ Ινδῷ, καὶ Νείλῳ διεπ-
πάζεται. τὴν δ' ὁμοιότητα τῶν ἠπείρων,
πιστούμενον μὲν καὶ τὰ εἰς αὐτοῖς ἀρώ-
ματα· πιστούμενον δ' καὶ λέοντες, καὶ B
ὁ ἐλέφας, εἰ ἑκατέρᾳ ἁλισκόμενός
τε, καὶ δουλεύων. βόσκοισι δ' καὶ
θηρία, οἷα οὐχ ἑτέρωθι. καὶ ἀνθρώ-
πους μέλανας, οὐ μὴ ἄλλαι ἤπειροι.
Πυγμαίων τὲ εἰ αὐταῖς ἔθνη, καὶ
ὑλακτούντων ἄλλο ἄλλη· καὶ ὧδε
θαυμαστά. χρύπες δὲ Ινδῶν, καὶ μύρ-
μηκες Αἰθιόπων, εἰ καὶ ἀνόμοιοι τὴν
ἰδέαν εἰσὶν, ἀλλ' ὅμοιά γε ὡς φασι
βούλονται· χρυσοῦ δ' φύλακες εἰ C
ἑκατέρᾳ ἅδονται, τὸ χρυσόγεων τῶν
ἠπείρων ἀσπαζόμενοι. ἀλλὰ μὴ πλείω
ἴσως περὶ τούτων. ὁ δὲ λόγος ἐς τὸ ἑαυ-
τοῦ ἴτω, καὶ ἐχώμεθα τοῦ ἀνδρός· ἀ-
φικόμενον δ' ἐπὶ τὰ Αἰθιόπων
τὲ, καὶ Αἰγυπτίων ὅρια, συκάμινον
δὲ αὐτὰ ὀνομάζοισι, χρυσῷ τε ἀσή-
μῳ εὐτύχει, καὶ λίνῳ, καὶ ἐλέφαντι,
καὶ ῥίζαις, καὶ μύρῳ, καὶ ἀρώμασιν.
ἔκειτο δὲ πάντα ἀφύλακτα εἰ ὁδῷ D
χρῃ. καὶ ὅτι βούλεται ταῦτα, ἐγὼ
δηλώσω. νομίζεται γὰρ καὶ ἐς ἡμᾶς
ἔτι. ἀγορὰν Αἰθίοπες ἀπάγουσιν, ὧν
Αἰθιοπία δίδωσιν. οἷσι δ' ἐλθόμενοι
πᾶσαν, ξυμφέρουσιν ἐς τὸν αὐτὸν
χῶρον ἀγορὰν Αἰγυπτίαν, ἴσου ἀξίου
ὠνούμενοι τοῖς αὐτοῖς ὄντων, τὰ δὲ ὄν-
τα. οἱ δὲ τὰ ὅρια τῶν ἠπείρων οἰκοῦντες,

κ. γ δ τῷ Ι. & N. Φάζεται· τῇ δ' ὁμοιότητι Ι.

ac Nilus, si quis eorum opera animaduerterit: ambo enim continentem irrigant æstatis tempore, cùm maximè id terra expetit: solíque fluuiorum crocodilos ducunt, & fluuiales equos: mysteriorúmque rationes vtrisq; pares. Multa enim Indorum ritu sacrificia in Nilo fiunt. Terrarum verò similitudinem testantur *aromata* vtrobique nascentia. Leones præterea & elephanti, qui in vtraq. capti seruire coguntur. Præbet insuper in vtraque feras, quæ alibi nusquam reperiuntur; & homines nigros aliæ nullæ continẽtis partes ferunt. Pygmæorum quoque & Cynocephalorum gentes in earum vtraque reperiuntur: & alia huiuscemodi innumera miracula. Indorum autem gryphes, & Æthiopum formicæ, licet sint forma dissimiles, eadem tamen, *vt ferunt*, agere studeant. nam aurum vtrobiq. custodire perhibentur, & terram auri feracem adamare. Sed de iis satis. Nostra autem oratio ad virum rediens, quæ ab eo fuerint gesta, narrabit. Cùm ad loca venisset Apollonius, vbi Ægyptus Æthiopiáque terminatur (Sicaminum autem illa vocant) aurum non signatum inuenit: linum præterea, atque ebur, & herbarum radices varias, vnguentũ insuper, & diuersorum generum aromata. Omnia autẽ *incustodita* iacebant in via certas in partes distributa. Quid autem ea res sibi velit, ostendam. Permanet enim nostra etiam ætate eiuscemodi consuetudo. Forum namq. Æthiopes instituunt earum rerum, quas fert Æthiopia, & vniuersam regionem perquirentes, venalia cuncta in vnũ conferunt locum, vbi etiam Ægyptij pro illis forum celebrant, & quæ apud Æthiopes sunt earum, quas ipsi habent rerum cõmutatione emunt. Qui igitur finitimos ei loco montes colunt,

non penitus nigri, ſed concolores quaſi ſunt Ægyptiis. Nigreſcunt enim minus quàm æthiopes, paulò autem magis, quàm ægyptij. Cùm hanc mercandi conſuetudinem intellexiſſet Apollonius, Noſtri, inquit, optimi Græci, niſi obolus obolum pariat, & res venales quo voluerint pretio æſtiment, pro ſui vtilitate minuentes pretium, aut augentes, viuere ſe non poſſe dicunt: cùm hic quidem iam nubilem filiam animaduertat, ille filium ad virilem ætatem prouectum; alius æris alieni magnitudinem mente repetat; alius etiam ſemicõſtructam domum perficere cupiat: quidam etiam ſeſe erubeſcere dicunt, ſi in diuitiis acquirendis inferiores parentibus habeantur. Quæ res profectò melius ſeſe haberent, ſi tanto in pretio diuitiæ non eſſent, & inter ipſos amaretur æqualitas, —*atrum ferrúmq. iaceret.* & hominibus inter ſe concordibus ocioſum; & terra vna, atque eadem omnium videretur.

A οὔπω μέλανες, ἀλλὰ ὁμόφυλοι τὸ χρῶμα. μιγαίνονται γὰρ ὁ μὲν, ἧττον Αἰθιόπων· ὁ δὲ, μᾶλλον Αἰγυπτίων. ξυνεὶς οὖν ὁ Ἀπολλώνιος τὸ τῆς ἀγορᾶς ἤθους, ὁ δὲ χρηστοὶ, ἔφη, Ἕλληνες, ἢν μὴ ὀβολὸς ὀβολὸν τέκῃ, καὶ τὰ ὤνια αὐτοῖς ἐπιτιμήσωσι καπηλεύοντες, οὐ φασι ζῆν*. ἀλλ' ὁ μὲν, θυγατέρα

B σκεπτόμενος ἐν ὥρᾳ γάμων, ὁδὶ υἱὸν, ἤδη τελοῦντα ἐς ἄνδρας· ὁδὶ ἐράνου πλέθρων· ὁδὶ ὡς οἰκοδομοῖτο οἰκίαν, ὁ δὲ ὡς ἀιχμώοις χρημάτισῃς ἤπιον τὸ παῖδος δόξαι· καλῶς δ' ἂν εἶχεν, ἢν* ὁ πλοῦτος ἀτίμως ἐπορεύετο· ἰσότης τε ἦν, μέλας δ' ἀπέκειτο σίδηρος, ὁμονοούντων ἀνθρώπων· καὶ ἡ γῆ πᾶσα ἐδόκει μία.

χ. ζῆν ὁμῶς.

χ. ἢν καὶ.

De Timaſione adoleſcente pulcherrimo adamato à nouerca, & quomodo id prædixerit Apollonius, tum de Hippolyto quædam. CAP. II.

HAC diſputans Apollonius, atque vt conſueuerat diſputandi materiam extemporis occaſionibus captãs, in Memnonis regionem peruenit. Ducebat autem eos adoleſcens Ægyptius, de quo talia ſcribit Damis. Timaſion erat huic adoleſcenti nomen: qui cùm nuper exceſſiſſet pubertatem, pulchritudine adhuc ſumma vigebat: cúmq. eſſet natura permodeſtus, nouerca illum amans inſequebatur, patrémq. aduerſus ipſum irritauerat; non tamen idem, quod Phædra crimen fingens: ſed illum accuſabat, quòd fœminæ, quàm viro ſimilior eſſet, quódque amatoribus

D ΤΟΙΑΥΤΑ διαλεγόμενος, καὶ ξυμβούλοις τοῖς διαλέξεων, ὥσπερ εἰώθει, ποιούμενος τοὺς καιροὺς, ἐχώρει ἐπὶ Μέμνονος. ἡγεῖτο δ' αὐτοῖς μειράκιον Αἰγύπτιον, ὅτῳ οὖν παῖδι ἀναγράφει Δάμις. Τιμασίων μὲν τῷ μειρακίῳ τούτῳ ὄνομα ἦν· ἐφήβει δὲ ἄρτι ὑπαπτῆς, καὶ πλὴν ὥρᾳ ἔπ' ἐρρώτει· σωφρονοῦντι δ' αὐτῷ, μητρυιὰ ἐρῶσα ἐνέκειτο, καὶ χαλεπὸν τὸν πατέρα ἐποίει. ξυνῃδεῖσα μὲν οὐδὲν, ὥσπερ ἡ Φαίδρα, διαβάλλουσα δ' αὐτὸν ὡς ἤθλιον, ἐρᾶσθαι

μᾶλλον, ἢ γυναίοις χαίροντα. ὁ δὲ A magis, quàm mulieribus gauderet.
ἐπιλιπὼν Ναυκράτην, ἐπεὶ γὰρ τοῦτα ἐμήχετο, περὶ Μέμφιν διῆτατο. καὶ ναυῒ ἣ ἤδη ἄπορον ἐκέκτητο, ἐπλήρει τῷ Νείλῳ. ἰδὼν οὖν αὐτὰπλέοντα τῷ Ἀπολλωνίῳ, καταπλέων αὐτὸς, ξυνῆκεν ὡς ἀνδρῶν σοφῶν εἴη τὸ πλήρωμα, ξυμβαλόμενος τοῖς τείχεσι, καὶ τοῖς βιβλίοις, οἷς προσεπούδαζε. καὶ ἱκέτευε προσδοῦναί οἱ τῆς τοῦ πλοὸς* κοινωνίας, ἑρῶντι σοφίας. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, σώφρονα ὁ νεανίσκος, ἔφη, ὦ ἄνδρες, καὶ ἀξιούσθω, ὧν δεῖται. καὶ διῆλθε τοῖς μητρυιᾶς λόγον πρὸς τοῦ ἐπὶ τῷ ἑταίροιν, ἰσφαμένῳ τῷ πόνῳ, προσπλέοντος τοῦ μειρακίου ἔτι. ὡς δὲ ξυνῆσαν αἱ νῆες, μεταβὰς ὁ Τιμασίων, καὶ πρὸς ἑαυτῷ κυβερνήτην εἰπών τι ὑπὲρ τοῦ φόρτου, προσσεῖπε τοῖς ἀνδράσι. κελεύσας οὖν αὐτὸν ὁ Ἀπολλώνιος κατ' ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἱζῆσαι, μειράκιον, εἶπε, Αἰγύπτιον· ἔοικας γὰρ τῶν ἐπιχωρίων εἶναι· τί σοι φαῦλον, ἢ τί χρηστὸν εἰργάσαι, λέξον· ὡς τῶν μὲν, λύσις προσῇ ἐμοὶ γένοιτό σοι δι' ἡλικίαν· τῶν δ' αὖ, ἐπαινεθῇς, ἐμοί τε ξυμφιλοσοφοίης, καὶ τοῖσδε. ὁρῶν δὲ τὸν Τιμασίωνα ἐρυθριῶντα, καὶ μεταβαλόντα τὴν ὁρμὴν τοῦ σώματος ἐς τὸ λέξαι τί, ἢ μὴ, ξυμπαρῆν τὴν ἐρώτησιν, ὥσπερ οὐδεμιᾷ προγνώσει ἐς αὐτὸν κεχρημένου. ἀναθαρσήσας δὲ ὁ Τιμασίων, ὦ θεοὶ, ἔφη, τίνα ἐμαυτὸν εἶπω; κακὸς μὲν γὰρ οὐκ εἰμί. Ille igitur Naucrati relicta, vbi ea quæ dixi agebantur, apud Memphim versabatur. atque illic naui comparata per Nilum nauigando sese exercebat. Cùm is nauigantem vidisset Apollonium, cum sua naui ad ipsum veniens, sapientibus viris onustam esse nauim Apollonij intellexit, cùm ex eorum habitu id coniectans, tum ex libris etiam quibus iugiter illi incumbebant. Cùm B igitur ipsis propinquasset, rogabat, vt se sapientiæ amatorem, *nauigationis societati adiungerent.* In eum respiciens Apollonius, O viri, inquit, adolescens hic modestus est, & dignus, qui suarum petitionum compos euadat. Interim submissa voce Apollonius iis, qui propius astabant, omnia, quæ illi à nouerca cõtigissent, enarrabat, dum adolescens pedetentim nauigans, Apollonij nauigio adhærere laboraret. Vbi verò naues insimul conuenere, è sua naui transiliẽs C Timasion, eos qui cum Apollonio erant, salutauit. Ipse verò suæ nauis gubernatorem antea monuerat, quid de rebus, quas in sua naui ferebat, agendum esset. Iubens autem Apollonius ante suos oculos eum consistere, O adolescens, inquit, ægyptie (indigena quidem mihi esse videris) quid boni malíve abs te sit gestum expone, vt à malis quidem per me, quòd per ætatem licet, libereris, ex bonis autem laudes meritas consecutus, mecum vnà, & cum D iis, quos vides, sociis philosopheris. Cùm erubescentẽ illum videret, & variè faciẽ permutãtem, quòd ambigeret quid sibi dicendũ, quídve reticẽdũ esset, petitionẽ vrgebat Apollonius, quasi nihil omnino de illo prænouisset. Tunc verò cõfidens Timasion, O Dij, inquit, qualemnã esse me dicã? malus enim profectò non sum:

κ. Πλάτωνος

vtrum verò bonum me existimari oporteat, nescio: nam iniustè nihil egisse, nulla est laus. Tunc Apollonius, Papæ, inquit adolescens, quàm similia iis, quæ ab Indis accepi, mihi narras. Idem enim diuinus sentit Iarchas. Sed vnde tibi hæc venit opinio? videris enim à peccatis abhorrere vehementer. Cúmque dicere iam cœpisset quo pacto erga se habuerat nouerca, quantúmque ipse ab amore esset alienus, clamor ab omnibus sublatus est, quòd eadem omnia exactissimè prædixisset Apollonius. Respondens verò Timasion, O viri, inquit, optimi quid passi estis? tantùm enim quæ dico à *miraculo* absunt, quantũ, *opinor*, à risu. Tum Damis, Aliud, inquit, est, quod miramur, ídq; nondum agnoscis. Te verò adolescens, laudamus, quòd nihil egisse præclari arbitraris. Apollonius autem, an Veneri sacrificaret, interrogauit: Imo per Iouem quotidie: inquit Timasion. Magni namque Deam illam facio, cùm apud Deos, tum etiam apud homines. Hoc responso gauisus Apollonius, Decernamus, inquit, ô viri, temperantiæ causa adolescentem hunc coronari oportere magis etiam, quàm Thesei filium Hippolytum. Ille namque Veneri contumeliam attulerat, ac propterea forsitan Venereorum cupidine non tangebatur; neque amor vllus ipsum mouebat: sed erat sortis cuiusdam agrestioris, ac rudioris. Is autem à Venere se commotum quandoque dictitans, nihil tamen erga amantem mulierem affectus est, sed abiit potius, Deam ipsam timens, si ab amore nefando non abstineret, & à quolibet Deorum accusari, sicut Hippolytus à Venere accusatus est, nullius temperantiæ signum esse iudico. Præclarius enim est, &

A ἀγαθὸν δὲ εἰ χρὴ νομίζεσθαί με, οὐκ οἶδα. τὸ γοῦν μὴ ἀδικεῖν, οὔπω ἔπαινος. καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, βαβαί, ἔφη, μειράκιον, ὡς ἀπὸ Ἰνδῶν με διαλέγῃ. ταυτὶ γοῦν Ἴαρχα δοκεῖ τῷ θείῳ. ἀλλ' ὅπως ταῦτα δοξάζῃς, κἀξ ὅτου· φυλαξαμένῳ γάρ τι ἁμαρτεῖν ἔοικας. ἐπεὶ ὁ Ἀρξαμένῃ λέγειν ὡς ἡ μητρυιὰ μανὴ ἐπ' αὐτὸν φέροιτο, αὐτὸς δὲ ἐρώσης οὐκ ἐρᾴη, βοὴ ἐγένετο, ὡς δαιμονίως αὐτὰ τὰ Ἀπολλωνίου προφήτου. ὑπολαβὼν ὁ Τιμασίων, ὦ λῷστοι, ἔφη, τί πεπόνθατε; τοσοῦτον γοῦν ἀπέχει τὰ εἰρημένα θαύματος, ὅσον οἶμαι γέλωτος. ὁ Δάμις, ἕτερόν τι, ἔφη, ἐθαυμάσαμεν, ὃ μήπω γιγνώσκεις. κἀγὼ ὁμολογῶ μειράκιον ἐπαινεῖν, ὅτι μηδὲν οἰκ λαμπρὸν εἰργάσῃ. Ἀφροδίτην ὁμνύεις, ὦ μειράκιον; ἤρετο ὁ Ἀπολλώνιος. ὁ Τιμασίων, νὴ Δί', εἶπεν, ὁσημέραι. πολλοῦ γὰρ ἡγοῦμαι τὸν θεὸν ἀνθρωπείοις τε καὶ θείοις πράγμασιν. ὑπερηθεῖς οὖν ὁ Ἀπολλώνιος, ψηφισώμεθα, ἔφη, ὦ ἄνδρες, ἐστεφανῶσθαι αὐτὸν ἔτι σωφροσύνῃ, καὶ πρὸ Ἱππολύτου τοῦ Θησέως. ὁ μὲν γὰρ εἰς τὴν Ἀφροδίτην ὕβρισε, καὶ διὰ τοῦτο ἴσως οὐδὲ Ἀφροδισίων ἥπτετο, οὐδὲ ἔρως ἐπ' αὐτὸν οὐδεὶς ἐκώμαζεν· ἀλλ' ἰδιῶταί γάρ τις ἀγροικοτέρας τε, καὶ ἀτέλεστου μοίρας. ὅτοι δὲ ἥπτηται τοῦ θεοῦ φάσκων, οὐδὲν πρὸς τὴν ἐρῶσαν ἔπαθεν, ἀλλ' ἀπῆλθεν, αὐτὴν δείσας τὴν θεὸν, εἰ τὸ κακῶς ἐρᾶσθαι μὴ φυλάξαιτο. καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο διαβεβλῆσθαι πρός τινα δὴ τῶν θεῶν, ὥσπερ πρὸς τὴν Ἀφροδίτην ὁ Ἱππόλυτος, καὶ οὐκ ἀξιῶ σωφροσύνης. σωφρονέστερον γὰρ τὸ

ϖὲὶ παύτων θεῶν δῦ λέγλν· Ϛ ταῦ- A
τα, Αθλώησιν, οὗ κὴ ἀγνώστων δαι-
μόνων βωμοὶ ἵδρωνται.

modeſtiæ maioris iudicium de Diis omnibus bene loqui, Athenis præſertim, vbi etiam ignotis Diis aræ ſunt conſtitutæ.

De Memnone Auroræ filio & eius ſtatua loquente, falſúmque eſſe illum vnquam iuiſſe ad Troiam, ſed regnaſſe ætates quinque in Æthiopia. Item de pœna qua homicidæ afficiuntur in Æthiopia: quidque prædixerit de homicida quodam Apollonius. CAP. III.

ΤΟσαῦτα ἐς τὸν Τιμασίωνα αὐτῷ B
ἐσσουδάθη· πλεῖω δ' ἀλλὰ Ιππό-
λυτόν γε *ἐκάλεϵ αὐτὸν διὰ τοῦ ὀφ- κ.π
θαλμοῦ, οἷς πλεῖω μητρυιὰ εἶδεν· ἐ-
δόκει γὰρ Ϛ σώματος ἐπιμεληθῆναι,
καὶ γυμνασικῆς ἐπαφροδίτως ἅψα-
σθαι. ἐπὶ τούτῳ ἡγεμόνι ϖρῆξαι φα-
σιν ἐς τὸ τέμενος τοῦ Μέμνονος.
ϖεὶ γὰρ τοῦ Μέμνονος, τάδε ἀναγρά-
φει Δάμις. ἠοῖς μὲν παῖδα γενέσθαι
αὐτὸν, ἀποθανεῖν γὰρ καὶ ἐν Τροίᾳ, ὅπ C
μηδὲ ἀφικέσθαι ἐς Τροίαν, ἀλλ' ἐν
Αἰθιοπίᾳ τελευτῆσαι, βασιλεύσαντα
Αἰθιόπων γενεὰς πέντε. οἱ δ' ἐπειδὴ
μακροβιώτατοι ἀνθρώπων εἰσὶν, ὀλο-
φύρονται τὸν Μέμνονα, ὡς κομιδῇ
νέον, Ϛ ὅσα ἐπὶ ἀώρῳ κλαίουσι· τὸ γὰρ
χωρίον, ἐν ᾧ ἵδρυται, φασὶ μὲν
ϖροσοικέναι ἀγορᾷ ἀρχαίᾳ, οἵαι τ'
ἀγοραὶ ἐν πόλεσί ποτε οἰκηθείσαις
λείπονται, σηλῶν ϖρεχόμεναι πρύ- D
φη, Ϛ τειχῶν ἴχνη, καὶ θάκοις, καὶ φλιαῖς·
Ερμοῦ τ' ἀγάλματα, τὰ μὲν, ἐπὶ
χρόνου διεφθορότα, τὰ δὲ, ἐπὶ χρό-
νου· τὸ γὰρ ἄγαλμα τετράφθαι ϖρὸς
ἀκτῖνα, μήπω χρυσάσκον· λίθου γὰρ εἶ-
ναι ϖάνυ. ξυμβεβηκέναι γὰρ τῷ ϖόδε
ἄμφω, καὶ τ' ἀγαλματοποιΐαν πλεῖ-

TALIA de Timaſione philoſophatus eſt Apollonius; Hippolytum etiam ipſum appellans propter oculos, quibus nouercā aſpexit. Conſtabat autem illum quandoq. in gymnaſtica corpus venuſtè exercuiſſe, Hoc igitur duce in Memnonis templum venerunt, de quo talia Damis refert, fuiſſe Memnonem Auroræ filium: occubuiſſe verò non apud Troiam, quò etiam neque veniſſe illum vnquam conſtat; ſed in Æthiopia, cùm regnaſſet apud Æthiopes per generationum quinque ſpatium. Ipſi tamen Æthiopes, quoniã ſupra ceteros homines longiſſimæ ſunt vitæ, quaſi in adoleſcentia Memnonem lugent, & quæcunque in acerbo funere dici ſolent, conqueruntur. Locum enim vbi templum fundatum fuerat, antiquo foro ſimilem dicunt eſſe. Extant eiuſmodi fora quædam in vetuſtiſſimis ciuitatibus, vbi & columnarum viſuntur fragmenta, & parietum quædam veſtigia. Præterea ſedes, & limina & Mercurij ſimulachra partim manu, partim vetuſtate conſumpta illic etiam conſpici dicunt. Ipſius verò Memnonis ſtatua adoleſcentis impuberis imaginem referens, *ad Solis radios conuerſa eſt*. Eſt autem ex nigro lapide fabricata, atque vtroque pede ſolum attingens

iuxta Dædali ſtatuariam artem. Erectæ autē manus ſedi innitūtur, hominis ſurgere volentis ſimilitudinē exprimentes. Oculorū autem & totius oris imaginem quaſi loquuturi hominis eſſe perhibetur. & hæc quidem antea minorē ipſi dabant admirationem quòd nondū actuoſa videretur, & quātum artis operi ineſſet ignorarent. Cùm verò Solis radius ſtatuam attingeret (id autem circa Solis ortum euenire perhibent) tum verò ſupra modum admirabilis viſa eſt. Tunc enim ſtatuam loqui perhibent, vbi primùm Solis radius ad eius os peruenit. Eius oculi ſplendentes, lætíque ad Solem expoſiti ſunt, ſicut eorum qui valde Solis aſpectū tolerare poſſunt. *ac tunc quidem cōuenire eum dicunt, quòd Soli aſſurgere videatur: vt qui erecti numen colunt.* Sacra igitur æthiopi Soli, & Mēnoni Eoo fecerunt. ſic enim ea numina ſacerdotes cognominant, hunc quidē ex matris *Auroræ* nomine, illum autem quòd ea maximè loca perurat, & calefaciat. Poſt id camelis deuecti ad gymnoſophiſtarum loca proficiſcebantur. Fortè autem illis fit obuiam vir habitu Memphitico indutus, & erranti *potius, quam ad certū locum contendēti.* Hunc ſocij Damidis, quiſnā eſſet, & quam ob rem erraret, interrogarunt. Quibus Timaſiō, Me potius, quàm ipſum interrogetis oportet. Ipſe enim ob pudorem nunquam vobis calamitatē ſuam aperiret. Ego autem optimè virum noui, atque illius infortunium miſeratus, omnia quæ illi contigerint, explicabo. Hic vir quanquam inuitus Memphiticum quendam interfecit, propterea iuxta Memphitarū leges exulat. Iubent enim homicidij reum, ſi inuitus id perpetrauerit, exulare, & ire ad gymnoſophiſtas. Quòd ſi ab illis fuerit abſolutus, tanquam purus expiatúſque in patriam reuerti

ἐπὶ Δαιδάλῳ· καὶ τὰς χεῖρας ἀπερείδειν ὀρθὰς ἐς τὸ θάκον· καθῆσθαι γὰρ ἐν ὁρμῇ τοῦ ἐξανίστασθαι· τὸ δὲ χρῆμα τοῦτο, καὶ τὸν τῷ ὀφθαλμῷ νοῦν, καὶ ὁπόσα τοῦ σώματος ὡς φθεγξαμένου ἄδουσι. καὶ τὸ μὲν ἄλλον χρόνον, ἄπιστον θαυμάσαι φασίν· ἔπω γὰρ ἐνεργὰ φαίνεσθαι· περιβαλούσης δὲ τὸ ἄγαλμα τὰς ἀκτῖνος, τότε δὴ γίγνεσθαι περὶ ἡλίου ἐπιτολάς, μὴ καταφέρειν τὸ θαῦμα. φθέγξασθαι μὲν γὰρ προσχεῆναι τὰς ἀκτῖνος ἐλθούσης αὐτῷ ἐπὶ στόμα· φασὶ δὲ ἰσάναι τοῖς ὀφθαλμοῖς δόξαι πρὸς τὸ φῶς, οἷα τῷ ἀνθρώπων ἡλίοι. τότε ξυνεῖναι λέγουσιν, ὅτι τῷ ἡλίῳ δοκεῖ ἐξανίστασθαι, καθάπερ τὸ κρεῖττον ὀρθοὶ προσπίπτοντες. θύσαντες οὖν Ἡλίῳ τε Αἰθιοπι, καὶ ἠῴῳ Μέμνονι, τότε γὰρ ἔφραζον οἱ ἱερεῖς, τὸν μὲν, ἀπὸ τῆς αἴθειν τε, καὶ θάλπειν, τὸν δ', ἀπὸ τῆς μητρὸς ἐπονομάζοντες· ἐπορεύοντο ἐπὶ καμήλων ἐς τὰ τῶν γυμνῶν ἤθη. ἀνδρὶ δὲ ἐντυχόντες ἐσταλμένῳ ξένον, ὃν πρὸς Μεμφῖται, καὶ ἀλύοντι μᾶλλον, ἢ ξυντείνοντι, ἤροντο πρὸς τὸν Δάμιν ὅστις εἴη, καὶ ὅτῳ πλανῷτο. καὶ ὁ Τιμασίων, ἐμὲ, ἔφη, πυνθάνεσθε, ἀλλὰ μὴ τοῦτον. ἔστι μὲν γὰρ ἐμοὶ αὐ εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς τὸ ἐκείνου πάθος αἰδοῖ τῆς ξυμφορᾶς, ἣν κέκτηται. ἐγὼ δὲ γιγνώσκων τὸν ἄνδρα, καὶ ἑκόντα, λέξω τὰ πρὸς αὐτὸν πάντα. ἀπέκτονε γὰρ Μεμφίτην τινὰ ἄκων. κελεύουσι δὲ καὶ Μέμφιν νόμοι τὸν φόνου ἐπ' ἀκουσίῳ, φεύγειν ἢ φόνου, ἐπὶ τοῖς γυμνοῖς εἶναι· κἂν σὺν τῷ φόνῳ τὸ χωρεῖν ἐς ἤθη, καθαρὸν

χ. δὲ, καὶ τὸν

χ. δὲ, γιγνώσκω γὰρ τ.

ἤδη, βαδίσαντα πρόσθεν ἐπὶ τὸ τοῦ A πεφονευμένου σῆμα, καὶ σφάξαντά τι σμικρὸν οὐ μέγα. ⓦ Ὁ μὲν χρόνον, ὃν οὔπω τοῖς γυμνοῖς σνέτυχεν, ἀλᾶσθαι χρὴ πρὸ τῶν ὄρεων, ἔστ' ἂν αὐτὸν δέσωνται αὐτόν, ὥσπερ ἱκέτην. ἤρετο οὖν ⓦ Τιμασίωνα ὁ Ἀπολλώνιος, πῶς οἱ γυμνοὶ περὶ τοῦ φόνου τοῦδε σμικρὰ φρονοῦσιν· ὁ δέ, καὶ οἶδα, εἶπε. B μιᾶς γὰρ τουτονὶ ἑβδόμου ἱκετεύει δοῦρο, καὶ οὔπω λύσις· οὐ σοφοὺς λέγεις ἄνδρας, ἔφη, εἰ μὴ καθαίρουσιν αὐτὸν, μηδὲ γιγνώσκουσιν, ὅτι Φιλίσκον, ὃν ἀπέκτεινεν ὅδε, ἀνέφερεν ἐς Θαμοῦν τὸν Αἰγύπτιον, ὃς ἐδήωσέ ποτε τὴν τῶν γυμνῶν χώραν. θαυμάσας οὖν ὁ Τιμασίων, πῶς, ἔφη, λέγεις; ὡς τε, εἶπε, τὸ μειράκιον τι πέπραχεν. Θαμοῦν γάρ ποτε νεώτερα ἐπὶ Μεμφίτας πράττοντα, ἤλεγξαν οἱ γυμνοὶ, καὶ ἔχον· ὁ δὲ, ὁρμὴν ἀμύητον, σπεῖρε πᾶσαν, ἣν οὗτοι νέμονται. λῃστρικῶς γὰρ πρὸς Μέμφιν ἔρρωτο· τούτου Φιλίσκον, ὃν ὅδε ἀπέκτεινεν, ὀρθὸν ἔκγονον τέτον ἀπὸ τοῦ δεκάτου, καταράσασθαι δηλαδὴ τούτοις, ὧν ὁ Θαμοῦς τότε διεπόρθησε τὴν χώραν· καὶ πρὸς τοῦτον, ὃν στεφανοῦν ἔχρῃν, εἰ μὴ προνοήσας ἀπέκτεινε, τὸν ἀκουσίου μὲν, ὥσπερ αὖπαν δ' εἰργασμένον, μὴ καθῆραι. σπλαγχνὰ οὖν τὸ μειράκιον, ξένε, εἶπε, τίς εἶ; καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, ὃν δοκῶ, ἔφη, παρὰ τοῖς γυμνοῖς εὑρήσεις. ἐπεὶ δὲ οὔπω μοι ὅσιον προσφθέγξασθαι τὸν αἵματι, κέλευσον αὐτὸν, ὦ μειράκιον, θαρρεῖν·

potest, si prius ad occisi tumulum veniens, parui etiam aliquid sacrificauerit. Antea verò quàm à gymnosophistis fuerit absolutus, in his errare montibus ipsum oportet, quoad supplicantis gymnosophistæ misereat. Timasionem interrogauit Apollonius, quid Nudi de hoc exule sentirent. Ille verò ignorare se dixit. Atque hoc tantùm nouisse mensem iam septimum in iis montibus hominem supplicabundum errare, neque adhuc veniam criminis à Nudis meruisse. Tunc Apollonius, Viros, inquit, mihi non sapientes narras, si hunc absoluere cunctantur; neque sciunt Philiscum, quem is interfecit, à Thamo Ægyptio originem trahere, qui Thamus Nudorum regionem quandoque populatus est. Admiratus Timasion, Quid dicis? inquit. Hoc ipsum, ait Apollonius, quod adolescens ille operatus est. Thamum enim res nouas quandoque apud Memphitas molientem redarguerunt, conuicerúntque gymnosophistæ. Ille verò iudicium effugiens Nudorum omnem regionem vastauit, euasitque apud Memphitas latro insignis: ex huius genere Philiscus natus est, stirpe in tertiamdecimam generationem iam propagata, quem execrabilem iis esse decuit, quorum regionem Thamus vastauit. *quænam ergo sapientia est, eum quem* coronare oportuisset, etiam si consultò illum interfecisset, *ne inuoluntaria quidem cæde, quæ tamẽ pro ipsismet patrata fuit, expiasse?* Stupens igitur adolescẽs, Quisnam es, inquit, ô hospes? Quem apud Nudos inuenies, ait Apollonius. Sed quoniã mihi nefas est sanguine pollutum affari, bono animo illum esse iube, adolescens;

& ex-

& expiationem criminis paulò pòst consecuturum fore nuntia, si eò venerit, quò venire iussero. quò postquàm ille dictis eius obtemperans venit, Apollonius ea mysteria peragens, quæ Pythagoras, Empedocléſque pro expiatione facienda docent, domum redire illum iussit, tanquã crimine absolutum, & expiatum.

A ὡς αὐτίκα δὴ καθαρθέοντα, εἰ βαδίσειεν οὗ κατάλυω. ἀφικομένῳ δὲ ἐπιδράσας, ὅσα Ἐμπεδοκλῆς τε, καὶ Πυθαγόρας, ὑπὲρ καθαρσίων νομίζουσιν, ἐκέλευσε καταστείχειν ὡς καθαρὸν ἤδη τῆς αἰτίας.

Peruenisse Apollonium ad Gymnosophistas, & quam ob rem illis despectus fuerit. CAP. IV.

POST hæc oriente sole ex eo loco discedentes circiter meridiem, ad Nudorum conclaue peruenerunt. Incolunt autem Gymnosophistæ siue Nudi egregiè formatum à natura collem, parum à Nili ripis distantem. Sapientia verò magis ab Indis superantur, quàm ipsi ceteros Ægyptios eadem superent. Vtuntur autem eo habitu, quo *apricantes Athenis* vti solent. Arbores illic perpaucas regio profert, quamuis ipsi lucum habeant non sanè magnum, vbi de rebus communibus tractatur, Nudi conueniunt. Sacrificia verò non simul vt Indi faciunt, sed alius in alia collis parte, & seorsum quisque studia exercet sua, sicut ab Ægyptiis traditur. Colunt autem omnium maximè Nilum, quem fluuium terram simul & aquam esse arbitrantur. Tugurio sanè, & domo nihil indigent, cùm sub diuo degant. Diuersorium tamen hospitibus constituerunt paruam porticum, & illi æqualem, in quibus apud Elienses Athletæ meridianam præconis vocem expectant. Hoc loco refert Damis Euphratis opus: quod licet ridiculum videatur, æmulationem tamen, ambitionémque ipsius ostẽdit maiorem multò quàm philosophum deceat. Nam cùm sæpius Apollonium dicentem audiuis-

B ΕΝΤΕΥΘΕΝ ἐξελάσαντες ἡλίῳ ἀνέχοντος, ἀφίκοντο περὶς μεσημβρίας ἐς τὸ τῶν γυμνῶν φροντιστήριον. οἱ δὲ γυμνοὶ τούτοις, οἰκεῖν μὲν ἐπὶ λόφου φασὶ ξυμμέτρου, μικρὸν ἀπὸ τῆς ὄχθης τῆς Νείλου· σοφίᾳ δὲ Ἰνδῶν λείπεσθαι πλέον, ἢ περιουσίαν Αἰγυπτίων. γυμνοὶ δὲ ἐσάλπαι κἀπὶ ταῦτα τοῖς εἰληθερῶσιν Ἀθηναίοις. δένδρα δὲ ἐν τῷ νομῷ ὀλίγα, καὶ ἄλσος οὐ μέγα, ἐς ὃ ξυνιᾶσιν ὑπὲρ τῶν κοινῶν. ἱερεῖα δὲ οὐκ ἐς ταυτὸν, ὥσπερ *τὰ Ἰνδῶν· ἄλλο δὲ ἄλλῃ τῆς γηλόφου ἵδρυται σφαγῆς ἀξιούμενα, ὡς Αἰγυπτίων λόγοι. θεραπεύουσι δὲ Νεῖλον μάλιστα· τὸν γὰρ ποταμὸν τῶν γῆν ἡγοῦνται καὶ ὕδωρ. καλύβης μὲν οὖν, ἢ οἰκίας, οὐδὲν αὐτοὶ δέονται, ζῶντες ὑπαίθριοι, καὶ ὑπὸ τῷ οὐρανῷ αὐτῷ· καταγωγεῖον δὲ ἀποχρῶσαν τοῖς ξένοις, ἐδείμαντο στοὰν ἐν μεγάλῃ, ἰσομήκη ταῖς Ἠλείων, ὑφ' αἷς ὁ ἀθλητὴς περιμένει τὸ μεσημβρινὸν κήρυγμα. σὺν τούτῳ δέ τι ἀναγράφει Δάμις Εὐφράτου ἔργον· ἡγούμεθα δὲ αὐτὸ μειρακιώδες, ἀλλὰ φιλοπόνῳ τῇ φιλοσοφίᾳ προσήκοντες. ἐπεὶ γοῦν τοῦ Ἀπολλωνίου ἤκουε, βου-

C

D

λομβύου Σοφίαν Ινδικὴν ἀντιφῆναι Αἰγυπτίᾳ, πέμπει παρὰ τοὺς γυμνοὺς Θρασύβυλον τὸν Ναυκράτιδος, ὥσπερ διαβολῆς τοῦ ἀνδρός. ὁ δέ, ἥκειν μὲν ὑπὲρ ξυνουσίας, ἔφη, πρὸς αὐτούς, ἀφίξεσθαι δὲ καὶ Τυανέα· τοῦτο δὲ σφίσιν ἀγῶνα ἔχειν οὐ σμικρόν· φρονεῖν γὰρ* αὐτὸν ὑπὲρ τοὺς Ινδῶν Σοφούς, οὓς ἐγὼ λόγῳ παντὶ αἴρω, μυρίας δὲ ἐλέγξεις ἐπ' αὐτοῖς συνουσιάζων, ξυγχωρεῖν τε ὅτε ἡλίῳ ὄφελον, οὔτε οὐρανῷ, καὶ γῇ· κινεῖν γάρ, καὶ ὀχεῖν αὐτὸς ταῦτα, καὶ μεταπάπτειν οἷ βούλεται. τοιαῦτα ὁ Ναυκράτης ξυνθεὶς, ἀπῆλθεν· οἱ δὲ ἀληθῆ ταῦτα ἡγούμενοι, τὸν μὲν Ξυνουσίαν, οὐ παρητοῦντο ἥκοντος, ὥσπερ μεγάλων δὲ σπουδάζειν ἐπλάττοντο, καὶ ὡς πρὸς σφᾶς εἴη. ἀφίξεσθαι δ' ἂν καὶ ἐκεῖνον ἐς λόγους, ὧν σχολὴν ἀγάγωσι, μάθωσί τε ὅ, τι βούλεται, καὶ ὅτου ἕνεκα ἥκει· σπέλυε δὲ ὁ δὴ* αὐτῶν ἥκων, καὶ καταλύσειν αὐτοὺς ἐν τῇ σοᾷ. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, ὑπὲρ μὲν στέγης, ἔφη, μηδὲν διαλέγου· ξυγχωρεῖ γὰρ πᾶσιν ὁ οὐρανὸς ὁ σύσκιος γυμνοῖς ζῶσι· διαβάλλων αὐτούς, ὡς οὐ καρτερίᾳ γυμνοὺς, ἀλλ' ἀνάγκῃ. ὅ, τι δ' ἂν βούλωμαι, καὶ ὑπὲρ ὅτου ἥκω, τοῖς μὲν, οὐ θαυμάζω μήπω γιγνώσκοντας· Ινδοὶ δέ με καὶ ἤροντο ταῦτα. ὁ μὲν δὴ Ἀπολλώνιος, ἐνὶ τῶν δένδρων ὑποκλινθεὶς, ξυνῆν τοῖς ἑταίροις ὁπόσα ἠρώτων. ἀπολαβὼν δὲ ὁ Τιμασίωνα ὁ Δάμις, ἤρετο ἰδίᾳ· Ὦ γυμνοὶ οὗτοι, βέλτιστε, ξυνέχονας δὲ αὐτοῖς ἐς τὸ εἰκὸς, τί

A set Euphrates velle se Indorum sapientiam Ægyptiorũ sapientiæ conferre, misit ad Nudos Thrasybulum ex vrbe Naucratide oriundum, qui apud illos Apollonium calumniaretur, dicerétq. se colloquij, amicitiæq. iungẽdæ causa ad eos venisse, monerétq. paulopost Tyaneum quendam ad eos esse venturum, cum quo magnum ipsis certamen instat: quòd se Tyaneus multò sapientiorem existimat propter Indorum sapiẽtes, quos ille summis laudib. semper effert. præparasse quoque dicebat illum rationes innumeras, quibus eorum redarguat imperitiam: cedere autem neq. Soli, neq; cœlo, aut terræ, sed illa vehere, moueréq. ac permutare vtcunq. voluerit. His apud Nudos compositis, Thrasybulus Naucratides discessit. Illi autem vera esse quæ audierant existimantes, venientem Apollonĩ alloqui recusarũt: sed res magnas inter sese tractare simulantes, tum demum colloquendi facultatẽ Apollonio facturos dixere, cùm à rebus grauiorib. ocium daretur, si prius tamen intellexissent, quid sibi velit, & cuius rei causa ad eos accesserit. Iussit autẽ, qui Nudorũ mandato illum excepit, interea in porticũ, quã diximus, permanere. cui Apollonius, De tecto, inquit, mentionẽ facere tibi non est opus: *nam omnibus concedit hîc Nudos viuere* cœli conditio. (his verbis Nudos *perstringens*, quòd non propter tolerantiã, sed propter necessitatem Nudi manerẽt) Quid autẽ velim, aut cuius rei causa huc venerim, ipsos non cognoscere nequaquam miror: veruntamen Indi me nihil tale interrogarunt. Post hæc Apollonius arbori innixus, omnia quæ cum illo locutus fuerat ad socios retulit. Tum Damis Timasionẽ seorsum auocans, Dic, inquit, optime vir, Nudorum sapientia quænam est, aut qualibus de rebus habetur? Nam te sæpius

illos conueniſſe ſcio. De multis, inquit ille, ac maximis de rebus illorum ſapientia. Verumenimuero, Damis, inquit, minus prudenter ab eis fieri videntur, quæ nunc erga nos faciunt. Nolle enim huiuſmodi virum alloqui, præſertim qui ſapientiæ cognoſcendæ cauſa venerit, tantóque faſtu erga ipſum vti, quid præ ſe ferat, amice, neſcio præter quàm elationem ſummam atque ſuperbiã. Planè, inquit, fateor, Timaſion, & tanta profectò, quantam in his antehac nunquam animaduerti, cùm bis iam ad eos acceſſerim. Semper enim humani, benigníque erga venientes ad ſe fuere. Proximè namque dies (vt arbitror) ab hinc quinquaginta Thraſybulus huc acceſſit, vir, vt mihi viſum eſt, non multùm ſupra ceteros in philoſophia peritus. Illi verò iucundiſſimè ipſum ſuſceperunt, cùm ſe ab Euphrate miſſum, ciúſque diſcipulum eſſe diceret. Tum Damis, Quid mihi, inquit, narras, adoleſcens? an tu hoc in loco Thraſybulum Naucratidem vidiſti? Imò, inquit, hinc abeuntem ego mea naui detuli. Tunc *vociferatus &* indignatus Damis, *Omnem, inquit, rem teneo, per Mineruam. patet enim doloſum* aliquod facinus *commiſſum fuiſſe.* Hunc interpellans Timaſion, Is, inquit, vir heri cùm interrogaſſem, quiſnam eſſet, indignum cui ſecreta manifeſtaret, me putauit: tu verò niſi myſteria ſint hæc, quiſnam hic ſit, edoce. Forſitan enim aliquid referre potero, vnde tu quod quæris, inuenias. Poſtquam igitur audiuit ex Damide Tyaneum hunc eſſe, Inueniſti iam, inquit, negocium tuum: Thraſybulus enim mecum in Nilo nauigans, cuius rei cauſa huc veniſſet à me interrogatus, prudẽtiam ſuam minimè bonã mihi narrauit, cùm ſe diceret ſuſpicionib. Gymnoſophiſtas cõ-

A σοφοί εἰσι· πολλὰ, ἔφη, καὶ μεγάλα. καὶ μὴν οὐ σοφὰ, εἶπεν, ἀποδύ, ὦ γυναῖε, τὰ πρὸς ἡμᾶς ταῦτα. τὸ γὰρ μὴ ξυμβιῶναι τοιῷδε ἀνδρὶ ὑπὲρ σοφίας, ὄγκῳ σ' ἐπ' αὐτῷ χρήσασθαι, τί φῶ καὶ οἶδα· ἢ * τύ- κ. ἐ τ.
φον, ἔφη, ὦ ἑταῖρε, τύφῳ, ὃν οὔπω πρόσθεν πρὸς αὐτοὺς εἶδον, δῖς, ἔφη, ἤδη ἀφικόμην. ἀεὶ γὰρ μέτεροί τε, καὶ χρηστοὶ πρὸς τοὺς ἐπιμιγνύτας ἦσαν· πρῴην γοῦν, πεντήκοντα ἢ τῆτ' ἴσως ἡμέραι, Θρασύβουλος μὲν ἐπεχωρίαζεν αὐταῦθα, λαμπρὸν οὐδὲν ἐν φιλοσοφίᾳ πρᾴτων· οἵδε δ' ἄσμενοι αὐτὸν ἀπεδέξαντο, ἐπειδὴ προσέγραφεν ἑαυτὸν τῷ Εὐφράτῃ· καὶ ὁ Δάμις, τί λέγεις, ὦ μειράκιον; ἑώρακας οὖν Θρασύβουλον Ναυκρατίτην ἐν τῷ Φρονιστηρίῳ τούτῳ; καὶ πρός γε, εἶπε, δήπουθεν αὐτόν, τῇ ἐμαυτοῦ νηὶ καλούντα ἐνθένδε. τὸ παῦ ἔχω νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, ἔφη ὁ Δάμις, ἀναβοήσας τε, καὶ σκιρτήσας. ἔοικε γὰρ πεπανουργῆσθαί τι. ὑπολαβὼν οὖν ὁ Τιμασίων, ὁ μὲν ἀνὴρ, ἔφη, ὡς ἠρόμην αὐτὸν ὅς τις εἴη, οὕτω με ἠξίου τοῦ ἀπορρήτου· σὺ δ', εἰ μὴ μυστήρια ταῦτα, λέγε ὅς τις ἔστ'. ἴσως γὰρ ἂν κἀγώ τι ξυμβαλοίμην τῇ ζητουμένῃ σκέψει. ἐπεὶ δὲ ἤκουσε τοῦ Δάμιδος, ὡς ὅτι Τυανεύς εἴη, ξυνεῖληφας, ἔφη, τὸ πρᾶγμα. Θρασύβουλος γὰρ καταπλέων μετ' ἐμοῦ Νεῖλον, ἐρομένῳ μοι ἐφ' ὅτῳ ἀναβαίη αὐταῦθα, σοφίαν τε χρῆσιν ἑαυτοῦ διῆγε τοῖς γυμνοῖς τούτοις ὑποψίας ἐμ-

mulieres: iámque duas interfeciſſe ferebatur, quas amare maximè viſus fuerat. Hæc audientes Apollonij comites, cùm perterriti fuiſſent, Ne timeatis, inquit Apollonius, ſcio namque Satyrum quendam huic loco vim afferre. Certè per Iouem, inquit Nilus, neque nos Nudi hunc iam diutius inſultantem auertere potuimus vnquam, quo minùs more ſuo laſciuiret. Eſt tamen, inquit Apollonius, aduerſus inſultatores huiuſmodi remedium quoddam, quo vſum fuiſſe Midam perhibent. Ipſe enim Midas Satyrorum generis particeps fuit, quod ipſius aures manifeſtabãt. Satyrus igitur quidam propter affinitatem ipſum illudebat in Midæ aures calumnias iactans, nec voce ſolùm, verùm etiam tibiis in ipſum carmina decantabat. Ille verò cùm ex matre, vt opinor, audiſſet Satyros vino demulceri, adeò vt cum epoto vino dormitauerint, manſuefacti poſtmodum non amplius conuicientur, fontem, qui penes regiam erat, vino commiſcuit, deinde Satyrum ad fontem immiſit: ille autem bibit, & ſuperatus eſt; & ne hoc falſum eſſe putetis, quæramus à vici huius præfecto, num aliquid vini loci huius habitatores habeant, & illud Satyro præbeamus: ſic enim *idem atque Midæ Satyrus patietur.* Cùm ita fieri cunctis placuiſſet, amphoras quatuor Ægyptias vino plenas lacunæ impoſuere, vbi eius vici pecora bibere cõſueuerant: eo peracto Apollonius, Satyrũ inuocauit, occultè etiam aliqua minatus. Ille autem quaſi adhuc vinum non vidiſſet, eius tamẽ odore penè ac ſi bibiſſet correptus acceſſit. Poſtquã verò bibit, Libemus, inquit Apollonius Satyro, iã enim dormit. ea cùm dixiſſet, omnes vici habitatores ad nympharum antra deduxit,

A γυναῖα· καὶ δύ' ἀπεκτονέναι σφῶν ἐλέγετο, ὧν μάλιστα ἐδόκει ἐρᾶν. σκιρτώντων οὖν τῶν ἑταίρων. μὴ δέδιτε*, εἶπεν ὁ Ἀπολλώνιος, ὑβρίζει γάρ τις ἐνταῦθα σάτυρος. νὴ Δί', ἔφη ὁ Νεῖλος, ὃν γε ἡμεῖς οἱ γυμνοὶ χρόνῳ ἤδη ὑβρίζοντα, μή πω* μετεσχήσαμεν τῆς σκιρτᾶν. ἀλλ' ἔστιν, εἶπεν, ὅπῃ καὶ τοῦτον ὑβρεισὰς τούτοις φάρμακον, ᾧ λέγεται Μίδας ποτὲ χρήσασθαι. μετεῖχε μὲν γάρ πως τῶν σατύρων γένους ὁ Μίδας ὥστε, ὡς ἐδήλου τὰ ὦτα· σάτυρος δέ ἐπ' αὐτῷ εἰς κῆρ τὸ ξυγγενὲς ἐκώμαζε, τὰ τοῦ Μίδου διαβάλλων* ὦτα· καὶ οὐ μόνῳ ᾄδων, ἀλλὰ καὶ αὐλῶν τούτῳ. ὡς οἶμαι τῆς μητρὸς ἀκηκοὼς ὅτι σάτυροι οἴνῳ θηρεύονται, ἐπειδὰν ἐς ὕπνον καταπέσῃ, σωφρονεῖ, καὶ διαλάπτεται, κρίνων πρὸ οὗσαν αὐτῷ τοῖς βασιλεῖ, κεράσας οἶνον, ἐπαφῆκεν αὐτῇ τὸν σάτυρον. ὁ δὲ, ἔπιέ τε, καὶ ἦλω. καὶ ὅτι μὴ ψεύδεται ὁ λόγος, ἴωμεν πρὸς τὸν κωμάρχην· καὶ τὼ ἔχουσιν οἱ κωμῆται οἶνον, κεράσωμεν αὐτὸν τῷ σατύρῳ· ἢ ταυτὰ τῷ* Μίδου πείσεται. ἔδοξε ταῦτα. καὶ ἀμφορέας Αἰγυπτίους τέτταρας οἰνοχοήσας ἐς λίμνην, ἀφ' ἧς ἔπινε τὰ ἐν τῇ κώμῃ πρόβατα, ἐκάλει τὸν σάτυρον, ἀφανῶς τι ἐπιπλήττων. ὁ δ', οὔπω μὲν ἑωρᾶτο, ὑπεδίδου δὲ ὁ οἶνος, ὥσπερ πνεύματος· ἐπεὶ δ' ἐξεπόθη, ἀπειρόμεθα, ἔφη, τῷ σατύρῳ. καθεύδει γάρ· ἢ εἰπὼν ταῦτα, ἤγειτο τοῖς κωμήταις ἐς νυμφῶν ἄντρον·

B

C

D

* δέδιτε, χ. δέδιτε,
* μή πω χ. μήπω
* τῷ Μίδου χ. διαλαζων

πλέθρον οὔπω ἀπέχων τ κώμης. ἐν A quæ iugeris ſpatio à vico diſtabant,
ᾧ καθεύδοντα δείξας αὐτὸν, ἀπέχε- ibíq; dormientem illum oſtendens,
σθαι, εἶπε, τ παίφν, ἢ λοιδορεῖσθαί Φ. Verberibus, inquit, & maledictis
πέπαυται γὰρ ἤδη ἀνοήτων. τοῦτο μὲν parcite, neque illum vllatenus la-
δὴ τοιοῦτον Ἀπολλωνίου, καὶ οὐχὶ ceſſite. Iam enim moleſtiam vobis
ὁδοῦ πρόκειται, ἀλλὰ προόδου ἔργον. afferre deſines: & hoc quidem A-
κἂν συντύχῃ τις ἐπιστολῇ τοῦ ἀνδρὸς, pollonij opus non præter itineris
ἴσως πρὸς μειράκιον ὑβρίζον χρά- propoſitum, ſed ob ipſum iter *inſti-*
φων, καὶ σάτυρον δαίμονα σωφρονίσαι *tutum* fuerit. Extat autem illius epi-
φησὶν ἐν * Αἰθιοπίᾳ, μεμνῆσθαι χρὴ τοῦ x. ἐν Λ. ſtola ad maledicum quendam ado-
λόγου τούτου. σατύρους δὲ εἶναί τε, καὶ B leſcentem ſcripta, quæ dæmonem
ἐρωτικοὺς ἅπαντας, μὴ ἀπιστῶμεν. οἶ- Satyrum in Æthiopia ſe manſuefe-
δα γὰρ κἀγὼ τινὰ Λῆμνον πρὸς ἐμαυτοῦ ciſſe narrat, nihil aliud, quàm id,
ἵνα ἰσηλίκων, οὗ τῇ μητρὶ ἐλέγετο quod nuper retulimus, exprimere
ἐπιφοιτᾶν σάτυρος, ὡς εἰκὸς ἴσως τῇ volens. Satyros autem eſſe, & pro-
ἰσοείᾳ ταύτῃ. νεβρίδα γὰρ ξυμφυᾶ cliues ad amandum exiſtere, negan-
ἐδόκει συνημμένον κατὰ τὸν νῶτον. ἧς οἱ dum non eſt. Ego enim in Lemno
ποδεῶνες Φ ἔσωθεν ξωφληφότες quondam audiui æqualem meum,
τοῦ δέρεως, περὶ τὸ στέρνον αὐτὸ ἀφή- qui ad matrem ſuam venire ſolitum
πτοντο. ἀλλὰ μὴ πλείω ὑπὲρ τούτων. Satyrum quendam narrabat, ciúſ-
οὔτε γὰρ ἡ πεῖρα ἀπιστέα, οὔτε ἐγώ. que talem deſignabat habitum, di-
cebátque nebride humeros amiciri: cuius anteriores pedes collum circumplectétes in pectore nectebātur. Sed de his hactenus. neq. enim experientiæ credendū non eſt, neq. mihi.

De clade ingenti, qua Titus Hebræos affecit captis Hieroſolymis: faßúmque publicè Titum ſuas ſe manus præbuiſſe Deo Hebræis irato, illiúſque, non ſua virtute fuiſſe victorem, & propterea noluiſſe coronam oblatam accipere. Quidque ſuper ea re ad illum ſcripſerit Apollonius. Tum de colloquio Titi cum Apollonio, déque morte Titi prædicta ab eo. Item de lepore piſce eſu pernicioſo, quo interiiſſe Titus dicitur. CAP. XIIII.

ΚΑταβαίνει δὲ αὖπω ἐξ Αἰθιο- D DEſcēdenti ex Æthiopia Apollo-
πίας, ἡ μὲν πρὸς τ Εὐφράτῃ nio aduerſus Euphratē diſcor-
διαφορὰ, ἐπέδωκε τοῖς μάλιστα ἐκ τ dia ex quotidianis ſermonib. incre-
ὁσημέραι διαλέξεων ἐπέτρεπε δ' αὐ- mentum accepit. Eius igitur curam
τὸς Μενίππῳ τε, καὶ Νείλῳ, μικρὰ ἐμ aliquam Menippo, Nilóq; manda-
πνέοντι αὐτὸς τῷ Εὐφράτῃ· σφόδρα δ' uit: Euphratē paululum increpans.
Νείλῳ σφόδρα ἐπεμέλειτο. ἐπεὶ δ' Τῖτος ἠρήκει Vehemēter verò amabat Nilum. Inte-
τὰ Σόλυμα, καὶ νεκρῶν πλέα ἦν πάν- rea Titus captis Hieroſolymis om-
τα, τὰ ὅμορα τ ἔθνη ἐστεφάνουν αὐτόν· nia circum loca cadauèrib. comple-
uerat. finitimæ autem gentes ob victoriam coronare ipſum voluerant.

Ille verò tali honore indignum se esse respondit: non enim se esse talium operum autorem, sed Deo iracundiam contra Iudæos demonstrãti, suas manus præbuisse. Ea cùm audisset Apollonius, vehementer virum laudauit, quòd videretur Titus ingenio abundare & modestia, tum verò diuinarum, humanarúmque rerum naturam nosse, cùm sanguinis causa coronari noluisset. Epistolam quoque ad eum scripsit, quam ad ipsum perferre Damidem iussit. Fuit autem epistola talis:

ὁ δέ, καὶ ἀξίου ἑαυτοῦ τούτου· μὴ γὰρ αὐτὸς ταῦτα εἰργάσθαι, θεῷ γὰρ ὀργὴν φήνασθαι, ὑπηρετήσαντα τὰς ἑαυτοῦ χεῖρας· ἐπῄνει ὁ Ἀπολλώνιος ταῦτα. γνώμην τε γὰρ εἶναι τοῦ ἀνδρα ἐφαίνετο, καὶ ξυνέσεως αἰδεσιμοτέρων τε, καὶ θείων, καὶ σωφροσύνης μείζονα, τὸ μὴ στεφανοῦσθαι ἐφ' αἵματι. ξυντάττει δὴ πρὸς αὐτοῦ ἐπιστολὴν, ἧς διάκονον ποιεῖται τοῦ Δάμιν, καὶ ἐπιστέλλει ὧδε.

APOLLONIVS TITO Romanorum Duci, Salutem.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΤΙΤΩι στρατηγῷ Ρωμαίων, χαίρειν.

Quòd nolueris pugnarum causa, & humani sanguinis effusione coronari, ego tibi modestiæ coronam tribuo: cùm te optimè nosse animaduertam quorum gratia coronari quenquam oporteat. Vale.

Βουληθέντι σοι μὴ ἐπ' αἰχμῇ κηρύττεσθαι, μηδ' ἐπὶ δηίῳ αἵματι, δίδωμι ἐγὼ τὸν σωφροσύνης στέφανον· ἐπειδὴ ἐφ' οἷς δεῖ στεφανοῦσθαι, γιγνώσκεις. Ἔρρωσο.

Hac epistola gauisus Titus, Et meo, inquit, & patris nomine gratias habeo, & officiorum tuorum memor ero. Ego enim Hierosolymam, tu autem me cepisti. Cùm igitur imperator esset Romæ appellatus Titus, omnibus ornatus dignitatibus abire constituit, vt simul cum patre imperaret. Maximi tamen faciens Apollonium, permultùm perficere posse arbitratus est, si etiam breui tempore alloqui eum posset. Quapropter ab eo petiuit, vt Argos accederet, eò cùm venisset Apollonius, alacriter, eum complectens Titus, Omnia mihi, inquit, pater per epistolas retulit, quorum abs te consilium petiit. Ne fortè mentiri me putes: ecce tibi eius epistolam, vbi te benefactorem suum, & bonorum omnium quæ habemus, autorem appellat. Ego autẽ annos natus sum triginta;

Ὑπερηδεὶς δὲ ὁ Τῖτος τῇ ἐπιστολῇ, καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, ἔφη, χάριν οἶδά σοι, καὶ ὑπὲρ τοῦ πατρός· καὶ μεμνήσομαι τούτων. ἐγὼ μὲν γὰρ σόλυμα ἥρπασα, σὺ δὲ ἐμέ. ἀναρρηθεὶς δὲ αὐτοκράτωρ σὺν τῇ Ρώμῃ, καὶ ἀρίστων ἀξιωθεὶς τούτων, ἀπῆλθε συμβασιλεύσων τῆς ἀρχῆς τῷ πατρί. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, σὺν θυμηθεὶς ὡς πολλοῦ ἄξιος αὐτῷ ἔσται, κἂν πρὸς βραχὺ ξυγγενόμενος, ἐδεῖτο αὐτοῦ ἐπ' Ἄργους ἥκειν. καὶ περιβαλὼν ἐλθόντα, πάντα μοι ὁ πατὴρ, ἔφη, ἐπέστειλεν, ὧν ξύμβουλον ἐποιεῖτό σε. καὶ ἰδοὺ ἡ ἐπιστολὴ, ὡς εὐεργέτην τε αὐτοῦ σὺν αὐτῇ γέγραφε, καὶ πάντ' ὄντ', ἃ ἐσμεν. ἐγὼ δὲ ἔτη μὲν τριάκοντα τυγχάνω γεγονώς.

ἀξιούμενος δὲ, ὧν ὁ πατὴρ ἑξηκον-
τούτης ὢν, καὶ καλούμενος ἐς τὴν ἀρ-
χὴν, πρὶν καὶ οἱονεὶ ἄρχειν εἰδέ-
ναι, δέδια μὴ μειζόνων, ἢ ἐμὲ χρὴ,
ἅπτωμαι. ὑπιφλαφήσας οὖν αὐτοῦ τὸν
αὐχένα ὁ Ἀπολλώνιος, ὡς δὴ ἐῤῥωσθαι
αὐτὸν, ὅσα τοῖς ἀσκοῦσι τὸ σῶμα. ὡς τίς,
εἶπε, βιάσεται ταῦρον, αὐχένα οὕτω
καρπούμενον ὑπάγειν ζυγῷ; ὁ σὸς νέου,
ἔφη, μοχθοῦσάς με· τὸν πατέρα τε
ἑαυτοῦ λέγων ὁ Τῖτος, καὶ τὸ ὑπ' ἐκεί-
νου δὴ μόνου ἄρχεσθαι, ὃς καὶ παι-
δὸς αὐτὸν τῇ ἑαυτοῦ ἀκροάσει ξυνεθί-
ζε. χαίρω οὖν, εἶπεν ὁ Ἀπολλώνιος,
πρῶτον μὲν, παρεσκευασμένον σε
ὁρῶν ἕπεσθαι τῷ πατρὶ, ὑφ' οὗ χαί-
ρουσιν ἀρχόμενοι καὶ οἱ μὴ φύσει παῖ-
δες· ἔπειτα δ' ἂν καὶ τὰς ἐκείνου θύ-
ρας, ᾗ ξυνεθίσθησαν. νεότητος γὰρ
μετὰ γήρως ἅμα ἐς τὴν ἀρχὴν ἰούσης, τίς
μὴ λύρα, τίς ἂν αὐλὸς ἡδεῖαν ὧδε
ἁρμονίαν, καὶ ξυγκεκραμένην ἀεὶσεῖ; τὰ
πρεσβύτερα γὰρ ξυμβήσεται νέοις, ἐξ
ὧν καὶ γῆρας ἰσχύσει, καὶ νεότης καὶ ἀ-
ταξίᾳ. ἐμοὶ γὰρ, εἶπεν, ὦ Τυανεῦ,
περὶ ἀρχῆς, καὶ βασιλείας, τί ὑποθή-
σει; ἄγε, ἔφη, σεαυτὸν πέπεικας ὑπο-
κείμενος γὰρ τῷ πατρὶ, δήλά που ὡς
ὁμοιώσει αὐτῷ. καὶ τὸν Ἀρχύτου αὖ εἰ-
ποιμι νυνὶ λόγον. ἀγχυραῖος γὰρ, καὶ μα-
θεῖν ἄξιος. ἐκρύη δὲ ὁ Ἀρχύτας οὗτος Τα-
ραντῖνος, τὰ Πυθαγόρου σοφός. ἔστι
δὲ περὶ παίδων ἀγωγῆς γράφων, ἔστω
φησὶν ὁ πατὴρ, παράδειγμα ἀρετῆ τοῖς
παισίν. ὡς καὶ τῷ πατέρων ξυντονώ-
τερον βαδιουμένων ἐπὶ τὰς ἀρετὰς,
καὶ ὁμοιωσομένοις σφίσιν οἱ παῖδες. ἐγὼ

A iisdémque honoribus, quibus pa-
ter iam sexagenarius ornatus, &
cum eo pariter ad imperium vo-
catus, præter id, quod dubito,
an rectè satis imperare sciam: ve-
reor etiam ne maiora, quàm me
deceat, aggredi moliar. Demul-
cens autem eius collum Apollo-
nius, quod robustum erat perin-
de atque eorum, qui corpus exer-
cent, Dic mihi, inquit, quis tam
valida ceruice taurum iugum sub-
B ire cogeret? Is, inquit Titus, qui
me vitulum à primordiis educauit:
patrem illis verbis denotans; &
quòd illius solum obtemperare præ-
ceptis à teneris assuefactus esset.
Gaudeo, inquit Apollonius, pri-
mùm quòd te patri obtemperare
paratum video, cuius dominatu
gaudent etiam subditi, & qui natu-
ra filij non sunt: quòd si frequen-
ter cum eo domi versaberis, in-
de honorem consequeris. Iuuen-
tute enim vnà cum senectute re-
gnum gubernante, quæ lyra, quæ
C fistula *adeò suauem & temperatam* re-
sonabit harmoniam? *nam seniora iu-
niorib. concordabunt*; *vnde* & senectus
roboris aliquid accipiet, & iuuentus
inordinatè non efferetur. Mihi ve-
rò, Titus inquit, ô Tyanensis, de
regno, & imperio quid præcipies?
Age, inquit Apollonius, Tu iam
tibi quid agendum sit persuasisti.
Cùm enim patri morem geras, non
D est dubium, quin tu illi similis e-
uadas. Ego autem Archytæ sermo-
nem tibi narrabo. Insignis enim est,
& cognitu dignus. is Tarento or-
tus, & Pythagoricæ doctrinæ sectа-
tor, de puerorũ educatione scribens,
Sit, inquit, pater filiis virtutum ex-
emplar. quasi parentes idipsum sit
ad virtutes studiosius capessendas
incitaturum, si filios ob id sibi
similes futuros censeant. Ego au-

tem Demetrium ſodalẽ meum tibi comitem adiungam, qui tecum erit vbicunq. volueris, & quid bonum virum facere deceat, edocebit. Tum Titus, Quænam, inquit, eſt eius viri, quem dicis, ſapientia? Libertas loquendi, inquit Apollonius, *& vera prædicandi: & conſtantia quæ à nullo perterretur.* habet enim vim quandam Cynicam. Cùm Titus audito canis nomine turbatus eſſet, Telemachus, inquit Apollonius, adhuc iuuenis, apud Homerum inducitur canes habens duos, qui tanquam famuli ipſum comitarentur ad Ithacenſium concionem proficiſcentem, quamuis hi comites rationis eſſent expertes. Tibi verò canis aderit, qui pro te aduerſus alios, & contra te ipſum, ſi quando peccaueris, ſapienter tamen, & non ſine ratione latrabit. Dato igitur, Titus inquit, pediſſequum canem. concedam enim non latrare tantùm, ſed etiam mordere, quotiens iniuſtè aliquid me facientem animaduerterit. Scribetur, inquit Apollonius, epiſtola. Nunc enim Romæ philoſophatur. Scribas, inquit Titus. vellem autem mei cauſa aliquis etiam ad te ſcriberet, vt mecum vnà venires. Veniam, inquit Apollonius, quando vtrique noſtrûm commodius erit, & vtilius. Semotis deinde arbitris, Titus, Quando, inquit, ſoli ſumus, Apolloni, permitte quæſo de iis, quæ mihi maximè curæ ſunt, aliquid interrogare. Interroga, inquit Apollonius, ídque tanto audacius, quanto de rebus maioribus interrogaturus es. De vita mea, Titus inquit, & à quibus maximè cauendum mihi eſſet interrogarem; niſi fortè nimis timidus videri dubitarem, iam nunc talia formidans. Immò verò cautum & prudentem virum, inquit Apollonius, talia proſpicere decet.

A δέ σοι, καὶ Δημήτριον ξυσήσω τὸν ἐμαυτῷ ἑταῖρον, ὃς ξυνέσται σοι ὁπόσα βούλῃ, διδάσκων τί δεῖ πράττειν τῷ ἀγαθῶν. τίς δὲ, ἔφη, Ἀπολλώνιε, ἡ σοφία τοῦ ἀνδρὸς τούτου; παρρησία, εἶπε, καὶ τὸ ἀληθεύειν, καὶ πλήττεσθαί τι τὸ μηδενός. ἔστι γὰρ τοῦ κυνικοῦ κράτους. δυσχερῶς οὖν τοῦ Τίτου τὸ κυνᾶ ἀκούσαντος, Ὁμήρῳ μοὶ δοκεῖ, ἔφη, νέος ὢν ὁ Τηλέμαχος, καὶ δυοῖν
B ἑδόκει κυσὶν δεῖσθαι, καὶ ξυμπέμπειν αὐτῷ ὁπαδοὺς τῷ μειρακίῳ ἐς πλῆθος τῷ Ἰθακησίων ἀγορᾶν, καίτοι ἀλόγοις ὄντας· σοὶ δὲ ξυνέσται κύων, ὃς ὑπὲρ σοῦ τε πρὸς ἕτερους, καὶ πρὸς αὐτόν σε, εἰ ἁμαρτάνοις, σοφῶς ἅμα, καὶ οὐδὲ ἀλόγως ὑλακτήσει. δίδου, εἶπε, τὸν ὁπαδὸν κυνᾶ. ξυχωρῶ δὲ αὐτὸν καὶ δακεῖν, εἴπερ με ἀδικοῦντα
C ἀφαιρήσεται, ἔφη, πρὸς αὐτοκράτορα ἐπιστολή· φιλοσοφεῖ δὲ νῦν τῆς Ῥώμης. γράφω, εἶπεν. ἐβουλόμην δ' ἂν καὶ πρὸς σὲ ὑπὲρ ἐμοῦ τινα γράφειν, ὡς ἅμα τῆς τε ἐς τὴν Ῥώμην ὁδοῦ κοινωνὸς ἡμῖν γένοιο. ἀφίξομαι, ἔφη, ὁπότε ἀμφοῖν λῷον. μεταστησάμενος δὲ ὁ Τῖτος τοὺς παρόντας, αὐτοὶ, εἶπεν, ὦ Τυανεῦ γενόμεθα. ξυχωρεῖς γάρ που ἐρωτᾶν ὑπὲρ
D τῶν ἐμοὶ ἀσυμφορωτάτων; ἐρῶ τα, ἔφη, καὶ τοσούτῳ θρασύτερον, ὅσῳ καὶ μείζονων. περὶ ψυχῆς, εἶπε, τῆς ἐμαυτοῦ, καὶ οἷς μάλιστα φυλαττοίμην ἂν ἔσαι μοι ἐρώτησις, εἰ μὴ δόξω δηλὸς, δεδιὼς ἤδη ταῦτα. ἀσφαλὴς μὲν οὖν, ἔφη, καὶ ἐφεκτικός· θρασυνᾶν γὰρ τούτου χρὴ μάλιστα.

κὴ ἐς Ⓝ Ἥλιον ἀναβλέψας, ὤμνυ αὐτὸν, ἢ μὴ αὐτὸς μηδὲν ὑπὲρ τούτων πρὸς αὐτὸν λέξειν μηδὲ ἐρωτῶντα. Τοῦτο γὰρ θεοὶ φίλοι Ⓐ προφθεῖναι αὐτῷ, ζῶντος μὲν τοῦ πατρὸς, δεδιέναι τοῦτο τοὺς ἐχθίστους· ἀποθανόντος δὲ, τοῦτο ἑαυτῷ οἰκειοτάτους. Ἀποθανεῖσθαι δὲ, εἶπε, ποῦ ζήτου; ὅν γε, ἔφη, Ὀδυσεῖ λέγεται. Φασὶ γὰρ κἀκεῖνον τὸν θάνατον ὑπὸ θαλάττης ἐλθεῖν. ταῦτα ὁ Δάμις ὧδε ἑρμηνεύει. Φυλάττεσθαι μὲν αὐτὸν τὸ αἰχμὴν τοῦ πρυμνοῦ, ἢ τὸν Ὀδυσέα βεβλῆσθαι φασι. δυοῖν δὲ ἐτοῖν μετὰ τὸν πατέρα τὴν ἀρχὴν καταλιόντα, ὑπὸ τοῦ θαλαττίου λαγὼ ἀποθανεῖν. Ⓝ ὦ ἰχθὺς τοῦτον, ὃν ἔχεις B C χυμοὺς ἀπορρήτους, ὑπὲρ πάντα τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ, καὶ γῇ, δηλητήρια. καὶ Νέρωνα μὲν ἐμποιῆσαι τοῖς ἑαυτῷ ὁλοις τοῦ λαγὼ τοῦτον, ὑπὲρ τοὺς πολεμιωτάτους. Δομετιανὸν δὲ ὑπὲρ τοῦ ἀδελφὸν Τίτον, οὐ τὸ ξυνὼ ἀδελφῷ ἄρχειν δεινὸν ἡγούμενον * ἀλλὰ τὸ ξυνὼ φαύλῳ τε, καὶ χρηστῷ. τοιαῦτα διαλεχθέντες, ἰδίᾳ φιλήσαντες ἀλλήλους ἐν φανερῷ. ἀπιόντα δὲ προσκυνῶν, νίκα, ὦ βασιλεῦ, ἔφη, τοὺς μὲν πολεμίους, ὅπλοις· Ⓝ δὲ πατέρα ἀρεταῖς. D

Inde ad Solem respiciens, per ipsum iurauit, se iam antea statuisse etiam non interrogatum aliquid ei hac de re dicere. Quoniam Dij præcepissent nuntiare, vt viuente patre ab iis, qui sibi essent inimicissimi, caueret: mortuo autem ab iis, qui sibi essent propinquissimi. Quo autem mortis genere moriturus sum? Titus inquit. Eodem, inquit Apollonius, quo Vlyssem mortuum esse perhibent. Aiunt enim illi mortem ex mari contigisse. Hoc autem dictum ita Damis interpretabatur, vt pastinacæ cuspidem ei cauendam moneret, qua percussum asserunt. Titum autem cùm post mortem patris annos duos regnasset à marino lepore interfectum dicunt. Is autem piscis humores quosdam occultos habet mortiferos supra omnia venena, quæ mari, terráve nascantur. Et Neronem hunc ipsum piscem epulis miscuisse quandoque tradunt aduersus homines sibi inimicissimos. Domitianus quoque hoc eodem contra Titum fratrem vsus fuisse putatur, non quòd graue, molestúmque sibi videretur simul cum fratre imperare, *sed quòd cum* humano, benignóque viro *regnare nollet*. Cùm illi talia secretò inter se fuissent locuti, postea coram omnibus mutuò se complexi sunt: abeuntem verò Titum, iis verbis allocutus est Apollonius. Vince ô Rex, hostes quidem armis, patrem verò virtutibus.

De epistola Apollonij ad Demetrium philosophum: déque adolescente erudiendis auibus suas diuitias absumente, atque persuasione Apollonij emendato. CAP. XV.

ΗΔΕ πρὸς τὸν Δημήτριον ἐπιστολὴ, ὧδε εἶχεν.

AD Demetrium autem epistolam scripsit iis verbis.

A

APOLLONIVS PHILOsophus Demetrio Cani, Gaudium dicit.

Ego te regi Tito regalium morum præceptorem dedi, tu fac vt illi de te vera dixerim, *& esto ipsi omnia:* depositа *duntaxat* iracũdia. Vale.

Tarsenses præteritis temporibus Apollonio infensi fuerant, propter graues obiurgationes, quibus in ipsos vsus fuerat, cùm delicioſi, mollésque ne verba quidem monentium perferre possent: tunc autem B vsque adeò illum amabant, vt *conditorẽ alterum* ciuitatis, & vnicum vrbis præsidium illum esse putarent. Nam cùm rex aliquando publicè sacrificaret, congregata in vnum ciuitas, de rebus maximi momenti supplicatum ad regem venit: ille verò petitionibus eorum auditis memoriæ habiturum, & de ipsis cum patre cõmunicaturum respondit. Quinetiam se legati vicem apud C patrẽ pro ipsis subiturum pollicitus est. Accedens autem Apollonius, Si ego, inquit, horum aliquos manifestè coarguerim, tibi, patríque hostes acerrimos fuisse, legatósque ad res nouas moliendas Hierosolyma esse profectos, & socios belli occultos iis qui tibi manifestissimi hostes sunt: *quidnam illi paterentur?* Quid aliud, Titus inquit, nisi vt D morte plecterentur? Non igitur turpe iudicas, inquit Apollonius, à delinquentibus pœnas statim reposcere, in dandis autem beneficiis cunctationem quærere, & eas quidem ex te ipso inferre, in iis alterius sententiam ascisсere sociam? His verbis lætatus rex, Permitto, inquit, concedóque postulata, neq. enim mihi pater succensebit, quòd abs te, & à veritate fuerim superatus.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΦΙΛΟσοφῷ Δημητρίῳ* κυνὶ, χαίρειν. *χ. Σωωτῆ

Δίδωμί σε βασιλεῖ Τίτῳ διδάσκαλον τῆς βασιλείας ἤθους· σὺ δ' ἀληθοῦσά τέ με πρὸς αὐτὸν δίδου, κἀγὼ οὐκ ἀπῶ, πλὴν ὀργῆς πάντα. Ἐρρῶσο.

Οἱ δὲ τοῦ Ταρσοὺς οἰκοῦντες, τῷ μὲν ἄλλῳ χρόνῳ ἤχθοντο τῷ Ἀπολλωνίῳ, διά τε τὰς ἐπιπλήξεις, ἐπειδὴ ξυντόνους αὐτὰς ἐποιεῖτο, διά τε τὸ ἀνεμάλοι, καὶ πρυφωντες, μηδὲ πρὸς τῆς λόγου, ἀνέχεσθαι ῥᾴμως· τότε δ' οὕτω πᾶ ἠτιάσαντο τοῦ ἀνδρὸς, ὡς οἰκιστοῦ τε αὐτῶν ἡγεῖτο, καὶ σέβεσμα τῆς ἀστεος. ἔδυε μὲν γὰρ δημοσίᾳ ὁ βασιλεύς· ξωφθοῦσα δὲ ἡ πόλις, ἱκέτευεν ὑπὲρ τῶν μείζων· ὁ δὲ, μεμνῆσθαι τούτων πρὸς τὸν πατέρα, ἔφη, καὶ πρεσβεύσειν αὐτὸς, ὑπὲρ ὧν δέονται. Ἐλθὼν δὲ ὁ Ἀπολλώνιος, εἰ δὲ τινίους, ἔφη, τούτων ἐλέγξαιμι, σοὶ μὲν, καὶ πατρὶ τῷ σῷ πολεμίους. πεπρεσβευμένους δὲ ὑπὲρ νεωτέρων ἐς τὰ Σόλυμα, ξυμμάχους δ' ἀφανεῖς τῷ σοὶ φανερωτάτων ἐχθρῶν, τί πείσονται; τί δὲ ἄλλο γε, εἶπεν, ἢ ἀπολοῦνται. εἶτα καὶ αἰσχρὸν, ἔφη, τὰς μὲν τιμωρίας, αὐτίκα ἀπαιτεῖν, τὰς δὲ εὐεργεσίας, ὀψὲ δίδοναι; καὶ τὰς μὲν, ὑφ' ἑαυτῷ ποιεῖσθαι, τὰς δὲ, ἐς κοινωνίαν γνώμης ἀναπέμπεσθαι; ὑπερηδεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς, δίδωμι τὰς δωρεὰς, εἶπεν. οὐ γὰρ μοι ἀχθέσεται ὁ πατὴρ, ἀληθείας πεπλωμένου, ἢ σοῦ.

τοσαῦτα ἔθνη φασὶν ἐπελθεῖν τὸν Ἀπολλώνιον, ἀσυνδιάζοντά τε καὶ ἀσυνδιαζόμενον. αἱ μὲν ἐφεξῆς ἀποδημίαι, πολλαὶ μὲν ἐγένοντο τῷ ἀνδρὶ, οὐ μὴν τοσαῦταί γε ἐπὶ, οὐδὲ ἐς ἕτερα ἔθνη, πλὴν ἃ ἐγὼ. ὡδί τε γὰρ πλεῦ
χ. ἐπὶ τὰ. ἐν θαλάττῃ Αἴγυπτον, καταβάντι αὐτῷ ἐξ Αἰθιοπίας, διατριβὴ πλείων ἐγένετο· ὡδί τε Φοινίκας, καὶ Κίλικας, Ἰωνάς τε, καὶ Ἀχαιούς, καὶ Ἰταλοὺς πάλιν, οὐδαμοῦ ἐλλείπουσι, τὸ μὴ οὐχ ὁμοίῳ φαίνεσθαι. χαλεπὸν γὰρ ἔγωγε ἡγοῦμαι τὸ μεῖναι τὸν σοφὸν ἑαυτῷ ὅμοιον· οὐδὲ γὰρ τοὺς πονηροὺς φύσας, ἐς τὸ λῷον μεταστήσαι, μὴ πρότερον ἐξασκήσας τὸ μὴ αὐτὸς μὴ μεταβαλεῖν. ὑπὲρ μὲν δὴ τούτων καὶ ἑτέροις λόγοις ἱκανῶς εἴρηκα, διδάσκων τοὺς μὴ μαλακῶς αὐτοῖς ὁμιλοῦντας, ὅπῃ τε ἀτεχνῶς ἀνδρα, μήτε μεταστήσῃ τι, μήτε δουλώσεται. ὡς δὲ μήτε ἐς λόγων ἴσον μῆκος ἀκριβῶς, ἀναδιδάσκοντες τὰ περὶ ἑκάστοις αὐτῷ φιλοσοφηθέντα, μήτ' αὖ διαπηδῶντες φαινοίμεθα λόγον, ὃν καὶ ἀπόνως ἄν τις διδοίη τοῖς ἀπείροις τοῦ ἀνδρὸς, δοκεῖ μοι τὰ ἀσυνδιατρίψαντα ἐπελθεῖν τούτων, καὶ ὁπόσα μνήμης ἀξιώσεται. ἡγοῦμαι δὲ αὐτὰ καὶ παπλήσια ταῖς τοῦ Ἀσκληπιαδῶν ἐπιδημίαις. μειράκιον ἑαυτῷ μὲν ἀπαιδεύτως εἶχε, τοῖς δὲ ὄρνισ ἐπαίδευε, καὶ ξυνοίκους ἐπὶ σοφίᾳ ἐποιεῖτο. ἐδίδασκε δὲ αὐτοὺς λαλεῖν τε ὅσα ἄνθρωποι, καὶ τερετίζειν, ὅσα οἱ αὐλοί. τούτῳ θελγυχών, τί, ἔφη, ἐπαιδεύθης; ἐπεὶ δὲ τὰς

A Talia apud varias gentes Apollonius, partim docens, partim etiam discens philosophatus est. Posteriores peregrinationes eius multæ quidem fuerunt, non tamen tam longæ, neque ad exteras nationes; quod quidem sciam. Nam postquam descendit ex Æthiopia frequenter secus Ægyptium mare versatus, apud Phœnices quoque, & Cilices, Ionésque & Achæos: rursúsque apud Italos mansit; nihil vnquam omittens, quo minus semper sibi similis videretur. Cùm enim perdifficile putetur se ipsum noscere, ego multò difficilius arbitror sapientem sibi similem permanere. Neque enim eos, qui natura praui sunt, commutabit in melius, nisi antea se ita comparauerit, vt ipse immutabilis maneat. Verùm de his alio loco sufficienter à nobis dictum est, vbi etiam edocuimus, eos, qui non deliciosè, mollitérque inter se degunt, cúmque, qui re vera vir est, nulla contingens res permutabit, aut in seruitutem rediget. Sed ne prolixiores sermones faciamus exactè narrando, quæ apud singulos philosophatus sit, néve rursus videamur transeundo interrumpere sermonẽ, quem non sine labore conscribimus iis, quibus vir tantus ignotus erat, visum est mihi studiosiora eius viri facta narrare, & quæ magis digna memoratu apparuerunt. Putamus autem hæc Asclepiadarum peregrinationi similia visum iri. Adolescens quidem omnium bonarum artium ignarus studiosè varias aues erudiebat, sapientiæ quoad poterat, participes eas reddens, docebátque & hominum voces imitari, & gutture tanquam tibiis modulari. Huic occurrens Apollonius, quidnã artis exerceret, interrogauit: cúmque ille

graculos, *f.* merulas. philomelas, & * psittacos, & alias aues, quæ linguam habent expeditiorem, *inter quas charadrij*, docere se respondisset: ipse autem in loquendo rudis, & incultus, Videris, inquit Apollonius, huiusmodi aues corrumpere. Primùm quidem quòd eas sua, vt ita dicam, locutione vti non sinis, quæ adeò suauis est, atque iucunda, vt eam nulla musicæ instrumenta possint imitari: deinde cùm tu Græcorum omnium pessimè loquaris, tuæ ruditatis discipulas ipsas facis. Frustra insuper facultates tuas consumis. Cùm enim tuos comites, & te ipsum, quo pacto sis cultus, intueor, diues mihi, delitiosúsque esse videris. Huiusmodi autem viros calumniatores premunt, linguis contra eos pro stimulis vtentes: & quid aduersus eos tibi tunc proderit auium curatio? Non enim si philomelarum omnium cantus in vnum congeras, abigere illas poteris tibi incumbentes, & in te conuitia iactantes. Sed opus est facultates tuas illis impertiri, & pecuniam illis tanquam canibus mellitas offas obiicere, quibus rursus latrantibus iterum atque iterum dandum erit, quoad ipse famelicus & pauper euadas. Opus igitur tibi est curatione insigni, & vitæ mutatione præclara, *ne lateat te, dum in auiculas effundis opes: & ea præstas ob quæ* plorare potius, quàm cantare aues debuerint. Est autem mutationis huius remedium non magnum, neque difficile. Est enim in singulis ciuitatibus hominum quoddam genus tibi adhuc ignotum: id autem magistrorum genus ab hominibus vocatur: his pauca ex tuis facultatibus præbens

A τε ἀηδόνας ἀυτῷ διῄει, καὶ τοῦ κο-
ψίχους, καὶ ὁπόσα βὐγλωττίζῃ τοῦ
χαραδρίους· τῷ φωνῷ δὲ ἀπαί-
δευτον ἐφαίνετο· δοκεῖς μοι, ἔφη,
διαφθείρειν τοὺς ὄρνις, τοῦτον μὴν,
τὸ μὴ ξυγχωρεῖν αὐτοῖς τὸ ἑαυτῶν
φθέγμα, οὕτως ἡδὺ ὄν, ὡς μήτ' αὐ
τὰ μουσικὰ τῶν ὀργάνων ἐς μίμησιν
αὐτοῦ καταστῆναι. εἶτα καὶ τὸ κάκιστα
Ἑλλήνων αὐτὸς διαλεγόμενος, μαθη-
B τὰς αὐτοῦ ποιεῖσθαι ἀφωνίας. ἀπο-
τελῇς δ', ὦ μειράκιον, καὶ τὸν
σεαυτοῦ οἶκον. βλέπω γὰρ ἐς τοὺς
ἀκολούθους, καὶ ὡς κατεσκεύασθαι,
τῷ ἀβρῶν ἔμοιγε, καὶ οὐκ ἀπλούτων φαίνῃ. τοῖς δὲ τοιούτοις ἐπιβλίθοισιν ὁ συκοφάνται, κέντρα
ἐπ' αὐτοῖς ἡρμόσθαι τὴν γλῶτταν.
καὶ τί χρήσῃ τῇ φιλορνιθίᾳ τότε; οὐ-
δὲ γὰρ τὰ πασῶν ἀηδόνων μέλη ξυμ-
C φέροντ' ἀποσοβήσῃς αὐτοὺς ἐγκειμέ-
νους τε, καὶ ἐρείδοντας. ἀλλ' ἐπαν-
τλεῖν χρὴ τοῖς ὄντων, καὶ προβάλ-
λειν αὐτοῖς τὸ χρυσίον, ὥσπερ τὰ
μειλίγματα τοῖς κυσὶ, κἂν ὑλακτῶ-
σιν, αὖθις δίδοναι, καὶ αὖθις· εἶτα
αὐτὸν πεινῆν ὕστερον, καὶ ἀπορεῖν.
δεῖ δέ σοι σκυθρωπῆς λαμπρᾶς, καὶ
μεταβολῆς ἤδη τινὸς τῶν ζώντων, ὡς
D μὴ λάθῃς περορρυήσας τὸν πλοῦ-
τον, καὶ ἀξίως προσπτῆναι τῶν ὀρνέων μᾶλλον ὑπ' ὀρνίθων, ἢ ἁλῶναι. τὸ δὲ φάρμακον τῆς μεταβολῆς, οὐ μέγα. ἔστι γάρ τι καὶ ἀπέσας πόλεσιν ἔθνος ἀνθρώπων, ὃ σὺ οὔπω μὴν γιγνώσκεις, καλοῦσι δὲ αὐτὸ διδασκάλους. τούτοις ἀπὸ τῆς

οὐσίας μικρὰ δοὺς, ἀσφαλῶς κεκτήσῃ τὰ πλείω. ῥητορικὴν γάρ σε παιδεύσουσι τὴν τῶν ἀγοραίων. ῥᾳδία δὲ ἡ τέχνη. εἰ μὲν γὰρ παῖδά σε ἑώρων, ἐπὶ ξυνεσούλιον ἂν φοιτᾶν ὑπὲ φιλοσόφων τε, καὶ σοφιστῶν θύρας, καὶ σοφία πάσῃ τὴν οἰκίαν τὴν σεαυτοῦ φράττειν. ἐπειδὴ ἔξωρος τούτων τυγχάνεις ὤν· τὸ γοῦν ὑπὲρ σεαυτοῦ λέγειν, σκόπει, νομίσας, εἰ μὲν τὰ τελεώτερα ἔμαθες, καὶ ὅμοιος ἀνδρὶ ὁπλιτεύοντι ποτε*, καὶ φοβερὸς δόξαι· ταυτὶ δὲ σκόπει, τὴν τῶν φιλῶν τε, καὶ σφενδονητῶν σκυλεύειν ἕξεις. βάλοις γὰρ ἂν τοὺς συκοφάντας, ὥσπερ τοὺς κύνας· ξυνῆκε τὸ μειράκιον τοῦτο. καὶ τὰς τῶν ὀρνίθων διατριβὰς σκλιπὸν, ἐς διδασκάλων ἐβάδισεν, ὑφ' ὧν καὶ ἡ γνώμη αὐτῷ, καὶ ἡ γλῶττα ἴσχυσε.

A tutò reliquas possidebis. Forensem namq; rhetoricam te docebunt. Est autem ars ea cognitu facilis. quòd si te in pueritia constitutum adhuc viderem, consuluissem vt ad sophistarum, philosophorúmque limina accedens, omni sapientia domum tuam sepires. Sed quoniam illa discendi tempus præteriit, disce saltem, vt pro te ipso dicere possis, atque illud tecum meditare, quòd si perfectiora didicisses, similis esses *grauibus armaturæ militi*, & ceteris terribilis: Hæc autem si didiceris, expeditorum militum, aut funditorum armaturam habebis, qua poteris calumniatores perinde ac canes ferire. Hæc verba diligenter considerans adolescens, auium studio, curáque relicta, ad præceptores profectus est, qui mentem eius, ac linguam direxere.

An olim Pactolus aureas arenas habuerit. An item arbores terra sint antiquiores. Deque ingenti Antiochiæ terræmotu, atque de thesauro inuento in horto.

CAP. XVI.

ΔΥΟΙΝ ὂν λόγοιν ἐν Σαρδέσι λεγομένοιν, τὸν μὲν, ὡς ὁ Πάκτωλός ποτε τῷ Κροίσῳ ψῆγμα χρυσοῦ ἄγοι. τὸν δὲ, ὡς πρεσβύτερα τῆς γῆς εἴη τὰ δένδρα. τὸν μὲν, πιθανῶς, ἔφη, πεπιῶσθαι χρυσία γὰρ ἐν ποτε τῷ Τμώλῳ ψαμμώδη, καὶ τοὺς ὄμβρους αὐτὰ φέρειν ἐς τὸν Πάκτωλον καταιροντας, χρόνῳ δὲ ὅπερ φιλεῖ τὰ τοιαῦτα αὐτὰ ἀπολιπεῖν ἀποκλυσθέντα. τὸν δὲ ἑτέρου λόγου καταγελάσας, ὑμεῖς μὲν, ἔφη, πρεσβυτέρα τῆς γῆς φατε εἶναι τὰ δένδρα. ἐγὼ δὲ, πολλῷ οὕτω χρόνον φιλοσοφήσας, οὔπω ἔγνων οὐρανοῦ

CVM opiniones duæ Sardibus vigerent, quarum vna dicebat Pactolum quondam aurea frusta Crœso deferre solitum: altera arbores antiquiores esse, quàm terra: earum vnam verisimiliter aiebat Apollonius credi posse, arenas scilicet aureas olim Tmolo fuisse, imbrésque trahentes in Pactolum detulisse: tempore autem, quo id solet accidere, eas ablutas deseruisse. Alteram autem opinionem valde deridebat, inquiens, vos arbores dicitis terra priores existere: ego autem satis longo tempore philosophatus, nunquam agnoui cœlo astra

astra fuisse priora, atque illud etiam edocuit, nihil vnquam fieri, nisi antea id extiterit, in quo tale id fieri deberet. Cùm Syriæ præfectus suspiciones ciuibus inferens, Antiochiam ad seditionem coëgisset, ciuitas omnis in duas partes diuisa secesserat: ingenti autem terræmotu coorto vniuersi perterriti sunt, & quòd in eiusmodi portentis fieri consueuit, *pro se inuicem preces fuderunt*. Accedens itaque ad eos Apollonius, Deus, inquit, manifestè vobis concordiæ sequester, ac mediator extitit: vos autem si sapitis, non iterum posthac dissidebitis talia metuentes, monuítque vt cogitarent quidnam ob seditiones essent passuri: vtque aliorum exemplis moniti, sibi ipsis cauerent, & consultarent. Illud præterea memoratu dignum duximus, quod paulopost enarrabimus. Quidam pro thesauro inueniendo telluri sacrificabat, & eadem de causa supplicare Apollonio non dubitauit. Qui cogitans cuius rei amore teneretur, lucratorem te esse video percupidum. Ille autem facultates, inquit, nullæ mihi sunt, præter admodum paucas, quæ educandæ familiæ non sufficiunt. Videris igitur, inquit Apollonius, familiam magnam, & ociosam educare domi: neque enim imprudentibus connumerandus appares. Ille verò parumper lachrymans, Filias, inquit, habeo quatuor: Quapropter & dotibus quatuor indigeo. Habeo autem drachmas tantùm bis mille, quas vbi filiabus pro dotibus dedero, illæ quidem parùm accepisse videbuntur, ego autem funditus periero, cùm nihil penitus mihi relinquetur. Illum igitur miseratus Apollonius, Ego, inquit, & terra de te curam habebimus: nam illi

A προσχωρεστέρους ἀστέρας, διδάσκων ὅτι αὖ γένοιτό τι, τῶν ἐν ᾧ φύεται μὴ ὄντος. στασιάζοντος δὲ τοῦ Ἀντιόχου τὸ τῆς Συρίας ἄρχοντος, καὶ κατισχύτος ἐς αὐτοῦ ἀποφάσεις, ὑφ' ὧν διεστήκεσαν σκιρτησιαζομένη πόλις· σεισμοῦ δὲ γενομένου προφανέντος ἔπηξαν· καὶ ὥσπερ ἐν διοσημίαις εἴωθεν, ὑπὲρ ἀλλήλων εὔχονται. παρελθὼν οὖν ὁ Ἀπολλώνιος, ὁ μὲν θεὸς, ἔφη, διαλλακτὴς ὑμῖν σαφὴς γέγονεν· ὑμεῖς δὲ, οὐκ ἂν αὖθις στασιάσετε, τὰ αὐτὰ φοβούμενοι. καὶ κατέσησεν αὐτοὺς ἐς σύνοιαν, ὧν ποτε πείσονται, καὶ ταυτὸ τοῖς ἑταίροις φοβήσονται. ἄξιον δὲ καὶ τούτου ὑπομνησθῆναι. ἔθυέ τις ὑπὲρ θησαυροῦ τῇ γῇ, καὶ οὐδὲ τῷ Ἀπολλωνίῳ προσθύχεσθαι ὑπὲρ τούτου ὤκνει. ὁ δὲ, συνθυμηθεὶς οἵων ἐρᾷ, δηνόν γε, ἔφη, χρηματιστὴν ὁρῶ. κακοδαίμονα μὲν οὖν, εἶπεν, ὡς γε ἔστιν οὐδὲν, πλὴν ὀλίγων, ἃ μὴ ἀπόχρη βόσκειν τὴν οἰκίαν. ἔοικας, ἔφη, πολλοὺς τρέφειν, καὶ ἀργοὺς οἰκέτας· οὐδὲ γὰρ αὐτός γε τῶν ἀσόφων φαίνῃ. ὁ δὲ, ῥέμα ἀποδακρύσας, θυγατέρα μοι, εἶπεν, ἔστι τέτταρα, καὶ φερνῶν δεῖ τεττάρων. ἐμοὶ δὲ εἰσὶ δισμύριαί που δραχμαὶ νῦν. ἀπὸ δὲ ταύτης θυγατράσι καταναλωθῶσιν, σμικρὸν εἰληφέναι δόξουσιν, ἐγὼ δὲ ἀπολοῦμαι, ἔχων οὐδέν. παθὼν οὖν τι πρὸς αὐτὸν ὁ Ἀπολλώνιος, ἀπιμελησόμεθά σου, ἔφη, κἀγὼ καὶ ἡ γῆ. φασὶ γάρ σε

B

C

D

θύειν αὐτῇ. καὶ εἰπὼν ταῦτα, προῆει τὰ προάστια, ὥσπερ ἀπὸ τοὺς καρποὺς ὠνούμενος· ἰδὼν δὲ τὸν χωρίον ἐλαῶν πλήρες, καὶ ἡδεῖς τοῖς δένδρεσιν, ὡς δύφυᾶ τε ἰδεῖν, καὶ μεγάλα· καί τινος κηπίου ἐν αὐτῷ ὄντος, ἐν ᾧ σμήνη τε, καὶ δόξαι ἐωρᾶτο, παρῆλθεν ἐς τὸν κηπίον, ὡς τι ἐπισκεψόμενος μεῖζον. καὶ προσθύσαντος τῇ Πανδώρᾳ, ἐχώρει ἐς ἄστυ· βαδίσας δὲ πρὸς τὸν τοῦ ἀγροῦ δεσπότην, ᾧ πλοῦτος ἐκ τῶν πρώτων ἐπεπόριστο, τὰς Φοινίκων οὐσίας ἐνδεικνύων, χωρίων, ἔφη, τὸ δεῖνα, πόσου ἐπρίω, καὶ τί πεπόνηταί σοι ἐς αὐτό. τοῦ δέ, πρίσι μὲν ἐωνῆσθαι τὸν ἀγρὸν πεντακισχιλίων, καὶ μυρίων φήσαντος, οὔπω δὲ ἐκπεπονηκέναι πείθει τὸν ἀνθρωπον, ἀποδόσθαι δισμυρίων αὐτῷ δύρημα ποιησάμενον τοὺς πεντακισχιλίους. ὁ μὲν δὴ τοῦ θησαυροῦ ἐρῶν, οὔπω ξυνίει τοῦ δώρου, ἀλλ' ὥετο ἴσα ἔχειν. τοσούτῳ δὲ ἐλάττω, ὅσῳ τὰς μὲν δισμυρίας ἐν ταῖν χεροῖν οὔσας, ἐφ' ἑαυτῷ εἶναι αὖ. ὁ δὲ αὐτὸ αὐτῶν ἀγρὸν, ὑπὸ πάχναις κείσεσθαι, καὶ χαλάζαις, καὶ τοῖς ἄλλοις, ἃ τοὺς καρποὺς φθείρει. ἐπεὶ δὲ ἀμφορέα μὲν τριχιλίων δαρεικῶν αὐτίκα εὗρε περὶ αὐτὸ μάλιστα τὸ ἐν τῷ κηπίῳ σμῆνος· εὐφόρου τε τοῦ ἐλαίας καρποῦ ἔτυχεν, καὶ εὐφορούσης τότε τῆς ἄλλης γῆς, ὕμνοι αὐτὸν ἐς ἄνδρα ἦδον, καὶ μνηστῆρων θεραπευόντων αὐτὸν, πλέα ἦν πάντα.

te sacrificare frequenter dicunt. Post hæc verba Apollonius in suburbanos agros profectus, tanquam vnus ex iis, qui fructus emendos quærunt. videns autem agellum oliuis consitum, gaudens illum aspiciebat: nam arbores viridissimæ erant, ac proceræ: & in agello hortulum esse animaduertit, vbi apum erant examina, & flores permulti; hortúmque ingressus quasi maius aliquid considerans Pandoræ sacrificauit: deinde in vrbem reuersus agelli dominum conuenit, qui diuitias iniquissimis quibuscunq. rationibus comparans Phœnicum fortunas congregabat. Hunc itaque alloquens Apollonius, talem, inquit, agellum quanti emisti? quídve postmodum in eo colendo sumptus fecisti? Ille autem anno proximo drachmis mille & quingentis agrum se emisse respondit: sumptus autē in colendo fecisse nullos. Hortatur igitur Apollonius virum, vt duobus drachmarum millib. agrum sibi vendat, cum drachmarum quingentarū lucro: emptor autem quid acciperet muneris nondum intelligebat: venditor verò pecuniarum amator, pluris multò bis mille drachmas, quàm agrum ipsum faciebat, quòd pecunias in manus habens, sibi penitus subiectas fore ipsas animaduertebat. Agrum verò imbribus, & grandinibus, & ceteris multis quæ fructus plerunque corrumpunt expositum esse sciebat. Sed postquam amphoram tribus millibus daricis plenam humi defossam inuenit in ea horti parte, vbi apum aluearia fuisse diximus: copiosis etiam oliuarū fructibus potitus est, cùm alibi non multas oleas terra protulisset, tum verò maximas viri laudes vbiq; decantabat, ipse verò à multis procis colebatur.

De quodam qui Gnidiæ Veneris ſimulachri amore ardebat. Item de vrbibus Helleſponti terræmotu ab Apollonio liberatis. Tum de edicto Domitiani ne liceret eunuchos facere, & plantare vineas. CAP. XVII.

ALIVD præterea memorabile ab Apollonio geſtum huiuſcemodi comperi. Quidam ſimulachrũ Veneris, quod nudum in Gnido poſitum eſt, vehementer amabat, magnámq. facultatum ſuarum partem donaria in templo ſuſpendens conſumpſerat: plura etiam ſe donaturum pollicebatur, ſi eius nuptiis potiretur. Hæc Apollonio ſceleſta videbantur, cùm præſertim id Gnidij non prohiberent, ſed Deam famoſiorem viſum iri putarent, ſi amaretur. Apollonio autem conſentaneum rationi viſum eſt tali dementia templum purgare: & interrogantibus ſe Gnidiis an aliquid emendare vellet ex iis, quæ apud ipſos in templo, aut ſacrificando, aut orando ſeruabantur, Oculos, inquit, emendabo: templi autem ritus perinde, vt nunc ſunt, ſunto. Inde virum ad ſe vocans, qui amore torquebatur interrogauit, an putaret Deos eſſe. Cúmque ille ſe putare dixiſſet, atque adeò, vt eorum etiam amore teneretur, nuptiarúmq. memoriam intuliſſet, quas ſacrificiis aſſequi ſe poſſe arbitrabatur, Te, inquit, ô demens, poëtæ extulerunt, qui Anchiſas & Peleos Deabus commiſtos eſſe fabulantur. Ego autem de amore hoc agnoſco quòd Dij Deas, & viri mulieres, & beluæ beluas, &, vt breuiter omnia complectar, ſimilia ſimiles amant: quò ſimiles, & eiuſdem generis partus edant. Alterius verò generis animal ſi diſſimili coniungatur, neque coniugium neque amorem ſeruare poteſt. Quòd ſi ea, quæ de Ixione feruntur, cogitares, nunquã tibi veniſſet in mẽtem,

Καὶ ΚΕΙΝΑ ἀξιομνημόνευτα ἔργα τοῦ ἀνδρός. ἐρᾶν τις ἐδόκει τοῦ τῆς Ἀφροδίτης ἕδους, ὃ ἐν Κνίδῳ γυμνὸν ἵδρυται· καὶ τὰ μὲν, ἀνέπλα. τάλλ' ἀναθήσειν ἔφασκεν ὑπὲρ τοῦ γάμου. Ἀπολλωνίῳ μὲν * ⟨ χ. δὲ ⟩ ἄλλως ἄτοπα ἐδόκει καὶ ταῦτα. ἐπεὶ δὲ μὴ παρητεῖτο ἡ Κνίδος, ἀλλ' εὐαρεστέραν ἔφασαν τὴν θεὸν δόξειν, εἰ ἐρῷτο· ἔδοξε τῷ ἀνδρὶ καθᾶραι τὸ ἱερὸν τῆς θυσίας ταύτης. καὶ ἐρομένων τῶν Κνιδίων αὐτὸν, εἴ τι βούλοιτο τῶν θυλικῶν, * καὶ βύκτικῶν διορθοῦσθαι, ὀφθαλμοὺς, ἔφη, διορθώσομαι· τὰ δὲ τοῦ ἱεροῦ πάτεια, ἐχέτω ὡς ἔχει. καλέσας οὖν τὸν θυτήρα, ἤρετο αὐτὸν, εἰ θεοὺς νενόμικε. τοῦ δ' οὕτω νομίζειν θεοὺς φήσαντος, ὡς ⟨ ἐρᾷν αὐτῶν, καὶ τῶν γάμων μνημονεύσαντος, οὓς * θύειν ἠξίου, σὲ μὲν ποιητὰ, ἔφη, ἐπαίρουσι, τὸν Ἀγχίσας τε, καὶ τὸν Πηλέας θεαῖς ξυζυγῆναι εἰπόντες· ἐγὼ δὲ, ὅτι τοῦ ἐρᾷν, καὶ ἐρᾶσθαι, τὸ δὲ μιγνύσθαι· θεοὶ θεῶν· ἀνθρωποι ἀνθρώπων· θηρία θηρίων· καὶ κατάπαξ, ὅμοια ὁμοίων ἐρᾷ, ἀπὸ τοῦ ὅμοια *, ⟨ ξυ- ⟩ γνῦν πίκτειν. τὸ δὲ ἑτερογνῦες, τῷ μὴ ὁμοίῳ ξυνελθὸν, ἄτε ζυγὸς, ἄτε ἔρως. εἰ ὃ ἐνεθύμου τὰ Ἰξίονος, οὐκ ἂν ἐς σὴν νοῦν καθίσασα μὴ ὁμοίων ἐρᾷν.

χ. δύσιν

χ. ἔπυμα κ.

ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ζεύχῳ εἰκασμένος, δι' οὐρανοῦ κάμπτεται. σὺ δ' εἰ μὴ ἄπει τοῦ ἱεροῦ, ἀπολῇ σὺ ἀπάσῃ τῇ γῇ, οὐδ' ἀντειπεῖν ἔχων, ὃ* μὴ οὐ δίκαια τοῖς θεοῖς ὑπὲ σοὶ γιγνώσκω. ὧδε ἡ παροινία ἐσβέσθη, καὶ ἀπῆλθεν ὁ φάσκων ἐρᾶν ὑπὲρ ξυνῳμοσίας θύσας. σεσμῷ δ' ἐχόντων ποτὲ τὰς ἐν τῷ ἀριστερῷ Ἑλλησπόντῳ πόλεις, Αἰγύπτιοι μὲν, καὶ Χαλδαῖοι, θεοὶ αὐτὰς ἠγείροντο ὑπὲρ ξυλλογῆς χρημάτων, ὡς δεκαταλάντοις θυσίας γῇ, καὶ Ποσειδῶνι θύσοντες. ξυνέφερον δ' αἱ πόλεις, τὰ μὲν, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, τὰ δὲ, ἀπὸ τῶν οἴκων, ὑποκείμενοι τῷ φόβῳ. ὁ δὲ, εἰ μὴ ὑπὸ τραπεζῶν κείμενον τὸ ἀργύριον, οὐκ ἂν ἔφασαν ὑπὲρ αὐτῶν θύσαι. δοκεῖ δή τῳ ἀνδρὶ μὴ θεοειδεῖν τοὺς Ἑλλησπον- τίους· καὶ θεηλάτων ἐς τὰς πόλεις, τὰς μέν, ἀπήλασεν, ὡς θησαυρὸν πεποιημένας τὰ ἑτέρων κακά, τὰς δὲ, αἰτίας τῶν μιασμάτων λαβὼν, καὶ ὡς ἑκάστῃ θεόφορον θύσας, ἀπεύξατο τῷ θεσπρωτίῳ δαπάνῃ σμικρᾷ, καὶ ἡ γῆ ἔστη. Δομετιανὸς δὲ βασιλέως ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον εὐνούχους τε μὴ ποιεῖν νομοθετήσαντος, ἀμπέλους τε μὴ φυτεύειν ἔτι, καὶ τὰς πεφυτευμένας δὲ αὐτῶν ἐκκόπτειν, θεελθὼν ἐς τοὺς Ἴωνας ὁ Ἀπολλώνιος, Τὰ μὲν θεσπίσματα, οὐ θεὸς ἐμὲ, ἔφη, ταῦτα. μόνος γὰρ ἴσως ἀνθρώπων, οὔτε αἰδοίων δέομαι, οὔτε οἴνου. λέληθε δὲ ὁ θαυμασιώτατος τῶν μὲν ἀνθρώπων φειδόμενος, τῆς δὲ γῆς εὐνοχίζων. ὅθεν ἐς τάρσος ἡ Ἰωνία ἦλθε πρε-

A tibi dissimile aliquid amare, atque ille quidem rotæ affixus per cœlum voluitur: tu autem nisi è templo discesseris, in omni terra funditus perdêris, nec iure conqueri poteris iniustè tibi à Diis talia prouenire. His verbis illius furor extinctus est, & qui se amare antea iactabat, tunc pro impetranda venia sacrificaturus abiit. Cùm ciuitates in Hellesponti sinistra parte positas crebri terræmotus concuterent, Ægyptij, Chaldæíque sacrificuli apud eas pecuniæ colligendæ causa conuenerant, decem poscentes talenta, pro sacris Neptuno, telluríque faciendis. Conferebant autem ciuitates pecunias cùm ex publico, tum etiam ex priuatis facultatibus, nihil pensi ob timorem facientes. Illi enim nisi pecunia apud argentarios deposita esset, sacra pro eis facere negabant. quod postquã animaduertit Apollonius, turpe sibi putauit Helleſponticas ciuitates negligere. Ad eas igitur accedens, sacrificulos obiurgauit, quòd ex alienis malis thesauros quærerent, & causas eorum, quæ tunc acciderant, enarrans, sacríſque vt cuique commodum esset, fieri iussis, exiguo sumptu calamitatem dimouit, & terra constitit. Per ea tempora Domitianus Romanorum Imperator legem tulerat, ne quis homines facere eunuchos, néve vlterius plantare vites auderet, & quæ suo tempore plantatæ fuissent, iubebat amputari. Veniens itaque ad Iones Apollonius, Hæc, inquit, præcepta ad me non attinent. Solus enim fortassis hominum omnium, neque pudendis egeo, nec vino vtor. oblitus tamen est admirabilis Imperator, quod hominibus parcens terram ipsam fecit eunucham. Quamobrem ausi sunt Iones

ad Imperatorem legatos pro vitibus mittere, & vacationem legis ab ipso petere, qui terram populari amputandis vitibus iussit, & vlterius non plantare.

A ὀβλύσασθαι πρὸς τὸν βασιλέα ὑπὲρ ἀμπέλων, καὶ παραιτήσασθαι νόμον, ὃς κέλευε καὶ δηοῦσθαι τὴν γῆν, καὶ μὴ φυτεύεσθαι.

De adolescentulo rabiente à rabioso cane demorso: vtque vnà cum cane ab Apollonio sanatus fuerit. Quódque in eum adolescentem Telephi Mysii anima transiuerit, & propterea eiusdem canis morsu sanari eum oportuisse, sicut ab Achille olim vulneratus nonnisi ab eodem sanari potuerit. Vnde Ouidius:

Vulnus Achilleo quod quondam fecerat hosti,
Vulneris auxilium Pelias hasta fuit.

Deinde qua sanari re queat rabiosus. CAP. XVIII.

Hoc insuper quod Tarsi gessit Apollonius tanquam memoria dignum decantatur. Rabiosus canis adolescentem obuiam factum momordit: quo morsu in caninos mores deflexit adolescens. Latrabat enim, sedebátque velut canis, & ceu quadrupes gradiebatur, manib. tanquam pedibus vtens; iámque dies triginta hoc morbo laborabat. Veniens igitur Tarsum Apollonius, cùm adolescentis infortunium agnouisset, ciuibus præcepit, vt canem qui illum momorderat, inquirerent: illi verò nunquam se canem illum vidisse iurabant, quòd extra ciuitatis muros deprehensus à cane fuisset adolescens, dum sese iaculando exerceret; nec postquam in morbum inciderat, ex eo scire potuerat quisquam, quæ forma, quæve statura canis fuisset. Paulùm igitur cunctatus Apollonius, O Damis, inquit, is canis albus est, & villosus, & custodiendis ouibus accommodatus, & Amphilochicis canibus magnitudine æqualis. Stat autem tremebundus iuxta fontem quendam: aquam enim & cupit, & timet: ipsum autem ducito ad fluminis ripam, vbi palæstræ exercétur, hoc tantùm eius

B Κ'ΑΙΚΕΙΝΑ ἐν Ταρσοῖς τοῦ ἀνδρὸς ἄδοισι· κύων συνεπεπλώκει ἐφήβῳ λυσσῶν. καὶ ἅπτεται ὁ ἔφηβος τοῦ δήγματος ἐς τὰ τοῦ κυνὸς πάντα· ὑλάκτει τε γάρ, καὶ ὠρύετο, καὶ τετράποις ἔβη, τῷ χεῖρε ἀντέχων τῷ δρόμῳ. νοσοῦντι δ' αὐτῷ τριακοστὴν ἡμέραν, ἐφίσταταί μοι ὁ Ἀπολλώνιος, ἀρτι ἐς τοὺς Ταρσοὺς ἥκων. κελεύει δὲ ὁ ἀνιχνεύσαι τὸν κύνα, ὃς ταῦτα εἰργάσατο. οἱ δ' οὔτε συντυχεῖν τῷ κυνὶ ἔφασαν· ἔξω γὰρ τείχους εἰλῆφθαι αὐτόν· τοῦ ἐφήβου πρὸς ἀκοντίοις ὄντος, οὔτ' αὖ τοῦ νοσοῦντος μαθεῖν, ἥ τις ἡ ἰδέα τοῦ κυνός, ἐπεὶ μηδὲ αὐτὸν ἔπ οἶδεν. ὑπομείνας οὖν, ὦ Δάμι, ἔφη, λευκός ὁ κύων, λάσιος, περιβατικός, Ἀμφιλοχικῷ ἴσος. παρέστηκε δὲ τῇ δεινῇ κρήνῃ τρέμων· τὸ γὰρ ὕδωρ καὶ ποθεῖ, καὶ δέδοικεν. ἄγε μοι τοῦτον ὑπὲ τὸν τοῦ ποταμοῦ ὄχθον, ἐφ' ἧς αἱ παλαῖστραι, μόνον εἰπών,

ὅπ ὑπ' ἐμοῦ καλεῖτο· ἐλχθεὶς δ' ὁ κύων ὑπὸ τῦ Δάμιδος, ὑπεκλίθη τοῖς τῦ Ἀπολλωνίυ ποσὶν, ὥσπερ ⓐ βώμιοι τῶν ἱκετῶν, κλαίων. ὁδὶ ἡμέρυ τὲ αὐτὸν ἔτι μᾶλλον, κὴ τῇ χειρὶ ἐπεφαύνε, τὸν ἔφηβόν τ' ἴση ἐπὶ ξυνέχων αὐτός· ὡς ὃ μὴ λάθοι τοὺς πολλοὺ μέγα ἀπόῤῥητον· μεθέηκε μὴν δὴ, ἔφη, ἐς τ' παῖδα τ' ὅτον ἡ Τηλέφου ψυχὴ τῦ Μυσοῦ. μοῖραι δ' ἐπ' B αὐτῷ ταῦτα βούλονται· κὴ εἰπὼν ταῦτα, ἐκέλευσε τὸν κύνα ἀπολιπομένους τὸ δῆγμα, ὡς ἰᾶτο αὐτῷ πάλιν ὁ τρώσας γένοιτο. ἐπεστράφη τοσυτοῦδεν ἐς τ' πατέρα ὁ παῖς, κὴ ξυνῆκε τ μηδὲν. ἀπαθεῖπέ τ' τοὺς ἥλικας, ⓒ ἔπε τ' Κύδνυ. ἀπεώφθη δ' οὐδὲ ὁ κύων, ἀλλὰ κἀκεῖνον δύξάμενος τῷ ποταμῷ, δι' αὐτ' ἦκεν. ὁδὶ ἐπεὶ διέβη τὸν Κύδνον, ἅπτεσθαι τῆ ὁδῦ, φωνῶ τ' ἀφῆκεν, ὁπόσ' ἤκουσαν ἀπὸ τοὺς λυπῶντας τ κυνῶν ξυμβαίνει. κὴ τὰ ὦτα ἀνακλάσας, ἔσεσθαι τῷ οὐρᾷ, ξυνιεὶς τ' ἐῤῥῶσθαι. φαρμακοποσία γὰρ λύπης, ὕδωρ, ἢν θαρσήσῃ αὐτὸ ὁ λυπῶν. τοιαῦτα τῦ ἀνδρὸς τὰ ὑπὲρ ἱερῶν τ', κὴ πόλεων, κὴ τὰ πρὸς δήμους, ⓒ ὑπὲρ δήμων, ⓒ τὰ ὑπὲρ τεθνεώτων, ἢ νοσούντων, ⓒ τὰ πρὸς σοφούς τ', κὴ μὴ σοφούς, καὶ τὰ πρὸς βασιλέας, οἳ ξύμβουλον αὐτῷ ἀρετῆς ἐποίουν.

A auribus immurmurans, quòd à me vocatur. Paulò pòst canis à Damide tractus ad Apollonij pedes procubuit, eiulans, ceu qui supplices altaribus admouerentur: illum autem manibus mulcens Apollonius, penes ipsum adolescentem constituit, quem ex manu detinebat. Tunc ad eos qui aderant conuersus, Ne vos, inquit, magnum arcanum lateat, sciatis animâ Telephi Mysij in hunc puerum translatam esse, & fata ab B ipso hoc exposcere. His dictis canem lambere morsum iussit, vt idem medicus esset, qui vulneris antea autor fuerat. Quæ cùm egisset, adolescens ad patrem conuersus est: matrem recognouit: æquales quoque salutauit nominatim, & haustam ex Cydno aquam bibit. Neq; verò canis curationē neglexit Apollonius: sed pro illo sanando fluuium precatus, *in eum coniecit canem*. Is verò fluuium ingressus, cùm in eo na- C tans aliquandiu moratus esset, in ripa consistens vlulauit, quod rabiosi canes facere non consueuerunt, & auribus demissis caudam vibrabat, tanquam & ipse conualuisse sese agnosceret. Medicamentum namque rabiei est aqua, si eam attingere rabiosus audeat. Hæc ab Apollonio acta sunt in templis & ciuitatibus apud populos, & pro populis, super mortuos aut ægrotantes, & cum sapientibus, ac non sa- D pientibus tractata, & cum regibus, qui illum virtutis consiliarium adhibuerunt.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ ΒΙΟΝ, ΒΙΒΛΙΟΝ Ζ'.

PHILOSTRATI DE VITA APOLLONII TYANEI, LIBER SEPTIMVS.

De philosophis, qui aduersus tyrannos fortiter se, ac præclarè gesserunt, vt Zenone, qui primus Dialecticen inuenisse dicitur, Platone, Pætone Rhegino, Heraclide, & Pythone, Callisthene Olynthio, Diogene Sinopensi, Cratete Thebano.

CAPVT PRIMVM.

NEQVE verò sum nescius optimum esse virorũ philosophantium indicem tyrannides : considerandúmque permitto, qua in re quisque minus, magísve alio aduersus ipsas se virum gesserit. At nostra huc tendit oratio. Tempore quo Domitianus imperauit, accusationes, & iudicia plurima Apollonium circumuenere : quomodo autem, & vnde principium sumpserint, & quo nomine illarum quælibet fuerit appellata, paulò pòst explicabo. Et quoniam mihi dicere necesse est, quid dicens, & qualis visus iudicium euaserit, tyrannos potius conuincens, quàm ab eisdem victus, non alienum duxi horum gratia prius enarrare sapientum hominum erga tyrannos acta, quæcunq. memoratu digna cõperi, atque illa cum Apollonij factis comparare. Sic enim optimè veritatẽ inueniri posse sum arbitratus. Zeno

ΑΟΙΔΑ μὲν τὰς τυραννίδας ὡς ἔστιν ὁρίσαι βάσανος ἀνδρῶν φιλοσοφούντων· μὲν ξυνχωρῶ σκοπεῖν ὅτι ἑκάστος ἑτέρου ἦν ἢ μᾶλλον ἀνὴρ πρὸς αὐτὰς ἐδόξεν· ὁ λόγος δέ μοι ξυντείνει ἐς τόδε. μὲν τοὺς χρόνους, οἷς Δομετιανὸς ἐτυράννευσε, πρεσβεῖσαν τὴν ἀνδρὰ κατηγορίαι, καὶ γραφαί. ὅπως μὲν ἄρξάμεναι, καὶ ὁπόθεν, καὶ ὅ, τι ἑκάστη αὐτῶν ὄνομα, δηλώσω αὖθις· ἐπεὶ δὲ ἀνάγκη λέξαι, τί μὲν εἰπὼν, τίς δὲ εἶδος δόξας ἀπῆλθε τῆς κρίσεως, ἐλὼν μᾶλλον τὸν τύραννον, ἢ ἁλοὺς αὐτὸς, δοκεῖ μοι διελθεῖν πρὸ τούτων, ὁπόσα ὑπὲρ ἀφηγήσεως ἄξια σοφῶν ἀνδρῶν πρὸς τυράννους ἔργα, παραθεωρεῖν τε αὐτὰ τοῖς Ἀπολλωνίου. χρὴ γάρ που τἀληθὲς οὕτω μαρτύρειν. Ζήνωνα

μὴν τοίνυν ὁ Ελεάτης, διαλεκτικῆς ἢ ὅστις ἐδόκει ἄρξαι, τὸν Νεάρχου τοῦ Μυσοῦ καταβαλὼν τυραννίδα, ἤλω. καὶ σκευωρησάμενος, τοὺς μὲν ἑαυτοῦ ξυνωμότας, ἀπεσώπησεν, οἵπερ ἦσαν τῷ τυράννῳ βέβαιοι, διαβαλὼν τούτους ὡς οὐ βεβαίους. ὁ δὲ μὴν, ὡς ἐπ' ἀληθέσι ταῖς αἰτίαις, ἀπέθανεν. ὅστις ἐλευθέρα τὰ Μυσῶν ἤγαγε, τὸν τυραννίδα, περὶ ἑαυτῆς σφήλας. Πλάτων ἢ ὑπὲρ τῆς Σικελιωτῶν ἐλευθερίας ἀγῶνά φησιν ἆραι, συλλαβὼν τῆς διανοίας ταύτης Δίωνι. *Φοίτων ἢ ῥηγίου σκέπεσον, κατέφυγε μὲν ἐπὶ Διονύσιον τὸν Σικελίας τύραννον· μειζόνων ἢ ἀξιωθεὶς, ἢ τὸν φυγόντα εἰκὸς, σωθῆναι μὲν τοῦ τυράννου, ὑπὸ τοῦ Ρηγίου ἐρρήθη. Ρηγίνοις δὲ ἐπιστέλλων ταῦτα, ἤλω· ὁ μὲν τύραννος, σὺν τῇ μηχανημάτων ἀνάψας αὐτὸν ζῶντα, προσήγαγε τοῖς τείχεσιν, ὡς μὴ βάλοιεν οἱ Ρηγῖνοι τὸ μηχάνημα, φθάσῃ τῇ *Φοίτωνος· ὁ δὲ, ἐβόα βάλλειν σκοπὸς γὰρ αὐτοῖς ἐλευθερίας εἴη. Ηρακλείδης ἢ καὶ Πύθων, οἱ Κότυν ἀποκτείναντες τὸν Θρᾷκα, ἀνθρωπείω* μὲν ἦστην ἄμφω, τὰς δὲ Ακαδημίους διατριβὰς ἐπανοῦντες, σοφῷ τῇ ἐχρήσθην, καὶ οὕτως ἐλευθέρω. τὰ δὲ Καλλισθένους τοῦ Ολυνθίου, τίς καὶ οἶδεν; ὃς ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἐπαινέσας τε, καὶ διαβαλὼν Μακεδόνας, ὅτε μέγιστοι δυνάμει ἦσαν, ἀπέθανεν, ἀνδρὸς δόξας. Διογένης δὲ ὁ Σινωπεὺς, καὶ Κράτης ὁ Θηβαῖος, ὁ μὲν δὴ Χαιρωνείας ἦκων, ἐπέπληξεν ὑπὲρ Αθηναίων Φιλίππῳ.

χ. Φύτων

χ. Φύτωνος.

χ. παιδία

A igitur Eleates qui Dialecticam primus inuenit, Nearchi Myſij tyrannidem euertere tentans, deprehenſúſq; cùm variis ſuppliciis torqueretur, ſocios coniurationis minimè prodidit, ſed quos tyranno fidiſſimos nouerat calumniatus, vt morte damnarentur, effecit: ipſe autem Myſiam liberauit, tyrannidem in ſe ipſam errare faciens. Plato autem pro Siciliæ libertate certamen ſuſcepiſſe dicebatur, Dionem eiuſdem
B ſententiæ comitem aſciſcens. Pœton autem Rheginus exul cùm ad Dionyſium Siciliæ tyrannum confugit: atque honoratius ab eodem ſuſceptus, quàm exuli conuenire videretur, tyranni mentem intellexit Rhegij capiendi percupidam. Cúmque id Rheginis per epiſtolam nuntiaſſet, à tyranno deprehenſus eſt. Quapropter tyrannus illum vni ex machinis, quas pro Rhegio expugnando conſtruxerat, viuum ſuſpendit, eámque muris admouit; exiſtimans Rheginos ne Pœtonem vul-
C nerarent, aduerſus machinam tela non emiſſuros. Ille autem magnis vocibus exclamans Rheginos hortabatur, vt in machinam tela torquerent. Se namque aiebat ſignum libertatis eſſe propoſitum. Heraclides autem & Python, qui Cotyn Thracẽ interfecerunt, adoleſcentuli quidem ambo erant: Academicorum autem diſciplinã ſecuti, ſapien-
D tes, liberíque euaſerant. Calliſthenem autem Olynthium nemo fermè ignorat, qui vno eodémque die Macedones laudauit, & accuſauit, tum cùm maximè vrbibus pollerẽt: quam ob rem veluti moleſtus ipſis interfectus eſt. Diogenes quoq; Sinopenſis, & Crates Thebanus circumferuntur: quorũ is quidem pro Chæronia veniens, Philippum pro Athenienſibus grauiter obiurgauit:

absurdum esse dicens armis eos perdere, qui pro se arma quandoque cepissent. Crates autem, cùm Alexander Thebas instaurare sui gratia velle diceret, Ego, inquit, patria non egeo, quam armis præpotentior iterum subruat. Sed quoniam prolixitatem oratio refugit, plura, quæ adhuc dici possent, omittam; præsertim cùm ea quæ dicta sunt, refellere sit necesse, non quia turpiter, aut præter rationem gesta sint; sed quia actis ab Apollonio sunt inferiora, quanquam alorum omnium facta exsuperent.

A ωδὲ ὧν Ηρακλείδης εἶ φάσκων, ἀπώλλυ ὅπλοις τοὺ ὑπὲρ ἐκείνων ὅπλα ἠρμένους. ὅδε δ' οἰκιεῖν Θήβας Αλεξάνδρῳ δι' αὐτὸν φήσαντος, καὶ αὖ, ἔφη, δεηθεῖμι πατρίδος, ἣν καταστάψῃ τὶς ὅπλοις, ἰὼν σώσας· ἢ λέγοιτο μὲν πολλὰ τοιαῦτα. ὁ λόγος δ' οὐ ξυγχωρεῖ μῆκος τῷγε ἀναγκαίῳ ἔχοντι ἢ ὠφελοῦντα ταῦτα ἀντειπεῖν, ἐπεὶ ὡς οὐ καλά, ἢ καὶ σὺν λόγῳ πᾶσιν, ἀλλ' ὡς ἧττω τῶ Απολλωνίῳ, κἂν ἄλλα ἑτέρων φαίνηται.

Zenonem, Platonem, Pœtonem, Callisthenem, Diogenem, Cratetem inferiores fuisse Apollonio, rebus gestis aduersus tyrannos. Tum de Domitiano quædam. Quidque contra illum dixerit Apollonius.

CAP. II.

ELEATES enim Zeno, & qui Cotyn interfecere, non multùm laudis mereri videntur, quia Thraces Mysios & Getas in seruitutem ducere perfacile est: liberare autem, stultum; cùm libertate non gaudeant, & seruitutem nequaquam turpem esse arbitrentur. Quòd autem minus sapienter fecerit Plato, satis patet, Siciliæ res potius, quàm Athenienſium tentans emendare: vnde etiam iure venditus fuit, decipiens alios, & itidem ipse deceptus: hæc, inquam faciens, quòd minus sapienter egerit, dicere verear, cùm sciam pleroſque molestè talia verba audituros. Quæ autem Rheginus Pœton erga Dionysium non stabiliter regnantem aggressus est, audaciam profectò præ se ferunt: sed cùm esset omnino à tyranno interficiendus, etiamsi à Rheginis vulneratus nõ fuisset; mirabile meo iudicio nihil fecit mortẽ pro libertate potius aliorum, quàm pro sua deligẽs seruitute.

litigabat. Fugerant autem ipsum non modo litigantium nomina, sed ipsius etiam causæ materia ídque præterea facilè apparuit, quòd *insipienter* quædam interrogabat, & multa respondebat, quæ nihil omnino ad causam attinerent: quæ omnia arguebant ipsum stupefactum hæsitare, atq. eò magis, quòd ab assentatoribus audiebat se nihil vnquam esse oblitum. Hoc igitur modo tyrannum affectum linquens Apollonius, & suæ philosophiæ quasi ludum quendam ostendens omnibus Græcis, Barbarísque terribilem, ante meridiem è prætorio discessit: non multùm verò post meridiem Puteolos Demetrio, Damidíque apparuit. Hæc enim causa fuerat, cur Damidi præciperet, vt non expectata defensionis die Puteolos proficisceretur. Nam quid facere instituisset non prædicebat, sed quod sibi commodissimum esset, facere illum iussit. Damis verò licet non intellecta causa, quæ mandauerat Apollonius, exequebatur. Aduenerat autem pridie Damis Puteolos, & quæ ad accusationem pertinebant, cum Demetrio contulerat: qui tardius quàm Apollonij auditorem deceret, credebat ea, quæ à Damide dicebantur. Itaque postridie eadem de causa ex Damide rursus quærebat, ambóque deambulabant secus mare, vbi contigisse feruntur ea, quæ de Calypsone narrantur in fabulis. Diffidebat autem omnino, illum vnquam esse euasurum, quòd omnibus nota esset sæuitia tyranni. Quæ tamen præceperat Apollonius, propter hominis venerationem peragebat. Ambulando autem vtrique iam defessi in templo Nympharum consederunt, vbi quondam vaticinia quædam responderi solita fuerant.

Est autem templum albo lapide cõstructũ, & in eo fons est aquæ nunquam summa labra fontis excedẽtis, nec rursus quantacunque illinc aqua exhausta decrescentis. De natura igitur eius aquæ disputabant non admodũ studiosè propter mœrorem, quem ex Apollonij absentia conceperant: itaque sæpius orationem reuocabant ad ea quæ ante iudicium facta fuerant.

A λευκὸς δ' οὗτός ἐστι λίθου, ξυνέχων πηγὴν ὕδατος, οὔθ' ὑπερβάλλουσαν τὰ χεῖλη, οὔτ' εἰ τις ἀπαντλοίη, ὑποδιδοῦσαν. διαλεχθέντες δ' ὑπὲρ τῆς φύσεως τοῦ ὕδατος, οὐ μάλα ἐσπουδακότως διὰ πόθον τὸν ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ ἀθυμίαν, ἐπανῆγον τὸν λόγον ἐς τὰ πρὸ τῆς δίκης.

Apollonium apparuisse Puteolis Demetrio, & Damidi mœstis, iisque existimantibus eum esse spiritum, præbuisse se tangendum, atque amplectendum. Hinc omnia narrasse, quæ contigerant. CAP. V.

QVVM igitur ingemisceret Damis, & lachrymans talia diceret, ô Dij: nunquam ne videbimus probum & honestum amicum? Apollonius, qui & ipse superueniens ad Nympharum templum accesserat, *hoc audito*, Videbitis, inquit, vel potius iam *vidistis*. Viuentem, inquit Demetrius. *sed si mortuum nunquam super te flere* cessauerimus. Protendens itaq; manum Apollonius, Cape me, inquit, & si manus tuas effugero, idolum me esse arbitrator à Proserpina huc aduenientem, quale terrestres Dij ostendere plerunque solent hominibus, qui mœrori nimis indulgent. Sin verò tangenti resistã, persuadeto tibi; atq. huic etiam Damidi me adhuc viuere, neque corpus deposuisse. Quibus verbis effecit, vt amplius illi nihil dubitarent. Assurgentes igitur, atque illum complexi, cùm salutauissent, quo pacto erga defensionem sese res habuisset, interrogabant. Demetrius enim nulla peracta defensione, & omnino indicta causa interfectũ eum fuisse opinabatur. Damis autem peroratam quidẽ ab eo causã, sed breuius forsitan quàm constituisset, arbitrabatur.

B ΑΝολοφυρομένου δὲ τὸν Δάμιδος, καί τι καὶ τοιοῦτον εἰπόντος, ἆρ' ὀψόμεθά ποτε, ὦ θεοί, τὸν καλόν τε, καὶ ἀγαθὸν ἑταῖρον; ἀκούσας ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐφέστως ἤδη τῷ νυμφαίῳ ἐτύγχανεν, ὄψεσθε, εἶπε. μᾶλλον δὲ ἑωράκατε ζῶντα· ἔφη ὁ Δημήτριος· εἰ δὲ τεθνεῶτα, οὔπω πεπαύμεθα ἐπὶ σοὶ κλάοντες· προτείνας οὖν ὁ C Ἀπολλώνιος τὴν χεῖρα, λαβοῦ μοι, ἔφη· κἂν μὲν διαφύγω σε, εἰδώλον εἰμί σοι καὶ Περσεφάσσης ἦκον; οἷα φαίνονται καὶ χθόνιοι θεοὶ τοῖς ἀθυμοτέροις τὰ πένθη. εἰ δὲ ὑπομείναιμι ἁπτόμενόν σου, πεῖθε καὶ Δάμιν ζῆν τέ με, καὶ μὴ ἀποβεβληκέναι τὸ σῶμα. κἀκεῖθεν οἷοι ἀπιστεῖν ἦσαν, ἀλλ' ἀναστάντες, ἀσπάζοντο τὸν ἄνδρα, καὶ D ἠσπάζοντο. ὑπὲρ μὲν τῆς ἀπολογίας ἠρώτων. ὁ μὲν γὰρ Δημήτριος οὐδ' ἀπολελογῆσθαι αὐτόν· ἀπολέσθαι γὰρ ἂν καὶ μὴ ἀδικοῦντα. Δάμις δ' ἀπολελογῆσθαι μὲν, θᾶττον δ' ἴσως·

οὐ γὰρ ἐπ' ἐκείνης γε τ ἡμέρας ὤετο. ὁ δ' Ἀπολλώνιος, Ἀπολελόγημαι, ἔφη, ὦ ἄνδρες, καὶ νικῶμαι. γέγονε δέ μοι τὰ τ ἀπολογίας τήμερον, οὐ πρὸ πολλοῦ τ ἡμέρας· πρωΐ γὰρ ἤδη ἐς μεσημβρίαν. πῶς οὖν, ἔφη ὁ Δημήτριος, τοσοῦτο δὲ ὁδὸν ἐν σμικρῷ τῆς ἡμέρας ἐλάυσας; καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, πλὴν κριοῦ, ἔφη, καὶ πρὸς ἐρῶν κηρῷ ξυγκειμένων, πάντα οἴου θεὸν ἐπιτρέφειν τῇ πομπῇ ταύτῃ. παντάχου μέν, ἦ δ' ὁ Δημήτριος, τῶν ἔργων τε, καὶ λόγων, θεὸν ἀεί τινα προσοφᾶν ἡγοῦμαι, ᾧ τὰ σὰ οὕτως ἔχει· πλὴν δ' ἀπολογίαν, ἥτις γέγονε, καὶ ἅπερ ἡ κατηγορία εἶχε, καὶ τοὺς δικάζοντας ἦθος, καὶ ὅ, τι ἤρετο, καὶ ὅτῳ ξυνεπέθετο, ἢ ὅτῳ μὴ, λέγε ἐμοῦ πάντα, ἵνα καὶ Τελεσίνῳ ἔκασα φέρω ἐμοί· οὐ γὰρ αὐτὸς ἐρωτᾷν τὰ σά. ὅς γε καὶ πρὸ πεντεκαίδεκα ἴσως ἡμερῶν ἐμοὶ ξυμπίνων ἐν Ἀνθίῳ, κατέδαρθε μὲν ἐπὶ τ τραπέζης. μεσούσης δ' ἀὐτῷ τῆς κύλικος, ἔδοξεν ὄναρ, πῦρ ἐν τῇ γῇ πελαγίσαν, τοῦτο μὲν, ἀπολαμβάνειν τῶν ἀνθρώπων· τοῦτο δὲ, φθάνειν τινὰς φεύγοντας. καὶ γὰρ δὴ καὶ ῥεῖν αὐτὸ παραπλησίως τῷ ὕδατι. σὲ δ' οὐχ ὅπῃ ἁπάντων ἄλλων παθεῖν, ἀλλὰ διανθῦσαι ἀὐτῷ φλεγμένος. ἐπὶ ᾧ τῷ ἐνυπνίῳ τούτῳ, θεοῖς βουξυμβούλοις ἐπόησεν ἐμοί τ ὧδε κελεύσαντας ὑπὲρ σοῦ θαρρεῖν. καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, οὐ θαυμάζω Τελεσῖνον, εἶπεν, ὑπνῶσαι βαθύ· καὶ γὰρ δὴ καὶ ὑπερεγρήγορέ μου πάλαι. τὰ δ' ὑπὲρ τ δίκης, πύθεσθε μὲν, ἐμοὶ δὲ ἐνταῦθα.

σχολ. κριῶ δίχα τὸν Φρίξον. πλεραῖς, διὰ τὸν δαίδαλον

σχ. διακωλυμβῆσαι ἢ διαῤῥῆξαι

A Neque enim existimabat ea die tam multa ab eo diu dici potuisse. Quibus respondens Apollonius, Ego me, inquit, in iudicio defendi, & aduersarium vici: & hoc ipso die me defendens oraui, & sermonem à diei ferme principio in meridiem vsque protraxi dicendo. Quomodo igitur, inquit Demetrius, tam longum iter breui diei parte peregisti? Cui Apollonius, Sine ariete, inquit, & alis cera conglutinatis existimare potes Deum quendā huic transB missioni præstitisse auxilium? Ego verò, inquit Demetrius, operibus, sermonibúsque tuis omnibus Deum aliquem interesse non dubito, cuiux auxilio prosperè succedunt, & bene habent res tuæ. Rogo autem vt nobis dicas, quæ in accusatione continebantur, & quis iudicantis mos, quis habitus fuerit; quid *interrogarit*; aut cui de te consilia communicauerit; *aut cui non patefecerit*. Hæc enim omnia scire percupio, C vt ea Telesino referam. Is enim de te per nuntios interrogare nunquam desinet. Quandoquidem diebus ab hinc ferè quindecim, in conuiuio mecum accubans, in ipsa mensa dormitauit: cúmque dimidium ferè calicem ebibisset, somnium vidit eiusmodi: Videbatur ignis terram inuadens, hominum alios comprehendere, alios fugientes præuenire: cùm perinde atque aqua passim fluens omnia inundaD ret: tu autem (vt aiebat) non sicut ceteri ab igne pati videbaris: nam tuo spiritu scindebatur ignis. Tali igitur somnio viso cùm Diis bene consulentibus libauisset, bono animo de te esse me iussit. Tunc Apollonius, Ego, inquit, Telesinum profundè dormire non miror, iamdudum enim valde pro me vigilauit. Quæ verò in iudicio acta sunt, audietis quidem, non autem hîc.

Iam enim multùm poſt meridiem temporis lapſum eſt, & in vrbem redeundi hora eſt. Iucundius enim ambulabimus, ſi nos confabulationes aliquę deduxerint. Pergamus igitur de his colloquentes, quæ me interrogaſtis. Dicam autem, quæ hodie in iudicio acta ſunt. Nam quæ ante iudiciũ egerimus, ambo noſtis: cùm tu quidem Damis interfueris; tu autem non ſemel, (vt arbitror) ſed iterũ atq; iterum ex ipſo audieris, niſi fortè Demetrij ſum oblitus. Quæ igitur adhuc neſcitis, enarrabo. Atque ita incipiens à præfatione, qua vſus fuerat, & quo pacto nudus intrare prætorium iuſſus fuerat, ac ſingula deinceps expoſuit, vſque ad id, quod vltimo loco dixerat, *Non me interficies.* &c. & tandem quomodo ex prætorio diſceſſit. Tunc exclamans Demetrius, Ego, inquit, iudicio abſolutum ad nos veniſſe te arbitrabar: video autem hoc periculorum principium eſſe tibi. Tyrãnus enim poſtquam vbi ſis, ei denuntiatum fuerit, te comprehendet, & omni vinculorum genere coërcebit. Verùm Apollonius timorem omittere iubens, Vtinam, inquit, vos non facilius, quàm ego, poſſetis capi. Ego autem quo pacto ſeſe nunc habeat tyrannus, agnoſco. Cùm enim aſſentatorum ſermones iugiter audire conſueuerint, nunc obſtupeſcentium verba audit; atq; ob tales ſermones diſrumpitur, excandeſcítque tyranni natura: ſed mihi nunc quiete opus eſt. Nã poſtquam ex iudicio diſceſſi, nunquam propter quietẽ capiendam flexi genua. Tum Damis, inquit, Demetri, ita erga hunc virum ſum affectus, vt ab inſtituto, in quo nunc etiam perſeuerat, auertere ipſum tentauerim: præſertim, cùm tu idem mihi conſuluiſſes, ne ſponte ad grauiora, manifeſtáque pericula accederet.

Comes facundus in via, pro vehiculo eſt.

δείλη τε ἤδη ἱκανῶς ἤδη, καὶ βαδίζειν ὥρα ἐς ἄστυ. ἡδίους δ' ἂν καθ' ὁδὸν λόγοι παραπέμψαι βαδίζοντας. ἴωμεν οὖν διαλαλοῦντες, ὑπὲρ ὧν ἐροῖτε. λέξω δὲ τὰ τῆμερον δή που ἐν τῷ δικαστηρίῳ πραχθέντα. τὰ γὰρ πρὸ τῆς κρίσεως, ἄμφω ἴστε, σὺ μὲν, παραπυχών, σὺ δ' ἀκροαμένῳ οἶμαι τούτου· μὰ Δί' οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πάλιν, εἰ μὴ σφάλλομαι Δημητρίου. ἃ δ' οὔπω ἴστε, *λέγω, διέρχομαι ἀπὸ τῆς παῤῥησίας χ. τὴν δ. ἴσ. πᾶ δὲ δ.
ἐς τὸ γυμνὸς ἐπελθεῖν. διῆλθε δὲ ἐξ οὗ τὰ ἑαυτῷ λόγοις, καὶ ἔπι πᾶσι, τὸ, οὐ γάρ με κτανεῖς· καὶ τὸ ἀπελθεῖν τῆς κρίσεως, ὡς ἀπῆλθε. τότε ἀναβοήσας Δημήτριος, ἐγὼ μὲν ὠόμην σεσωσμένον ἀφῖχθαί σε· σοὶ δ' ἀρχὴ κινδύνων ταῦτα. ξυλλήψεσθαι γάρ σε καταγελῶμεν, καὶ πάσης ἀποφροφῆς εἱργόμεθα. ὁ δ' ἐῤῥῶσθαι τῷ Δημητρίου δέει φοβούμενος· εἰ γὰρ μὴ ὑμεῖς, εἶπεν, ὧδε αὖπαλοι ἦτε· ἀλλ' ὅπως μὲν τἀκείνου νῦν ἔχει, ἐγὼ οἶδα. κολακευόντων γὰρ ἀεὶ λόγων ἀκροατὴς γιγνόμενος, νῦν ἐπιπλήττοντων ἀκροᾶται. ῥήγνυται δ' ὑπὸ τοιούτων αἱ τύραννοι φύσεις, καὶ σφᾶς τὰ τοιαῦτα χολοῦσιν. ἐμοὶ δὲ ἀναπαύλης δεῖ, γόνυ οὔπω κάμψαντι ἐπὶ τὸ ἄθλου. καὶ ὁ Δάμις, ἐγὼ, Δημήτριε, διεκείμην μὲν οὕτως, ἔφη, πρὸς τὰ τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς πράγματα, ὡς καὶ τῆς ὁδοῦ ταύτης ἀπάγειν αὐτόν, ἐφ' ἧς ἥκει· ξυνεβούλευες δέ που καὶ σὺ ταῦτα, ὡς μὴ ἐς κινδύνους ἐκουσίους τε, καὶ χαλεποὺς ἴοι

ἐπεὶ δ' ἐτύχανε μὴν δεδεμένος, ὡς A ἐμοὶ ἐφαίνετο, ἄπορα δ' ἡγουμένῳ τὰ περὶ αὐτὸν, ἐφ' ἑαυτῷ, ἔφη, τὸ λελύσθαι εἶη, καὶ τὸ σκέλος ἐλευθερώσας τοῦ δεσμοῦ, ἔδειξε· τό τε πρῶτον κατενόησα τοῦ ἀνδρὸς, θειοτέρου τ' εἶη αὐτῷ, καὶ κρείσσω τῆς ἡμεδαπῆς σοφίας. ὅθεν εἰ καὶ χαλεπωτέροις τούτων συντύχοιμι, οὐδὲν ἂν δεισαίμην τοῦτο τούτῳ, καὶ κινδυνευόντων. ἀλλ' ἐπειδὴ πλησίον B ἑαυτέρᾳ, βαδίζωμεν ἐς τὴν καταγωγὴν, ὅπως μὴ φθάσαν ποιησόμενοι τὸν ἄνδρος. καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, ὕπνου, ἔφη, δέομαι μόνου· τὰ δ' ἄλλα, σὺν ἴσῳ πάντα μοι λόγῳ, κἂν σῶμα ᾖ αὐτῶν, κἂν ἀσώματα. μετὰ ταῦτα δὴ ξὺν Ἀπολλωνι, καὶ ἐπὶ τῷ Ἡλίῳ, σῶμα ἦλθεν ἐς τὴν οἰκίαν, ἐν ᾧ ἦκεν ὁ Δημήτριος· ἐς τὸ πόδε δὲ νενιψάμενος, παρακελευσάμενός τε τοῖς ἀμφὶ τὸν Δάμιν δεῖπνεῖν, C ἐπειδὴ ἄσιτοι αὐτῷ ἐφαίνοντο, ἔρριψεν ἐς τὴν κλίνην ἑαυτόν. καὶ ἐφυμνήσας τῷ ὕπνῳ τὸ Ὁμήρου ἔπος, ἐκάθευδεν, ὡς καὶ ἐπ' ἀξίοις φροντίσαι τοῖς σώμασι.

A Sed postquam ego vinctum ipsum vidi, mihíque de salute sua grauius aliquid cogitanti dixit sui esse arbitrij, vt soluerctur, & exemptum compede crus ostendit: tum primùm animaduerti diuinũ quendam virum ipsum esse, & nostram hanc communem sapientiam excedere: itaque licet *in acerbiores hisce casus incurrerem*, non vererer grauissima quæque *pericula sub* illo subire. Sed quoniam multùm iam noctis proB cessit, in diuersorium pergamus, vt virum curemus. Tunc Apollonius, Ego, inquit, somno duntaxat indigeo. Nam reliqua omnia adsint ne, an absint tantidem facio. Post hæc Apollonius Apollini & Soli votis peractis domum ingressus est, vbi Demetrius habitabat: lotísque pedibus cùm Damidis socios, alióque familiæ domus cœnare iussisset, quòd diutius iam toleraſſe ieiunium videbantur, in lectulo procubuit: Homeríque versu C somnum laudans dormitauit, ostendens non nimium oportere de periculis, quæ illi imminere dicebant, esse solicitum.

Soluisse Puteolos à Demetrio Apollonium, & nauigasse in Græciam: quantúsque totius Græciæ ad eum visendum factus fuerit concursus. CAP. VI.

ΠΕΡΙ ᾗ ὄρθρον ἐρομένου αὐτὸν τοῦ D Δημητρίου ποῖ τὸ γῆς τρέψοιτο, καὶ κτυπεῖσθαι δοκούντων τὰ ὦτα τοῦ συνοίσοντος ἱππέων, οὓς ὤετο ἐπεσταλῆσθαι ἤδη τῷ Ἀπολλωνίῳ διὰ τὴν ὀργὴν τοῦ τυράννου, διώξεσθαι μὲν, ἔφη, μὲ οὐδὲ αὐτὸς, οὐδὲ ἕτερος, ἐμοὶ ᾗ ἐς τὴν Ἑλλάδα ὁ πλοῦς ἔσαι. σφαλερός γε, εἶπε· τὸ γὰρ χωλὸν φανερώτατον·

POSTRIDIE adueniente aurora, cùm Demetrius eum interrogaret, vbinam sibi manendum censeret, cùm iam strepitus equitum aures percutere videretur, quos ad eum insectandum à tyranno missos opinabatur, respondit Apollonius, Nec ipse, nec alius quisquam me persequetur: ego tamen in Græciam nauigabo. Et quidẽ tutò, inquit Demetrius: illius consilium deridẽs (apertissima namque ea est regio)

quem verò in occulto etiam manens non fugisti, quomodo in aperto degens latebis? Mihi latitatione non est opus, inquit Apollonius. Si enim (vt tu censes) tyranni est vniuersa terra, melius cum iis agi putandum est, qui in aperto moriuntur, quàm cum iis, qui in occultis latebris viuunt. & ad Damidem conuersus, Audistí ne, inquit, in portu nauim esse vllam, quæ in Siciliam sit nauigatura? Cúmque ille se audiuisse diceret iam antea, cùm apud mare cum illo esset, præconem id clamantem, tum verò paratam iam ad nauigandum, vt ex nautarum vocibus coniicere poterat, qui tollendis anchoris incumberent, Conscendamus, inquit, hanc nauim Apollonius, & nunc quidem in Siciliam, postea verò in Peloponnesum nauigabimus. Assentior, inquit Damis. inde salutato Demetrio, cùm iuberent illum bono animo esse tanquam virum ceteris præstantiorem, secundo vento in Siciliam nauigarunt. Messanámq; præteruecti tertio die Taurominium peruenêre: deinde Syracusas delati in Pelopõnesum transierunt autumni principio iam instante, percursóque pelago sexta die ad Alphéi fluminis ostia venerunt, vbi fluuius ille Adriatico Siculóque pelago dulcis, & potabilis immiscetur: ibi cùm è naui descendissent, ante omnia dignum putauerunt, ad Iouis templum, quod in Olympiis est, diuertere: **nusquam supra Scilluntem secedendo.* Et iam fama celerrimè per omnem Græciam diuulgauerat viuere Apollonium, & in Olympia deuenisse, & primò quidem parum fidei sermonibus habebatur, quòd

A ὃν ὃ μήσ' αὖ σὺ τῷ ἀφανεῖ διαφύγοις, πῶς αὖ σὺ τῷ φανερῷ λάθοις; οὐ δέομαι, ἔφη, λανθάνειν. εἰ γὰρ ὡς σὺ οἴῃ, τοῦ τυράννου ἡ γῆ πᾶσα, βέλτιον οἱ σὺν τῷ φανερῷ ἀποθνήσκοντες, τῶν σὺν τῷ ἀφανεῖ ζώντων. ἦ που τὸν Δάμιν αἰσθάνῃ, ἔφη, νεὼς ἀφιείσης ἐς Σικελίαν; αἰσθάνομαι, εἶπε. καὶ γὰρ ἐπὶ θαλάττῃ καταλύομεν. ἦ ὁ κηρύττων, ἀίχθη τυράννων· ἑτέλεται δὲ ἡ

B ναῦς ἤδη· ξυμβάλλομαι δ' αὐτὸ τῇ τῶν ἐμπλεόντων βοῇ, καὶ οἷς ἐκέλευε τὰς ἀγκύρας αἴρεσιν τῶν ἀγκυροβολίων παρέχοντας. ἐμβῶμεν, εἶπε, δὴ νεὼς ταύτης, ὦ Δάμι, πλευσούμενοι νῦν μὲν, ἐς Σικελίαν, ἔπειτεν δ' ἐς Πελοπόννησον. ξυνδοκεῖ μοι, ἔφη, καὶ πλέωμεν· καὶ προσπόντες τὸν Δημήτριον, ἀθύμως ἐπ' αὐτοῖς ἔχοντα, θαρρεῖν τε πείσαντες ὡς

C ἄνδρα ὑπὲρ ἀνδρῶν, ἔπλευσαν ἐπὶ Σικελίας ἀνέμῳ ἐπιτηδείῳ. μεσήνιον τε παραπλεύσαντες, ἐχθοντο σὺν Ταυρομενείῳ ἱππάγοις. μεταταῦτ' ἐπὶ Συρακουσῶν κομισθέντες, ἀνήχθησαν ἐς Πελοπόννησον περὶ μετοπώρου ἀρχάς. ὑπεραίροντες δὲ τὸ πελάγος, ἀφίκοντο δι' ἡμέρας ἑπτὰς ἐπὶ τὰς τοῦ Ἀλφεοῦ ἐκβολὰς, ἀφ' ὧν ὁ ποταμὸς ἔστε Ἀδρίᾳ καὶ Σικελικῷ πελάγει

D ἐπιχεῖται πόριμος. ἀποβάντες οὖν τῆς νεὼς, καὶ πολλοῦ ἄξιον ἡγούμενοι τὸ ἐς Ὀλυμπίαν ἥκειν, δοκεῖ τὸ σὺν τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς, οὐδαμοῦ ὑπὲρ Σικελῶτα ἀποφοιτῶντες. φήμης δ' ἀθεώτας τε, καὶ ξυντόνου, καταφούσης τὸ Ἑλληνικὸν, ζῆν τὸν ἄνδρα, καὶ

ἀφῖχθαι ἐς Ὀλυμπίαν, καταρχὰς μὲν ἐδόκει μὴ ἐῤῥῶσθαι ὁ λόγος· ὡς δὲ

γὰρ τῷ μὴ ἐλπίδος τι ἀνθρωπείας ἐπ' αὐτῷ ἔχειν· ἐπειδὴ δεδέσθαι αὐτὸν ἤκουσαν, οὐδὲ σιδήρων ἀνήκοοι ἦσαν, ἀποθανεῖν καταφλεχθέντα. οἱ δὲ ἐαθῆναι ζῶντα, καταπαγέντων ἐς τὰς κλεῖδας αὐτῷ ἀγκίστρων· οἱ δὲ ἐῶσι ἐς βάραθρον, οἱ δ' ἐς βυθόν. ἐπειδὴ δὲ ἥκειν ἐπύθοντο, οὐδ' ἐπ' Ολυμπιάδα οὐδεμίαν μετέωρος οὕτω ξυνῄει ἡ Ελλας, ὡς ἐπὶ σοφίαν τότε. Ηλις μὲν γὰρ, καὶ Σπάρτη, αὐτόθεν. Κόρινθος δὲ, ἀπὸ τοῦ Ισθμοῦ ὁρίων. Αθηναῖοι δὲ, εἰ καὶ Πελοποννήσου ἔξω, ἀλλ' οὐκ ἐλείποντο τῶν πόλεων, αἱ ἐπὶ θύραις εἰσὶ τοῦ Πίσης. αὐτοὶ μάλιστα οἱ ἐπικωδέσταται Αθηναίων, ἐς τὸ ἱερὸν στείχοντες, καὶ νεότης ἡ ἐξ ἁπάσης τῆς γῆς Αθηναζε φοιτῶσα· καὶ μὲν δὴ καὶ Μεγαρόθεν τινὲς ἐπεχωρίασαν τῇ Ολυμ-
κ. καὶ Β. πίᾳ τότε, καὶ *Βοιωτῶν πολλοὶ, κἀξ Αργόθεν, Φωκέων τε, καὶ Θεσσαλῶν, ὅσπερ εὐδόκιμον. οἱ μὲν, ξυνεγνότες ἤδη τῷ Απολλωνίῳ, ἀνακτησόμενοι σοφίαν, ἐπειδὴ πλείονων τε, καὶ θαυμασιωτέρων ἀκροάσασθαι ὠόντο. οἱ δ' ἄπειροι αὐτοῦ, δεινὸν ἡγούμενοι τοιοῦδε ἀνδρὸς, ἀνήκοοι φαίνεσθαι. πρὸς μὲν δὴ τοὺς ἐρωτῶντας ὅτῳ τρόπῳ διαφύγοι τὸν τύραννον, οὐδὲν ὤετο δεῖν φορτικὸν φρονεῖν, ἀλλ' ἀπολελογῆσθαί τε ἔφασκε, καὶ σεσῶσθαι. πολλῶν δ' ἐξ Ιταλίας ἥκόντων, οἱ ἐκήρυττον τὰ ἐν τῷ δικαστηρίῳ, διεκρίνετο μὲν ἡ Ελλας οὐ πόρρω τοῦ προσκυνεῖν αὐτὸν, θεῖον ἡγουμένοι ἄνδρα, διὰ αὐτὸ μάλιστα τὸ μηδὲν κόμπον μηδένα ὑπὲρ αὐτῶν καθίσασθαι.

A nulla de ipso tanquam homine spes esse poterat. Alij namque ligatum, & viuentem fuisse combustum audierant: alij viuum relictum, sed ceruicem clauis præfixam fuisse prædicabant: alij in barathrum, alij in puteum demersum fuisse asserebant. Postquam verò ipsum adueniisse constantior fama vulgauit, nulla vnquam Olympiade tam frequens totius Græciæ concursus, quàm tunc hominis visendi causa ab vniuersis factus est: conuenerunt B itaque ab Elide, & Sparta, & Corintho, & ab Isthmi finibus homines innumeri. Athenienses, licet extra Peloponnesum constituti, frequentes eodem venere: ex nulla verò *vicinarũ Pisæ* vrbium populus defuit: sed præcipuè Athenensiũ iuuenum innumerabilis penè multitudo concurrit. Megarenses etiam aliquot, qui tum fortè in Olympiis versabantur, interfuere: multi præterea Boëtiorum, & Argiuorum. C Quicquid insuper apud Phocenses Thessalósque nobilitatis fuit, eodem confluxit: quorum alij quidem Apollonium iam antea nouerant: alij cùm antea non vidissent, indignum putabant virum talem ignorare. Ipse autem interrogantibus quo pacto ex tyranni manibus euasisset, nihil gloriosè de se iactans respondebat, sed tantùm defensione dicta liberatum iudicio se dicebat. Veniebant autem ex Ita- D lia complures, qui eius res actas in iudicio prædicabant. quapropter non multum abfuit, quo minus ipsum Græcia tanquam Deum adoraret: propterea maximè illum admirantes, quòd ob ea quæ gesserat, nihil supra ceteros elatus videbatur.

Adoleſcentis cuiuſdam Athenienſis coërcetur garrulitas. Deinde qui in Olympiis diſſeruerit Apollonius cum Iſagora quodam Theſſalo. CAP. VI.

QVVM adoleſcens quidam ex A iis, qui Athenis venerant, maximè beneuolam Domitiano Palladem eſſe diceret: Deſine, inquit Apollonius, in Olympiis talia prædicare, Deámque coram patre calumniari. Cúmque ille *verbis acerbioribus indulgeret*, & iuſtè facere Deam affirmaret, quoniam rex cognominem Athenienſibus magiſtratum gerebat: Vtinam, inquit Apollonius, & Panathenæis ſacris intereſ- B ſet. talibúſque verbis adoleſcentis garrulitatem coërcuit. Et priore quidem reſponſo quaſi malè de Diis ſentientem redarguit, cùm beneuolos tyrannis eos eſſe diceret: altero autem oſtendebat *Athenienſes* minimè cõuenientia *ſtatuere iis qui in Harmodij & Ariſtogitonis honorem decreuerant*: *ſi quidem cum illis vt viris* ſtatuas in foro *erexiſſent*, ob ea quæ in Panathenæorum celebritate fecerant: *poſtea tyrannis gratificarentur*, C *vt ſuffragiis admiſsi imperarent*. Cùm Damis de pecuniis Apolloniũ conſuleret, dicerétque viatici parum admodum ſupereſſe, Cras, inquit Apollonius, id curabimus. Itaque poſtridie in templum veniens, Da mihi, inquit, ô ſacerdos, ex pecuniis Iouis mille drachmas, niſi moleſtè Iouem hoc laturum putas: tum ſacerdos, Minimè verò pro his indignabitur Iupiter, ſed potius, D quòd non plures acceperis. Cùm Theſſalus quidam Iſagoras nomine ad eum alloquendum in Olympia veniſſet, Dic mihi, ô Iſagora, inquit Apollonius, putáſne aliquid eſſe panegyricam celebritatem? Certè per Iouem, inquit ille; imò verò

Νεανίσκου δὲ τῶν ἡκόντων Ἀθήνηθεν, μάλα εὔνοιαν τῇ Ἀθηνᾷ ἐν τῷ βασιλεῖ φήσαντος, πέπαυσο, εἶπεν, Ὀλυμπίασιν ὑπὲρ τούτων ἐφ' ὑμῖν, καὶ διαβάλλων τὴν θεὸν τῷ πατρί. ἐπιδιδόντος δὲ τοῦ νεανίσκου τῇ ἀχθηδόνι, ἢ δίκαια προφάσιν τὴν θεὸν φήσαντος· ἐπειδὴ δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν ἐπώνυμον Ἀθηναίοις ἦρξεν· εἰ δὲ, ἔφη, καὶ ἐν Παναθηναίοις· ἐπισοβίζων αὐτὸν, τῇ μὲν πρώτῃ τῶν ἀποκρίσεων, ὡς κακῶς εἰδότα περὶ τῶν θεῶν, εἰ τυράννοις αὐτοῦ εὔνους ἠγεῖτο· τῇ δ' ἐφεξῆς, ὡς καὶ ἀκόλουθα τοῖς ἐφ' Ἁρμοδίῳ, καὶ Ἀριστογείτονι φηφιζομένων Ἀθηναίων, εἰ τοὺς ἄνδρας ἐκείνους ἐπ' ἀγορᾶς νομίζοντες, ὑπὲρ ὧν ἐν Παναθηναίοις ἔδρασαν, τυράννοις λοιπὸν χαριζοῖντο, τὸ κεχροτονημένους αὐτῶν ἄρχειν. ξυμβαλλόντος δ' αὐτῷ τοῦ Δάμιδος ὑπὲρ χρημάτων, ἐπειδὴ τῶν ἐφοδίων σφίσι παῦρα σμικρὰ ἐλείπετο, αὔριον, ἔφη, τούτου ἐπιμεληθήσομαι. καὶ προελθὼν τὴν ὑστεραίαν ἐς τὸ ἱερὸν, δὸς, εἶπεν, ὦ ἱερεῦ, χιλίας μοι δραχμὰς ἀπὸ τῶν τοῦ Διὸς χρημάτων, εἰ μὴ σφόδρα οἴει χαλεπαίνειν αὐτόν. ὁ δὲ ἱερεύς, οὐχ ὑπὲρ τούτων, ἔφη, χαλεπαίνει, ἀλλὰ μᾶλλον εἰ μὴ πλείω λήψῃ. Θεσσαλὸς ἦν ἀνὴρ, ᾧ ὄνομα Ἰσαγόρας, ξυνόντος αὐτῷ ἐν Ὀλυμπίᾳ, εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Ἰσαγόρα, ἔστι τι πανήγυρις; νὴ Δί', εἶπε, τό γε

σχ. τῶν τε ἐκείνου δὲ καὶ τῶν ἄξιον ὅπου ἐρεῖ, Ἀπολλωνίου· ὡς ὁ μικροῖς λέουσι· ὧν ἢ πῖς κρατῆσι, μᾶλλον κυνίδιον.

ἥδιστον, καὶ θεοφιλέσατον τῶν κατ' ἀνθρώπους. πίς ὖ δὴ ὕλη τούτου; ὥσπερ δὴ εἰ ἐγὼ μὲν ἠρόμην ὑπὲρ ὕλης τοῦδε τοῦ ἀγάλματος· σὺ δ' ἀπεκρίνω χρυσοῦ, καὶ ἐλέφαντος ξυντεθῆναι αὐτό. καὶ πίς, ἔφη, ὕλη, Ἀπολλώνιε, τῶν γε ἀσωμάτου; μεγίστη, εἶπε, καὶ ποικιλωτάτη. τεμένη τε γὰρ ἐν αὐτῇ, καὶ ἱερά, καὶ δρόμοι, καὶ σκιαὶ δή που· ἔθνη τε ἀνθρώπων. τὰ μὲν, ἐκ τῆς ὁμόρου τὰ δὲ, ἐκ τῆς ὑπερ ἐρίων τε, καὶ ὑπερ θαλάτταν. καὶ μὲν καὶ τεχνῶν πλείστων εἰκὸς αὐτόθι ξυγκεῖσθαι, καὶ σοφισμάτων. σοφίας τε ἀληθινῆς, καὶ ποιητῆς, καὶ ξυμβολαίων, καὶ διαλέξεων· γυμνῆς τε ἀγωνίας, καὶ μουσικῆς, ὡς Πυθοῖ πάτριον. ἔοικεν, ἔφη, Ἀπολλώνιε, οὐ μόνον σωματοειδὲς εἶναι πανήγυρις, ἀλλὰ καὶ θαυμασιωτέρας ὕλης, ἢ αἱ πόλεις. τὰ γὰρ τῆς ἀνουσιάων, ἀνουσιώτατα, καὶ τὰ τῶν ἐλλογίμων, ἐλλογιμώτατα ξυγκαλεῖ, καὶ ξυνοικίζει. ἆρ' οὖν εἶπεν, ὦ Ἰσαγόρα, καθάπερ οἱ πολλοὶ τείχη, καὶ νεὼς ἡγούμεθα, οὕτω ἄνδρας ἡγησόμεθα, ἢ ἑτέρας ἐπ' αὐτοῖς δεῖ δόξης; τελεία, ἔφη, ὦ Τυανεῦ, ἥδε ἡ δόξα, καὶ δίκαιον ἕπεσθαι αὐτῇ. καὶ μὲν ἀτελής, εἶπεν, ἐνθυμουμένῳ σοὶ αὐτῆς, οὐκ ἐγὼ ζήτουν. δοκοῦσι γάρ μοι καὶ νῆες ἀνδρῶν δεῖσθαι, καὶ ἄνδρες νεῶν, καὶ μήθ' ἂν ἐνθυμηθῆναί ποτε ἀνθρώπους πλοῦν θάλατταν, εἰ μὴ ναῦς ἦν. σώζειν τε ἄνδρας μὲν τείχη, τείχη δὲ ἄνδρας· πανήγυρις ὂν κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον εἶναι μὲν καὶ ἡ τῶν ἀνδρῶν ξυνόδος, εἶναι δὲ αὐτὸ τὸ χωρίον, ἐς ὃ χρὴ ξυνιέναι. καὶ τοσούτῳ μᾶλλον,

A rem iucundissimam, & eorum quæ ab hominibus fiant, Diis immortalibus gratissimam. Quæ igitur celebritatis huius est materia? Dico autem ceu si de huius statuæ materia interrogarem responderes. Credo aurum & ebur statuæ materiam esse, quoniam ex iis statua sit composita. Quæ autem, inquit Isagoras, incorporeæ rei potest esse materia? Maxima, inquit Apollonius, multúmq; varia. Nam in panegyri templa sunt, & delubra, & stadia ad currendum, tum verò scenæ; & gentes plurimæ partim & finitimis, partim ex transmarinis regionibus venientes. ex multis insuper artibus & sophismatibus panegyris; ex vera quoque sapientia & poëtica; ex consultatiuis etiam, & disputatiuis orationibus, & musicis cantibus. Videtur, inquit Isagoras, non solùm corporea esse panegyris, sed ex admirabiliore materia cõstare, quàm ciuitates. Studiosorum enim studiosissima quæque, & elegantium elegantissima in vnum cogit & cumulat panegyris. An igitur, ô Isagora, sicut plerique muros, aut naues existiment, ita nos homines existimabimus? An aliud quid de ipsis opinabimur? Perfecta, inquit ille, ô Tyanensis, isthæc est opinio, & hanc sequi iustum est. Immò verò imperfecta, inquit Apollonius, si quis perinde atque ego de ipsa consideraut. Videtur enim mihi naues hominibus, & homines nauibus indigere: nec fuisse vnquam censeo, vt homines de mari aliquid cogitarent, nisi naues essent: pari modo etiam dicere possum muros ab hominibus conseruari, & homines rursus à muris. Eadem itaque ratione panegyrim dico esse quidem virorum conuentum, etiam esse locũ ipsum, vbi illos conuenire necesse est: atque eò magis,

quò muri quidem, & naues factæ non fuiſſent, niſi propter hominum vtilitatem. Hi autem agri manibus hominum non facti, ſed potius corrupti ſunt naturali qualitate, propter culturam ipſis ablatam. Et quæ bene à natura perducebantur, conuentus faciendi cauſa remota ſunt: porticus namque & fontes & gymnaſia humana arte fabricata ſunt, ceu mœnia, atque naues. Alphéus autem iſte, & ſtadia atque hippodromi, tum etiam luci ante homines in his locis fuerunt: & his quidem potum lauacrúmque ſuppeditat: latitudo autem planiciei ad equorum certamen eſt idonea; puluerulentus autem ager curſoribus: & Athletis ſpatia ſubminiſtrat: cùm terminum quendam, & metas idoneas longitudo vallis præbeat: luci autem frondes exhibent, quibus victores coronentur; præbent etiam congruum locum, vbi Athletæ curren do ſe exerceant. Hæc igitur quódam meditatus Hercules, & naturalem Olympiæ pulchritudinem amans, locum ipſum dignum ludis, qui hîc etiam hodie celebrantur, & aptiſſimum eſſe iudicauit.

ὅσῳ τείχη μὲν, καὶ νῆες, οὐ δ' αὖ ἐγγύονθ', εἰ μὴ δι' ἀνθρώπων * χρείας· τὰ δ' ὄ χωρία ταῦτα, ὑπὸ χερῶν μὲν ἀνθρωπείων ἐφθάρη, τὸ αὐτοφυὲς δὲ μὴ ἐξῃρέθη· φύσεως δ' οὖ ἥκοντα, ἐπάξια τῆς ξυμφοιτᾶν ἐς αὐτὰ νομίσθη· γυμνάσια μὲν γάρ, καὶ σοαὶ, καὶ κρῆναι, καὶ οἶκοι, τέχνῃ ταῦτα ἀνθρωπεία εἰργάσθη, καθάπερ τὰ τείχη, καὶ αἱ νῆες· Ἀλφεὸς δὲ οὗτος, καὶ ἱπποδρόμους, καὶ στάδιον, καὶ ἄλση, ὡς ἀνθρώπων δήπου ἐγγύς· ὁ μὲν, ἀποχρῶν ποτὸν εἶναι, καὶ λουτρὸν, ὅδ' εὐρὺ πεδίον συναγωνίσασθαι τοῖς ἵπποις, ὅδ' ἐγκονίσασθαι, καὶ διαδραμεῖνα θλητῆς, διὰ τὸ ὡς ἔχεσθαί πνα ὅρον, αὐλῶνα, σταδίου μῆκος· τὰ δὲ ἄλση στεφανῶσαι τοὺς νικῶντας, καὶ τοῖς δρομικοῖς τῶν ἀθλητῶν γυμνάσαι. ταῦτα γάρ που καὶ Ἡρακλεῖ σὺν διανοίᾳ, καὶ τὸ αὐτοφυὲς τῆς Ὀλυμπίας ἀγασθέντι, ἐπάξιος ἐφάνη ὁ χῶρος τῶν ἐπὶ νεῶ σπουδαζομένων ἐνταῦθα.

Ad Trophonium Apollinis filium ſub terram ingreſſum Apollonium, ac gratum id fuiſſe Trophonio. Tum de libello Antij ſuſpenſo, qui Apollonij fuerat. Quódque in Antio regiam habuerit Adrianus, quòd eam vrbem amaret præter ceteras (eſt autem Antium vrbs Italiæ, quam mare alluit, quæ nunc Neptunus dicitur. Stephanus ſcribit Ἄνθιον *per* θ *literam aſpiratam.) Deinde vndique ad Apollonium philoſophiæ gratia acceſsiſſe diſcipulos.*

CAP. VIII.

CVM iam dies quadraginta fuiſſet in Olympiis verſatus Apollonius, ibíque multa ſapienter diſputaſſet, In ciuitatibus Græcis, inquit, ô viri, vobiſcum loquar in feſtis, in pompis, in myſteriis, in ſacrificiis, in libationibus. Vrbano

Ἡμερῶν δὲ τεσσαράκοντα διαλεχθεὶς σὺν Ὀλυμπίᾳ, καὶ πλεῖσα σοφιζόμενος, καὶ κατὰ πόλεις μὲν, ἔφη, διαλέξομαι ὑμῖν ἄνδρες Ἕλληνες, σὺν πανηγύρεσιν, ἐν πομπαῖς, ἐν μυστηρίοις, σὺν θυσίαις, σὺν σπονδαῖς. ἀστείῳ

ὦ ἀνδρὸς δέονται. νῦν ὦ ἐς Λεβάδειαν
χρὴ καταβῆναί με, ἐπεὶ τῷ Τροφωνίῳ
μήπω ξυγγέγονα. καί τοι ἐπιφοιτήσας
ποτὲ τῷ ἱερῷ. Ϲ εἰπὼν ταῦτα, ἐχώρει δὴ
ἐπ' Ἀρκαδίας, οὐδένος λειπομένου τῶν
θαυμαζόντων αὐτόν· τὸ δὲ ἐν Λεβα-
δείᾳ τέμενος, ἀνάκειται μὲν Τροφωνίῳ
χ. κοινὸν τ. τῷ Ἀπόλλωνος, ἔσβασις* μόνοις τοῖς ὑ-
πὲρ χρησμῶν φοιτῶσιν. ὁράται δὲ καὶ ἐν
τῷ ἱερῷ, μικρὸν δ' ἄνω τοῦ ἱεροῦ ἐν γλυ-
φῷ. * ξυγκλείσουσι δ' αὐτὸ σιδήρεοι ὀβε-
σχ. καθ' ὃν νῦν τόπον ἵδρυται τὸ πήδημος τοῦ ἀγίου Χει- λίσκοι, κύκλῳ περιβάλλοντες· ἡ δὲ κά-
σοφέσου τοῦ μάντεως. θοδος, οἵα ἰζήσαντα ἐπικαθίσαι. λαυ-
κῇ δ' ἐσθῆτι ἐσταλμένοι πέμπουσι, μελι-
τούτας ἐπάγοντες ταῖν χεροῖν, μειλί-
γματα ἑρπετῶν, ἃ τοῖς καπτοῦσιν ἐγχεί-
πτει. ἀναδίδωσι δὲ ἡ γῆ τοὺ μέν, ὃ πόρ-
ρω· τοὺ δέ, πορρωτάτω. καὶ δὴ ὑπὲρ
Λοκρῶν ἀναπέμπουσι, καὶ ὑπὲρ Φωκέ-
ας. οἱ δὲ πλεῖσοι, περὶ τὰ Βοιωτῶν ὅρια.
Περιθὼν οὖν ἐς τὸ ἱερόν, βέλομαι, ἔ-
φη, καταβῆναι ὑπὲρ φιλοσοφίας. ἀν-
πλεόντων δὲ τῶν ἱερέων, καὶ περὶ μὲν
τοῦ πολλοὺς λεγόντων μὴ ἂν ποτὲ δοῦ-
ναι ἀνθρώπῳ βραχεῖν ἔλεγχον τοῦ ἱεροῦ,
περὶ δὲ τοῦ ἄνδρα, πλανομένων* ἀπο-
σχ. ἀπηγο- ρεμβίας φέρειν ἀσθενείας, καὶ ὃ καθαρὰς χρῆσαι, τὴν μὲν
ἡμέραν ἐκείνην, διελέχθη περὶ τὰς
πηγὰς τῆς Ἑρκυνίας ὑπὲρ αἰτίας τοῦ μαν-
τείου, καὶ δόξης. μόνον δὲ ἐκεῖνο δι' αὐτοῦ
χρᾶ τοῦ χρωμένου. ἐπειρᾶτο δ' ὡς ἐγέ-
νετο, ἐλθὼν ἐπὶ τὸ στόμιον μετὰ τῶν ξυ-
νακολουθούντων νέων, καὶ τέτταρας τῶν
ὀβελίσκων ἀναπαύσας, οἳ ξυνέχουσι
τὰς τῆς παρόδου κλεῖδας, ἐχώρει ὑ-
ποχθονίῳ αὐτῷ τελέσαι, καθάπερ
ἐς διάλεξιν ἑαυτῷ στείλας. οὕτω τὰ

enim viro indigent. Nunc autem in Lebadeam descendere mihi necesse est, quia Trophonium adhuc non sum affatus, licet aliquando illius templum intrauerim. His dictis in Arcadiam profectus est, neminem relinquens eorum, qui ipsum admirabantur. Lebadeæ autem angustiæ Trophonio Apollinis filio sacratæ sunt, ad quas iis solùm qui oracula petunt, aditus patet. Posita autem est illius statua, non in templo, sed in tumulo, qui paulùm templo supereminet: quem ferrei obelisci vndique claudunt; descensus autem adeò angustus est, vt non aliter quàm sedendo ingredi quis possit. Demittuntur autem eò, qui intrare volunt albis vestibus induti, & mellitas placentas manibus portantes, quibus reptilia demulceant, quæ intrantibus obuiam serpunt. Emittit autem terra hos quidem longè, illos verò longissimè. Quidam & vltra Locros Phocenséque emittuntur: plerique etiam ad Bœoticorum fines. Ingressus igitur templum Apollonis, Volo, inquit, ad oraculi interiora penetrare philosophiæ causa: id cùm prohiberent sacerdotes, & populo palàm dicerent, se nunquam incantatori homini concessuros, vt oraculum polluat, ipsi Apollonio inualidas quasdam afferebant excusationes. Quapropter eo die Apollonius ab ingressu se continuit, atque secus *Hercynæ* fontem considens, de causa modóque orandi disputauit: causas afferens, cur ille solummodo petentibus responderet. Noctis autem principio, ad speluncæ fauces veniens plurimis adolescentibus comitatus, quatuor obeliscos, qui speluncę aditū claudebant reuellens, sub terrā penetrauit *cum sua lacerna, quasi ad colloquiū cōparatus*: quod

ipsi

ipsi Deo tam valde gratum fuit, vt A sacerdotibus postmodum in somnis apparens illos in admirationem viri conuerterit, eísque præceperit, vt ipsum in Aulidem prosequerentur, quòd illic miranda quædam signa effet ostensurus: permisit autem, vt ibidem permaneret dies septem, quod alij nunquam eorum, qui ad oraculum intrassent, concessum fuerat. Detulit autem Apollonius libellum, vbi ea, quæ interrogauerat, ab oraculo perscripsit. Cùm B enim ingrederetur sic Deum ille allocutus est. Quamnam, ô Trophoni, veram virtutem, & purissimam philosophiam esse putas? Continebat autem libellus ille opiniones Pythagoræ, quas illius oraculi consensu probatas esse monstrare voluit. Est autem is libellus Antij suspensus, & ob eam maximè causam is locus celebratur. Est autem Antium ciuitas Italiæ secus mare posita. Hæc autem quæ de Trophonio scripsi multos eorum qui Lebadeã C incolebant, audisse scio. De libello autem hoc mihi relatum est, fuisse libellum hunc post mortem Apollonij delatum ad Imperatorem Adrianum, & simul Apollonij epistolas aliquot. Non enim omnes colligere potuit, atque hæc omnia Adrianus in regia, quam Antij habebat, collocauit. Nam præter ceteras Italiæ ciuitates Antio maximè D delectabatur Adrianus. Venerũt autem illuc ex Ionia familiares omnes Apollonij, quos Apollonienses philosophos Græci vocabant: ibi locorum indigenis permisti iuuentutem effecerunt, cùm numero, tum amore, studióque erga philosophiam admirabilem. Negligebant autem penitus oratoriam facultatem, & eius disciplinæ professores aspernabantur, quòd linguam duntaxat, non

τῷ θεῷ φίλα προφάτων, ὡς ἐπισάντα τοῖς ἱερεῦσι τὸν Τροφώνιον, ἐς ἔκπληξίν τε αὐτοῖς καταστῆσαι ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς, ἐς αὐλίδα τε ἐπεσθαι κελεῦσαι πάντας, ὡς ἐκεῖ ἀναδυσομένου θαυμασιώτατα δώσοντος. ἀνέσχε γὰρ δὴ ἡμερῶν ἑπτὰ, ὅσων μή πω τις τῷ ὑπελθόντων τὸ μαντεῖον, φέρων βιβλίον προσφοιτᾶσαν τῇ ἐρωτήσει. ὁ μὲν, ἐπεὶ κατῆλθεν εἰπών, τίνα, ὦ Τροφώνιε, καὶ σὺ τὴν ἀρετὴν, καὶ καθαρωτάτην φιλοσοφίαν ἡγῇ; τὸ δὲ βιβλίον, τὰς Πυθαγόρου εἶχε δόξας, ὡς καὶ τοῦ μαντείου τῇ σοφίᾳ ταύτῃ ξυμπνεομένου. ἀνάκειται τὸ βιβλίον τοῦτο ἐν Ἀντίῳ, καὶ προσδάζεται διὰ τοῦτο αἰτίαν. τὸ δὲ Ἄντιον, Ἰταλῶν τῶν ἐπὶ θαλάττῃ. ταῦτα μὲν δὴ καὶ τῶν Λεβαδέων οἰκούντων ξυνεχῶς ἀκροάσασθαι. περὶ δὲ τοῦ βιβλίου τούτου, γνώμη ἀποφαίνεσθαί μοι, διακομισθῆναι μὲν αὐτὸ βασιλεῖ Ἀδριανῷ ὕστερον· ὅτε ὃ καὶ ἄλλας τῶν Ἀπολλωνίου ἐπιστολῶν, οὐ γὰρ δὴ πάσας γε, καταμεῖναι ἐς τὰ βασίλεια τὰ ἐν τῷ Ἀντίῳ, οἷς μάλιστα δὴ τῶν περὶ τὴν Ἰταλίαν βασιλείων ἔχαιρεν. ἀφίκοντο δ' αὐτῷ κἀξ Ἰωνίας ὁμιληταὶ πάντες, οἷς ὠνόμαζον Ἀπολλωνίου ἡκιάς. ξυμβάντες τοῖς αὐτόθεν, νεότης ἐκφύοντο, θαυμάσαι ἄξιοι τὸ πλήθους, καὶ τῆς ἐς τὸ φιλοσοφεῖν ὁρμῆς. ῥητορικὴ μὲν γὰρ ἀπέκειτο ἀμελουμένη. καὶ μικρὰ προσεῖχον τοῖς περὶ τέχνων ξυγγράμμασιν, ὡς μόνου δι-

διδασκάλου τῆς γλώττης. ὠθίζοντο δὲ ἅπαντες ἐπὶ τὴν ἐκείνου φιλοσοφίαν παντὸς. ὅτι ὥσπερ τοῦ Γύγας φασὶ, καὶ τοῦ Κροίσους, ἀνεῳγέναι τὰς τῶν θησαυρῶν θύρας, ἵν' ἀπαντλεῖν εἴη τοῖς δεομένοις, οὕτω παρεῖχε τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν τοῖς ἐρῶσι, καὶ παντὸς ἐραστὰν ξυνεχώρων. διαβαλλόντων δ' αὐτὸν σφίσιν ὅτι τὰς τῶν ἡγεμόνων ἐπιδημίας σκυτρέποιτο, καὶ ἀπάγοι τοὺς ἀκροατὰς ἐς τὰς ἡσυχίας μᾶλλον, καὶ πυθόμενος ἀποσκώψαντος μετελαμβάνειν αὐτὸν τὰ πρόβατα, ἐπειδὰν τοὺς ἀγοραίους προσιόντας μάθῃ, νὴ Δί', εἶπεν, ἵνα μὴ ἐμπίπλωσι τὴν ποίμνην λύκοι. πῶς ἐβούλετο αὐτῷ τοῦτο; τοὺς ἀγοραίους ὁρῶν ἀποβλεπομένους ὑπὸ τῶν πολλῶν, καὶ προϊόντας ἐκ πενίας ἐς πλοῦτον, ἀπεχθείας τε οὕτως ἀπαλλαττομένους, ὡς αὐτὸ τὸ ἀπέχθεσθαι πωλεῖν, ἀπῆγε τοὺς νέους τοῦ ξυνεῖναι σφίσι. καὶ τοὺς ξυγχωμένους αὐτῷ, ἐνουθέτει πικρότερον, οἷς ἀποπλυνόμενος βαφῆς ἀπόπτυστον διεβέβλητο μὴ καὶ πρὸς αὐτοὺς καὶ τοὺς ἄλλους χρόνον. ὑπὸ δὲ τῶν ἐν Ῥώμῃ δεσμωτηρίων, καὶ τῶν δεδεμένων τε, καὶ ἀπολλυμένων, ὅπως διεπέθη* πρὸς πολὺ τέχνῃ, ὡς πάντα ταῦτα τῶν συκοφαντούντων, καὶ τῶν δυνάστῃ ἐπιρρέοντων ἡγεῖτο μᾶλλον, ἢ τοῦ τυράννου.

* al. διεπάθη

A autem mentem redderet eruditiorem. Properabant igitur vndique viri ad eius philosophiam perdiscendam. Ipse autem (sicut de Gyge quondam, & Crœso perhibetur, apertas habuisse thesaurorum suorum fores, vt egentibus omnibus inde liceret accipere) sic omnibus volentibus suam impertiebatur sapientiam, cùm se quidam calumniarentur, quòd principum familiaritates vitaret, & auditores B à rebus agendis ad nimiam quietem abduceret, redarguerent: etiam quòd venientibus ad se mercatoribus discipulos tanquam pecudes abigeret, Planè, inquit, ita facio, ne fortè lupi gregem inuadant. quid autem hæc verba sibi voluerint, ostendam. Cùm videret mercatores à pluribus cum admiratione quadam aspici, quòd ex pauperib. diuites euasissent, odiúmque ab iisdem adeò contemni, vt lucri causa ab omnibus odio haberi parui facerent: adolescentes ab C eorum congressu abducebat: & si qui ad eum alloquendum venissent, grauibus verbis castigabat, vt iniustam illis maculam deleret. Aliàs enim in eos grauiter fuerat inuectus. De carcere verò vbi Romæ inclusus fuerat, & de iis, qui cùm eò vnà, partim vincti, partim autem necati fuerunt, ita sentiebat, vt calumniatorum, & eorum, qui D dicendi facundia possent, id opus magis, quàm tyranni esse opinaretur.

De prodigio & ostento, quod Græcè διοσημία dicitur, id verò fuisse aiunt coronam in cœlo solem circundantem, quæ Græcè στέφανος appellatur: significaßéq; Domitianum à quodam, cui nomen Stephano, occisum iri, vt mox euenit. Quódque compositis Græciæ moribus in Ioniam nauigarit Apollonius. CAP. IX.

DVM in Græcia studiis intentus degebat Apollonius, in cœlo tale quoddam prodigium apparuit. Corona quædam Iridi similis Solem circundedit: quæ radios eius, ac lumen obscurabat. Putabant igitur omnes tali signo rerum nouitatem aliquam portendi. Græciæ verò præfectus Athenis in Bœotiam Apollonium accersens, Audiui, inquit, Apolloni, te dæmonum quadam sapientia præditum esse. An etiam, inquit Apollonius, humana me scire audiuisti? Audiui, inquit ille, & auditis assentior. Quoniam igitur quod dixi confiteris, inquit Apollonius, noli de consiliis Deorum esse curiosus. Hoc enim ipsum humana laudat sapientia. Sed cùm ille mitioribus verbis Apollonium placasset, & quæ cogitarat proferre vsus esset, Vereor, inquit, ne cuncta vertantur in noctem. Cui Apollonius, Confide, inquit. Nam hac nocte lumen aliquod prodibit. Post hæc Apollonius vbi rectè dispositisse censuit cuncta, quæ in Græcia componenda videbantur, & illic biennio mansisset, in Ioniam nauigauit: cúmque socij & familiares omnes sunt secuti. Diutius autem apud Smyrnas & Ephesum philosophatus est: quamuis & alias Ioniæ ciuitates peragrauerit, & ab omnibus cum summa lætitia, voluptatéque susceptus est. Nam omnes magno illius desiderio tenebantur. Itaque industrij permultum lucri feciisse putabantur. quòd ad eos diuertisset.

A ΠΕΡΙ δὲ τὸν χρόνον, ὃν ἐν τῇ Ἑλλάδι συνεσπούδαζεν, ἐπεῖχε τὸν οὐρανὸν διοσημία τοιαύτη. τὸν τοῦ Ἡλίου κύκλον περιελθὼν στέφανος εἰκόνι Ἰριδι, τὸ ἀκτῖνα ἠμαύρου. ὅπερ μὲν δὴ ἐς νεωτερισμὸν ἡ διοσημία ἔφερε, δῆλα τοῖς πᾶσιν. ὁδὶ ἀρχὼν τῆς Ἑλλάδος καλέσας αὐτὸν ἐξ Ἀθηνῶν ἐς Βοιωτίαν, ἀκούω σε, B εἶπεν, Ἀπολλώνιε, σοφὸν εἶναι τὰ δαιμόνια· εἶτα, ἔφη, ἀκούεις ὅτι καὶ τὰ ἀνθρώπεια. ἀκούω, εἶπε, καὶ ξύμφημι. ἐπεὶ τοίνυν, ἔφη, ξυνομολογεῖς, μὴ πολυπραγμόνει θεῶν βουλάς· τοῦτο γὰρ ἡ τῶν ἀνθρώπων σοφία ἐπαινεῖ. ἐπεὶ δὲ ἐλιπαρῶς τ' Ἀπολλώνιον εἰπεῖν ὅποι διανοεῖται· δεδιέναι γὰρ μὴ ἐς νύκτα μεταση πάντα, θαῤῥεῖ, ἔφη, ἔσται γὰρ καὶ C τῆς νυτὸς ταύτης φῶς. μεταταῦθ' ὁ μὲν, ἐπειδὴ τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἱκανῶς εἶχε, δυοῖν συνδιατρίψας ἔτοιν, ἔπλει ἐς Ἰωνίαν, ξυνεπομένης αὐτῷ τῆς ἑταιρείας. καὶ τῷ μὲν πλείω χρόνον, ἐφιλοσόφει δὲ καὶ τὴν Σμύρναν τε· καὶ τὴν Ἔφεσον· ἄλλων δὲ καὶ τὰς ἄλλας, οὐ σὺν ὀλιγῳ τῶν πόλεων ἀνδρῶν δοκῶν, ἀλλὰ καὶ ποθεῖσθαι * ἀ- D κόπτως ἀ-ξίως· οὐ κέρδος μέγα τοῖς δεξιοῖς.

De cauſa mortis, ac de cæde Domitiani, & quoto ſuæ ætatis anno interfectus fuerit: quódque Epheſi id prædixerit Apollonius ex ipſa hora, qua tyrannus à Stephano ſuæ ſororis liberto occidebatur. CAP. X.

ΕΩΘΟΥΝ ὁ θεοὶ Δομετιανὸν ἤδη τῶν ἀνθρώπων ἀπελαύνειν. ἔτυχε μὲν γὰρ Κλήμεντα ἀπεκτονὼς, ἄνδρα ὕπατον, ᾧ τὴν ἀδελφὴν τὴν ἑαυτοῦ ἐδεδώκει. ἀπόστασιν δ' ἐπενοήθη μὲν καὶ τρίτῃ, ἢ τετάρτῃ ἡμέραν τοῦ φόνου, καὶ ἐκείνῳ ἐς ἀνδρὸς φοιτᾶν· στέφανος τοίνυν ἀπελεύθερος τῆς γυναικὸς, ὃν ἐδήλου τὸ τῆς διοσημίας σχῆμα. εἴ τε τεθνεῶτα συνυμνηθεὶς, εἴ τε πάντας, ὥρμησε μὴν ἴσα τοῖς ἐλευθεροτάτοις ποτὲ Ἀθηναίοις ἐπὶ τὸν τύραννον. ξίφος δ' ὑφείρας τῇ τῆς ἀριστερᾶς πήχει, καὶ τὴν χεῖρα ἐπιδέσμοις δυαλαβὼν, οἷς κατεαγῆναν, ἀπόντι τοῦ δικαστηρίου προσελθὼν, δέομαί σου, ἔφη, βασιλεῦ, μόνου· μεγάλα γὰρ ὑπὲρ ὧν ἀκροάσῃ. καὶ ἀπαξιώσαντος ὁ τοῦ τυράννου τὴν ἀκροάσιν, ἀπολαβὼν αὐτὸν ἐς ὑδρῶνα, οὗ τὰ βασίλεια, Οὐ τέθνηκεν, εἶπεν, ὁ πολεμιώτατός σοι Κλήμης, ὡς σὺ οἴει· ἀλλ' ἔστιν, οὗ ἐγὼ οἶδα. καὶ ξυνίστησιν ἑαυτὸν ἐπὶ σέ· μέγα δ' αὖ βοήσαντος περὶ ὧν ἤκουσε, τεταραγμένῳ προσπεσὼν ὁ στέφανος, καὶ τὸ ξίφος τῆς ἐσκυασμένης χλαμύδος ἀναστάσας, δίηκε τοῦ μηροῦ. πρὸς μὲν τὴν αὐτίκα θάνατον, οὐ καιρίαν· πρὸς ὃ δὲ μὴ ταῦτα, καὶ ἄκαιρον. ὅδ' ἐρρωμένος μὲν τὰ ἄλλως τὸ σῶμα, γεγονὼς δὲ περὶ τὰ πέντε

EXtrudebant Dij tunc temporis Domitianũ ab hominũ imperio: ciúſq; mortis cauſa in hunc maximè modum exorta eſt. Interfecerat Domitianus Clementẽ virum conſularẽ, cui propriam ſororem matrimonio deſponderat, palàm etiã dixerat, poſt tertiã, quartámve diem, ipſam quoque ad virum eſſe profecturam. Stephanus igitur mulieris libertus, cuius nomen figuram viſi pridem in cœlo *coronæ* portenti ſignificabat, ſiue de interfecto Clemente cogitans, ſiue omnium Romanorũ ciuium conditionẽ miſeratus, Tyrannum interficere perinde agreſſus eſt, atque olim Athenienſiũ liberrimi fecerãt. Is igitur breuem gladiũ in ſiniſtræ manus brachio collocãs, manum tanquam fractam multis faſciis circumligauit: inde tyranno à foro, vbi ius dixerat, redeunti obuiã procedens, Opus mihi eſt, inquit, ô rex, ſecretò quædã tibi referre: audies autem ex me res magnas, atq; mirabiles. Cúmq; tyrannus colloquium non abnueret, in porticum, quæ regiæ adiacebat, illum deduxit. Tunc Stephanus, Non eſt, inquit, mortuus, vt arbitraris, inimiciſſimus tibi Clemens, ſed viuit adhuc egóq. id optimè ſcio, & ipſe eſt, qui nunc aduerſus te irruit. Clamãtis autem regis, & ob ea, quæ audierat perturbati Stephanus ab alligato brachio gladiũ educens femur perfodit vulnere quidẽ ad ſubitam mortẽ ferendam non ſufficiẽti, ſed *non irrito, quippe quod* extinguere tandem poſſet, cùm nullis medicamentis eſſet curabile. Ille quidem alioquin robuſto corpore, ſed annos ætatis quinq;

ſupra quadraginta natus propter vulnus minimè deiectus eſt, apprehenſóque Stephano ſuperincumbens, eruere oculos conabatur, & faciem aureo calice, qui fortè ſacrorum cauſa aſtabat, pertundens, Palladem, vt ſibi ferret auxilium, inuocabat. Audientes autem clamorem corporis cuſtodes, aliquo modo illum opprimi cognouerunt. Vniuerſi igitur accurrentes, cùm iam pœne exanimatum offendiſſent, aliquot illatis vulneribus interfecere. Et hæc quidem Romæ agebantur: Epheſi autem Apollonius eadem ipſa quaſi ante oculos poſita conſpexit. Dum enim hæc Romæ in regia agerentur, ipſe fortè in xyſti luco meridie diſputabat: & primò quidem velut repentino pauore perculſus vocem demiſit; deinde cõcisè magis, quàm conſueuerat, verba proferre cœpit, vt facere ſolent, quibus in media oratione nouum aliquod, & incredibile occurrit: tandem verò quaſi eorum, quæ dicere vellet oblitus, conticuit toruis oculis in terram aſpiciens: tres inde, aut quatuor paſſus è loco vbi conſtiterat, progreſſus, Percute tyrannum, percute, clamabat; non vt qui è ſpeculo veritatis imaginem traheret, ſed qui res ipſas ante ipſas fieri videret, & auxilium afferre conaretur. Cùm ſtuperẽt Epheſij, qui frequentes aderãt, ſubſiſtens Apollonius, ſicut facere ſolent, qui rem aliquam, dum fit, videntes, quo tandem euaſura ſit, expectant: tandem, confidite, inquit, ô viri: tyrannus namque occiſus eſt hodie: quid autem dixi hodie? immo potius hoc ipſo temporis momẽto, ita me Pallas adiuuet. Id enim eo ipſo tempore geſtum eſt, quo me cõticentem vidiſtis. Cúmq. inſanire

καὶ τεθαρρήκοντα ἔτη, ξιφεπλάκτη τρωθείς. ⓒ καταβαλὼν ⓣ Στέφανῳ, ἐπέκειτο τοῦ ὀφθαλμοὺς ὀρύττων, καὶ τὰς παρειὰς ξιφιδίῳ, πυθμὴν χρυσῆς κύλικος αὐτῷ καιμένης περὶ τὰ ἱερά. ἐκάλει δὲ καὶ τὴν Ἀθηναῖαν ἀρωγόν. ζυνόντες οὖν ⓐ δορυφόροι κακῶς πεφάσθοντες, εἰσῆλθ ἀθρόοι, καὶ ⓣ τύραννῳ ἀπέκτειναν, λιποθυμοῦντα ἤδη. ταῦτ ἐπράττετο μὲν ⓣ τὴν Ρώμῃ. ἐωρᾶτο δ Ἀπολλωνίῳ κατὰ τὴν Ἔφεσον. διαλεγόμενος γὰρ περὶ τὰ τῶν ξυσῶν ἄλση ⓣ μεσημβρίαν, ὅτε δὴ καὶ τὰ ἐν τοῖς βασιλείοις ἐλήγετο, πρῶτον μὲν ὑφῆκε τῆς φωνῆς, αἰδεῖσας· εἶτ ἐλλιπέστερον, ἢ ⓣ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, ἡρμήνευσεν ἴσα τοῖς μεταξὺ λόγων διορῶσί τι ἕτερον. εἶτα ἐσιώπησεν, ὥσπερ ⓐ τῶν λόγων ἐκπεσόντες· βλέψας τε δηνὸν ἐς τὴν γῆν, καὶ πρόσω βὰς τέτταρα, ἢ πέντε βημάτων, παῖε ⓣ τύραννον, παῖε ἐβόα· οὐχ ὥσπερ ἐν κατόπτρου τινὸς εἴδωλον ἀληθείας ἕλκων, ἀλλ αὐτὰ ὁρῶν, ἢ ξυλλαμβάνῃ* τὰ δρώμενα. ἐκπεπληγμένης δὲ τῆς Ἐφέσου, παρῆν δὲ διαλεγόμενος πᾶσα, ἐπισχὼν ὅσον ⓐ διορῶντες ἔστ δὴ χρόνῳ τινὶ τῶν ἀμφιβόλων τέλος· θαῤῥεῖτε, εἶπεν, ὦ ἄνδρες· ὁ γὰρ τύραννος ἀπέσφακται τήμερον. τί λέγω τήμερον; ἄρτι νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, ἄρτι πρὸ ⓣ καιρὸν τῶν ῥημάτων, οἷς ἐπεσιώπησα. μανίαν ὃ

* ἰσ. ξυλλαμβάνῃ τ.

ταῦθ' ἡγουμένων τῶν κατὰ τὴν Ἔφεσον, καὶ βελομένων ἀληθεύειν αὐτὸν, δεδιότων δὲ τὸν τῆς ἀκροάσεως κίνδυνον, οὐ θαυμάζω, ἔφη, τῶν μή πω πεισδεχομένων τὸν λόγον, οὐ μὴν ἡ Ῥώμη γιγνώσκει πᾶσα, ἀλλ' ἴδου γιγνώσκει. διαφοιτᾷ γὰρ καὶ πεύσοισι μὲν ἤδη μύριοι, πεισῶσι δ' ὑφ' ἡδονῆς δὶς τόσοι, καὶ διπλάσιοι τούτων, καὶ τετραπλάσιοι, καὶ πάντες δὴ σχεδὸν ἥμοι. ἀφίξεται τοιγὰρ τὸ ῥῆμα καὶ δεῦρο. καὶ τὸ μὲν μὴ θύειν ὑμᾶς ἐπ' αὐτοῖς, ἀναβεβλήσθω ἐς καιρὸν, ὃν ἀπαγγελθήσεται ταῦτα. ἐγὼ δὲ εἶμι πεισθύσομαι τοῖς θεοῖς, ὑφ' ὧν εἶδον.

A illum putarent Ephesij, cuperent tamen vera esse, quæ diceret: sed propter periculi magnitudinem talibus verbis aures præbere metuerent, Non miror, inquit Apollonius, vos mihi non habere fidem; iam nunc ea narranti apud vos, quæ nondum omnes qui Romæ sunt, cognouere. Sed iam ecce cognoscunt. Concurrunt enim vndique & fidem habent, multíque iam ob gaudium saliunt, immò verò po- B pulus vniuersus exultat: nec ita multò pòst nuntius hoc ipsum significans aderit: propterea sacra facere vos eousque differte, quoad certiores hac de re facti fueritis. Ego autem pro iis quæ vidi, Deos adoratum proficiscor.

Neruam post mortem Domitiani creatum Imperatorem scripsisse ad Apollonium, vt ad se accederet, quidque ille responderit. hinc Apollonium quandiu vixit dicere frequenter consueuisse, λάθε βιώσας. εἰ δὲ μὴ δύναιο, λάθε ἀποθανόσας. *hoc est,* Ignoreris vixisse: at si id non queas, nesciaris interiisse. CAP. XI.

Ἔτ' ἀπιστουμένων τούτων, ἦλθον οἱ C τῶν διαγγελίων δρόμοι, μάρτυρες τῆς σοφίας τοῦ ἀνδρός. καὶ γὰρ ἡ τοῦ τυράννου σφαγὴ, καὶ ἡ τοῦδε συνεγκοδσα ἡμέρα, καὶ ἡ μεσημβρία, καὶ οἱ κτείνοντες, ὡς οὓς ἡ προκέλευσις, οὕτως εἶχεν, ὡς οἱ θεοὶ τούτων ἕκαστα διαλεγομένῳ τῷ ἀνδρὶ ἀνέφαινον. τριάκοντα δ' ἡμέραις μεταταῦτα, ὑπεσείλαντος αὐτῷ τοῦ Νερούα, τῷ μὲν δεχθῆναι ἤδη τῶν D Ῥωμαίων ἔχειν, θεῶν τε βουλαῖς, κἀκείνου, καταχῶν δ' ἂν αὐτῷ ῥᾷον, εἰ ξύμβουλος αὐτῷ ἔλθοι, τὸ μὲν αὐτίκα, σημεῖνο γράφει τοῖς αὐτὸν αἴνιγμα, ξυνεσόμεθα, ὦ βα-

CVM adhuc illi, quæ dicebantur, non satis crederent, festinantes tabellarij cum literis talia significantibus superuenere, quæ etiam Apollonij sapientiam testabantur. Nam tyranni interfectio quo die facta fuerat, & qua diei parte meridie scilicet, & ab interfectoribus, quos ille fuerat adhortatus, ita facta fuisse nuntiabatur, sicut disputanti Apollonio Dij præmonstrauerant. Post dies triginta, à Nerua literas accepit, nuntiantes se Romanorum imperio potitum esse: ídque cùm Deorum numini, tum Apollonij consiliis acceptum referre, sperare autem se facilius illud gubernaturũ, si consiliario Apollonio vti possit. Adeum igitur Apollonius hoc ænigma rescripsit: Nos quidẽ, ô

rex, & quidem diu simul erimus: vbi neque nos aliis, neque alij nobis imperabunt. Iam enim (vt arbitror) agnoscebat sibi citò è vita migrandum esse, & Neruam breui tempore imperare debere. Annũ enim, & menses quatuor duntaxat imperauit, cùm optimus rex & modestissimus haberetur. Post hæc autem ne dilectissimum amicum præsertim in imperio constitutum negligere videretur, epistolam ad eum scripsit, nonnulla monentem eorum quæ inimperio acturus esset, tum Damidem ad se vocans, Tuam, inquit, operam res præsentes exposcunt, cùm enim arcana quædam in epistola contineantur, tum alia quædam sunt, quæ meo nomine regi nuntiari abs te velim. Serò autem viri calliditatem se percepisse scribit Damis. Epistolam enim optimè compositam, & res maximas continuisse refert: potuisset tamen ab alio etiam deferri: quæ igitur hac in re viri calliditas fuerit, ostendam. Consueuerat enim in omni vita Apollonius frequenter hanc sententiam proferre, Late cùm vixeris: sin minus id potes, late cùm sis è vita discessurus. Vt igitur à se Damidem amoueret, & ne coram testibus moreretur, occasionem epistolæ meditatus est, qua illum Romam mitteret. Et Damis quidem cùm ab eo discederet, vehementer se turbatum dicit, quamuis futurorum ignarus esset. Apollonius autem quamuis optimè sciret, quid euenturum esset, nihil tamen abeunti dixit, quale dicere solent, qui se nunquam amplius mutuò sint visuri, adeò persuadendi cupidus erat se semper esse victurum. Discedentem tamen his verbis admonuit: O Damis quanquam satis in te ipso habeas philosophiæ, me tamen respice.

A σιλῶ, χρόνῳ ἀλλήλοις πλεῖσον, ὃν μήτε ἡμεῖς ἑτέρου, μήτ' ἄλλῳ ἡμῖν ἀρξοι, ξωιεὶς ἴσως ἑαυτῷ τε ὡς μετ' οὐ πολὺ μεταστησομένῳ αὐθεφόπων, Νερύα τε, ὡς χρόνον βραχὺ ἀρξοντος. ἐς σὺ αὐτὸν γὰρ, καὶ μιῶας πέπαρας, τὰ τ' βασιλείας αὐτῷ πρέσβη, σωφρονεστάτῳ δόξαντι. ἵνα ὃ μὴ ἀμελῶν φαίνοιτο, φίλου τε ἀγαθοῦ, καὶ ἄρχοντος, ξωυέπεμψε μὴ ταῦτα
B πρὸς αὐτὸν ἐπιστολὴν, ξύμβουλον τῶν ἀρχικῶν. ὁ καλέσας δὲ Δάμιν, σοῦ, ἔφη, δεῖται ταῦτα· τὰ γὰρ ἀπόῤῥητα τῆς ἐπιστολῆς, γέγραπται μὲν πρὸς τὸν βασιλέα· ἔστι δ' οἷα ἢ ὑπ' ἐμοῦ λέγεσθαι, ἢ διὰ σοῦ. καὶ ὀφὲ ὁ Δάμις ξωυεῖναί φησι τ' τέχνης. πολὺ μὲν γὰρ ἐπιστολὴν ἄρισα τ' αὐτῷ, καὶ ὑπὲρ μεγάλων ξυγγεγράφθαι. πέμφθῆναι δ' αὖ καὶ δι' ἑτέρου. πῆς
C οὖν ἡ τέχνη τοῦ ἀνδρός; πάντα δὲ χρόνον, ὃν ἐβίω, λέγειν θαμὰ ἐπιφθέγγεσθαι, λάθε βιώσας· εἰ δὲ μὴ δύναιο, λάθε ἀποβιώσας. ἀπάγων οὖν ἑαυτῷ τὸν Δάμιν, ἵνα μὴ ὑπὸ μάρτυσι καταλύοι, πολὺ ἐπιστολὴν ἐσκέψατο, καὶ τὸ ἀναφοιτῆσαι αὐτὸν ἐς τ' Ρώμην. αὐτὸς μὲν δὴ παθεῖν τι ἀπὼν αὐτὸς φησιν, οὐδὲ εἰδὼς τὰ μέλλοντα· τὸν δ' οὖν εἰδότα, μηδὲν μέν οἱ
D εἰπεῖν, ὥσπερ εἰώθασιν οἱ μηκέτ' ἀλλήλοις ὀψόμενοι. τοσοῦτον αὐτῷ θέλειν ἑαυτοῦ πεπεῖσθ' ὅ, τι αὖ ἔσαιτο. φεύγοντα δ' ὧδε, ὦ Δάμι, κἂν ἐπὶ σεαυτῷ φιλοσοφῇς, ἐμὲ ὄρα.

De morte Apollonij, & quot annos vixerit. Hinc ligato à Dictynnæ templi custodibus sponte sua vincula decidisse, atque ingresso eo in templum, canentium virginum auditum hoc canticum, τεῖχε γαῖ, τεῖχε ἐς οὐρανὸν, τεῖχε. *hoc est,* Veni à terra, veni in cœlum, veni.

CAP. XII.

ΤΑ μὲν δὴ ἐς Ἀπολλώνιον τὸν Τυα- A
νέα Δάμιδι τῷ Ἀσυρίῳ ἀναγε-
γραμμένα, ἐς τόν δε τὸν λόγον τελευ-
τᾷ· εἴγε ἐτελεύτα. φασὶ γάρ τινες,
καθ' ὃν ἐτελεύτα, πλείους μὲν λόγοι,
Δάμιδι δὲ οὐδεὶς εἴρηται. ἐμοὶ δὲ,
οὐδὲ τοῦτο χρὴ παραλελεῖφθαι. δεῖ
γάρ που τῷ λόγῳ ἔχειν τὸ ἑαυτοῦ
πέρας. οὐδὲ ὥσπερ ἡλικίας ταύτης
εἴρηται οὐδὲν τῷ Δάμιδι, ἀλλὰ τοῖς B
μὲν, ὀγδοήκοντα, τοῖς δὲ ὥσπερ τὰ
ἐνενήκοντα. τοῖς δέ, οὐ φέρω τὸν
ἑκατὸν ἐλθεῖν, γηράσκων πᾶν τὸ σῶ-
μα, καὶ ἀρτίως· νεότητος γὰρ ἡδίων.
ἔστι γάρ τις ὥρα καὶ φυτοῖν,
ἣ μάλιστα φασὶ σκιᾷ λωφᾶσιν,
ὡς εἰκόνες τε δηλοῦσι ταύτης ἐν τῷ
Τύανα δὲ ἱερῷ, καὶ λόγοι μᾶλλον
ὑμνοῦντες τὸ Ἀπολλωνίου γῆρας, ἢ C
τὸν Ἀλκιβιάδου ποτὲ νεότητα. τε-
λευτῆσαι δὲ αὐτὸν, ἃ μὲν, Ἐφέ-
σου θεραπεύόμενον ὑπὸ δυοῖν δμω-
αῖν. τεθνάναι γὰρ ἤδη ἃ ἀπελεύθε-
ροι, φασὶν ὧν κατ' ἀρχὰς εἶπον. ἐλευ-
θερῶσαι δὲ τὸν ἕτερον, αὐτὸν
φασὶ τῆς ἑτέρας ἕνεκα, ἐπεὶ μὴ τὴν
αὐτῶν ἠξίωσε. τὸν δὲ Ἀπολλώνιον,
καὶ δουλεύσαι φάναι φασί σε D
αὐτῇ. τοῦτο γάρ σοι ἀγαθοῦ ἀρξει.
τελευτήσαντος οὖν, ἃ μὲν, δουλεύει
σκιᾷ. ἃ δὲ σὺ μικρᾶς αἰτίας, ἀπο-
δόσθαι αὐτὸν καπήλῳ, παρ' οὗ

ET de Apollonio quidē Tyanen-
si hactenus ab Assyrio Damide
scriptū est. Nam de mortis genere, si
modò mortuus est, nihil est à Dami-
de scriptū. Sermones autē multi, va-
riiq. circunferuntur, quos ego peni-
tus omittendos non putaui, vt con-
gruum finē nostra contineret oratio.
Nam quo tempore ætatis mortuus
fuerit, nihil à Damide scribitur. Alio-
rum verò quidā octogesimū, alij no-
nagesimum, pleriq. etiam centesimū
ætatis annum excessisse perhibent, &
corpus habuisse senio quidem cōfe-
ctum, rectū tamen, & ad omnes vitæ
vsus idoneum, ita vt aspectu penè iu-
cundior esset, quàm in iuuēta fuerat.
Inest enim & senib. propter reueren-
tiā pulchritudo sua, quæ in illo ma-
ximè vigebat, ídq. ex eius imaginib.
quæ Tyanis in tēplo cōstitutæ sunt,
licet intueri. Hoc ipsum & orationes
à quibusdā editæ ostendunt, quæ A-
pollonij senectā laudabiliorē adoles-
centia Alcibiadis fuisse testātur. Tra-
ditur autē à quibusdam ipsum Ephe-
si decessisse, vbi duarū ancillarū mi-
nisterio vtens degebat, vt illi dicunt.
Iam enim liberti eius omnes, de qui-
bus in principio diximus, decesserāt.
Cúmq. ipse alteram ancillarū liber-
tate donasset, accusabatur ab altera,
quòd non se quoq; sicuti comitē iu-
beret liberam esse. Cui Apollonius,
Ne me perturbes, inquit, tibi enim
magis expedit seruire, quàm liberam
fieri. Illinc enim bonorū, quę habitu-
ra es, principiū tibi proueniet. Mor-
tuo igitur Apollonio, cùm illa quæ in
seruitute relicta fuerat, alteri seruiret,
ob paruā quandā indignationē, mer-
catori cuidā vendita fuit, & quamuis

formoſa nimiùm non eſſet, ab ipſo vehementius amabatur. Cúmque diuitiis abundaret mercator, vxorem ſibi illam aſciuit, & ex illa filios procreauit. Alij in Lindo mortuum aſſerunt Apollonium, cùm Palladis templum ingreſſus repente ex hominum conſpectu diſparuiſſet. Alij in Creta mirabiliori etiam modo interiiſſe narrant. Manſiſſe autem tunc temporis in Creta Apolloniũ, *quòd* magis quàm antea *admirationi eſſet*: Ferunt etiam ipſum in Dictææ matris templum intempeſtiuis horis quibuſdam venire conſueuiſſe; vbi templi cuſtodes propter maximas quæ illic erant, diuitias, canum vigilias complures præfecerant; qui vt à Cretenſibus fertur, vrſos etiam, & eiuſmodi alias beluas vincerent. Venienti tamen Apollonio non adlatrabant, ſed demiſſa cauda accedentes illi blandiebantur magis etiam quàm iis, quibus dudum iam erant aſſuefacti. Templi igitur antiſtes tanquam incantatorem & ſacrilegum comprehenſum ligauerunt accuſantes: quòd canibus placandis eſcam aliquam obieciſſet. Ipſe verò media ferè nocte ſeſe vinculis eximens, cuſtodibus, qui eum vinxerant, nominatim appellatis: ne diſcedens velle latere videretur, ad templi fores acceſſit, quæ ei vltro patuerunt. Cúmq; ipſe templum intraſſet, fores iterum vt erant antea, ſeſe clauſerunt, & vox quaſi cantantium virginum in templo eſt audita. Erant verò cantantiũ verba huiuſmodi, *Veni de terra: veni. in cœlum, aſcende*: nimirum, *veni è terra ſurſum.*

A πρίαθαί τις οὐδὲ ἀπρεπῆ οὖσαν. ἀλλ' ἐρᾶν ἔοικε, καὶ χρηματιστὴς ἱκανὸς ὢν, γυναῖκά τε αὐτὴν ποιεῖν, καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς ἐπεφάνθαι. οἱ δὲ ἐν Λίνδῳ, τελευτῆσαι αὐτὸν παρελθόντα εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ εἴσω ἀφανισθέντα. οἱ δὲ ἐν Κρήτῃ, φασὶ θαυμασιώτερον, ἢ οἱ ἐν Λίνδῳ. διατρίβειν μὲν ἐν τῇ Κρήτῃ τὸν Ἀπολλώνιον μᾶλλον, ἢ πρὸ τούτου θαυμαζόμενον. ἀφικέσθαι δὲ εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Δικτυώης ἀωρεί. Φυλακὴ δὲ τῷ ἱερῷ κυνῶν ἐπιτέτακται, φρουροὶ τῆς ἐν αὐτῷ πλούτου. καὶ ἀξιοῦσιν αὐτοῦ οἱ Κρῆτες μήτε τῶν θηρίων, μήτε τῶν ὡδὲ ἀγελαίων λείπεσθαι. οἱ δὲ οὔθ' ὑλακτεῖν ἤκοντα, σαίνειν τε αὐτὸν προσιόντες, ὡς μηδὲ τοῦτο ἄγαν ἐθάδας. οἱ μὲν δὴ τῷ ἱερῷ προϊσάμενοι, ξυλαβόντες αὐτὸν ὡς γόητα, καὶ λῃστὴν, δῆσαι, μείλιγμα τοῖς κυσὶ προβεβλῆσθαι ἐκεῖνον φάσκοντες. οἱ δὲ ἀμφὶ μέσας νύκτας ἑαυτὸν λῦσαι. καλέσας δὲ τοὺς δήσαντας, ὡς μὴ λάθοι, δραμεῖν ἐπὶ τὰς τοῦ ἱεροῦ θύρας. αἱ δ' ἀνεπετάσθησαν. προελθόντος δ' εἰπεῖν, τὰς μὲν θύρας ξυνελθεῖν, ὥσπερ ἐκέκλιντο· βοὴν δὲ ἀδυσῶν παρθένων, σύμφωνον. τὸ δὲ ἆσμα ἦν, στεῖχε γαῖς· στεῖχε. ἐς οὐρανὸν, στεῖχε. οἵδε, ἴθι αὖ τῆς γῆς αὖω.

De immortalitate animorum adolescenti cuidam Apollonium post obitum prædixisse.

CAP. XIII.

ΠΕΡΙ ψυχῆς δὲ ὡς ἀθανάτου εἴη, ἐφιλοσόφει ἔτι, διδάσκων μὲν ὅτι ἀληθὴς ὁ ὑπὲρ αὐτῆς λόγος, πολυπραγμονεῖν δὲ, καὶ ξυγχωρεῖν τὰ ὧδε μεγάλα. ἀφίκετο μὲν γὰρ ἐς τὰ Τύανα μειράκιον, φασὶ τῶν λεπτῶν τὰς ἔριδας, καὶ μὴ ξυμπιθέμενον ἀληθεῖ λόγῳ· τοῦ δὲ Ἀπολλωνίου ἐξ ἀνθρώπων μὲν ἤδη ὄντος, θαυμαζομένου δὲ ἔτι τῇ μεταβολῇ, καὶ μηδ' αὐτιλέξαι θαῤῥοῦντος μηδενός, ὡς οὐκ ἀθάνατος εἴη, λόγοι μὲν οἱ πλείους ἦσαν περὶ ψυχῆς ἐγίγνοντο. καὶ γὰρ νεότης τὰς ἰδίας αὐτόθι, σοφίας ἐρῶντες· τὸ δὲ μειράκιον, οὐδαμῶς τῇ τῆς ψυχῆς ἀθανασίᾳ ξυμπιθέμενον, ἐγὼ, ἔφη, ὦ παρόντες, τουτονὶ μῆνα δέκατον Ἀπολλωνίῳ διατελῶ βυβλίῳ, ἀναφλῶσί μοι τὸν ὑπὲρ ψυχῆς λόγον. ὁρᾶτε οὕτω τεθνεώς, ὡς μήτε ἐφίσασθαι δεομένῳ, μήτε ὡς ἀθάνατος εἴη πεῖσαι. τοιαῦτα μὲν τὸ μειράκιον τότε. πέμπτῃ δὲ ἀπ' ἐκείνης ἡμέρᾳ φιλοσοφουμένων, καθέδρας μὲν οὗ διελέγετο· τῷ δὲ ξυνόντων νέων, οἱ μὲν, τοῖς βιβλίοις ἦσαν· οἱ δὲ ἐσφαίριζον, γεωμετρικοὺς ἐπιχαράττοντες τόπους τῇ γῇ. τὸν δ' ὥσπερ ἐμμανὲς ἀναπηδῆσαν, ὠμόϋπνον, ἱδρῶτί τε πολλῷ ἐῤῥεῖτό τε, καὶ ἐβόα, πείθομαί σοι. ἐρομένων δ' αὐτὸ τῶν παρόντων ὅ, τι πέπονθεν, οὐχ ὁρᾶτε,

DE anima verò, quòd sit immortalis, visus est etiam post mortem philosophari, & docere vera esse, quæ de illius immortalitate tradantur: cùm tamen non sineret homines curiosius de re tam magna perscrutari. Venit enim Tyana adolescens quidam in disputando acutissimus, & qui non facilè veritati etiam cederet. Cúmque iam è vita migrasset Apollonius, magna erat opinionis eius facta mutatio: & licet apertè contradicere nemo auderet: aut mortalem animam esse palam asserere, varij tamen sermones habebantur. Multi namque illic iuuenes erant sapientiæ studiis dediti. Adolescens itaque opinioni de immortalitate animæ non consentiens, Ego, inquit, ô viri Tyanenses mensem iam decimum sum precatus Apollonium, vt mihi quid esset de anima sentiendum, reuelaret: ipse verò vsqueadeò mortuus mihi videtur, vt orãtium voces non audiat, nedum immortalem esse animam persuadeat. Hæc quidem coram populo adolescens est locutus. Post quintum verò diem, cùm apud populum identidem philosopharetur in eodem loco, vbi disputans constiterat, obdormiuit. Ceteri verò iuuenes, qui studia literarũ sectabantur, partim libris legendis incumbebant, partim geometricas quasdam figuras designabant in puluere. Ille verò tanquam furore quodam correptus exiliens, multóque sudore manans, clamabat, Ego tibi fidem habeo, Apolloni. cúmque adstantes interrogarent, quidnã passus ita exclamaret; Nónne videtis,

ἐξ. ὀξὺ ἢ μεταξὺ

qui, ſapientem Apollonium vobis ſuperſtare, & omnia quæ dicuntur audire, cùm ipſe etiam rationes admirabiles de anima proferat. Cúmque illi vbinam eſſet, interrogarent: à nullo enim ipſorum conſpiciebatur, quanquam id multò magis optare ſe dicerent, quàm omnium hominum bonis potiri; Mihi ſoli, inquit, viſibilis aduenit adoleſcens, de iis mecum locuturus, quæ antea non credebam. Audite igitur quæ tanquam oraculum quoddam mecum diuinitus eſt locutus:

Eſt anima immortalis, & incorrupta manebit,
Non tua res, verùm quæ prouidet omnia diuæ,
Quæ velut acer equus corrupto corpore vinclis
Proſilit, & tenui miſcetur flamine cæli.
Cui graue ſeruitium eſt, atq; intolerabile viſum.
Aſt tibi quidnam opera eſt pretiũ hæc cognoſcere, quantum
Talibus haudquaquã credas dum corpore viuis.

Sic manifeſtè Apollonij oraculum arcana protulit de ipſa anima, vt periti homines ſuam naturam cognoſcentes, eò proficiſcantur, quo fata iubent. Sepulchrum autem tanti viri, aut ſepulchrale nuſquam vidi, quamuis magnam habitabilis terræ partem peragrauerim. Omnium autem ſermonibus tanquam Deus colitur. At Tyanenſes regiis illum honoribus proſequuntur. Nec immeritò, neque enim reges dedignati ſunt iiſdem honoribus illum honorare, quibus ſe ipſos dignos eſſe arbitrabantur.

ἔφη, ὑμεῖς Ἀπολλώνιον τὸν σοφὸν, ὡς σπανιχαύτ τε ἡμῖν ἐπακροώμενον τῦ λόγου, καὶ περὶ ψυχῆς ραψῳδεῖ θαυμάσια; ποδ᾽ ἡ ὃς ἔφασαν, ὡς ἡμῖν γε οὐδαμοδ φαίνεται· καί τοι βουλομένοις αὖ τῦτο μᾶλλον, ἢ τὰ πάντων ἀνθρώπων ἀγαθὰ ἔχειν; καὶ τὸ μειράκιον, ἔοικεν ἐμοὶ μόνῳ διαλεξόμενον ἥκειν, ὑπὲρ ὧν μὴ ἔπιστευον. ἀκούετ᾽ οὖν οἷα τῷ λόγῳ ἔμπεδάζοι.

Ἀθανάτος ψυχὴ, κ᾽ οὐ χρῆμα σὸν,
ἀλλὰ θεοῖσ.
Ἡ μὴ σῶμα μόρσιμον, ἅτ᾽ ἐκ δεσμῶν θοὸς ἵππος,
Ῥηϊδίως θεθορῦσα, κιρφάννυται ἠέρι κούφῳ,
Δφνιὼ, καὶ πολύπλητον ἀποσείσασα λατρείαν.
Σοὶ ὃ πὶ τ᾽ ἦ ὄφελος, ὁπότ᾽ ἐκπέτ᾽ ἰὼν τότε, δόξῃς;
Ἢ πὶ μὴ ζωοῖσιν ἐὼν, θεὶ τῶν δε μαθόῃς;

Καὶ σαφὴς ἔστ᾽ Ἀπολλωνίου τέλος ἔσηνεν ὑπὲρ τῶν τ᾽ ψυχῆς ἀπορρήτων, ἵν᾽ εὐθυμοί τ᾽, καὶ τὴν αὐτῶν φύσιν εἰδότες, οἷ πάθοισι μοῖραι, πορευόμεθα. τάφῳ μὲν οὖν, ἢ ψαδοταφίῳ ἀνδρὸς, οὐδαμοδ πεφυτυχὼν οἶδα, καί τοι τ᾽ γῆς, ὁπόση ὅδιν, ἐπελθὼν πλείστην· λόγοις ὃ παντα-χοδ δαιμονίοις*, κὴ ἱεραῖ. Τύανα δὲ βασιλείοις σὺν πεποιημένα τέλεσιν, οὐδὲ βασιλεῖς ἀπιξίουν αὐτῷ, ὧν αὐτοὶ ἠξιοῦντο.

FINIS.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ, ΑΝΤΙΡΡΗ-

ΤΙΚΟΣ *ΠΡΟΣ ΤΑ ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ,

Απολλώνιον τὸν Τυανέα τῷ σωτῆρι
Χριστῷ παραβάλλοντος.

χ. φησὶ τὸν Φιλοστράτου δεδῆσθαι τῷ Ιερωκλεῖ τὸν δὲ ἀμφιβαλόντα αὐτὸ τὸν τοῦ Χριστοῦ σύγκρισιν.

EVSEBII CAESARIENSIS

EPISCOPI LIBER CONTRA

HIEROCLEM, QVI EX PHILOSTRATI

historia comparauit Apollonium Tyaneum Saluatori
nostro IESV CHRISTO.

ZENOBIO ACCIOLO FLORENTINO
INTERPRETE.

TEN' amice illa quoque ſuſpicere dignũ eſt, quæ modò hic Hierocles paradoxe iactabat magiſtro, ac Saluatori noſtro Tyaneum componens? Nam ſi reliqua ipſius Philalethis deliria contemplemur (pulchrè enim veritatis inſcriptione ceſſurum putat ſuis contra nos libris) haud ita magnum operæ nunc pretium fuerit, in eo duntaxat verſari me, vt oſtendam, quæ illius feruntur ſcripta, non eſſe quidem ſua ipſius, ſed ex aliorũ non ſententiis modò, verùm dictionibus quoque ipſis ac pene ſyllabis impudenter ſubducta; non indigna nimirum quæ & ipſa ſua quandoque refutatione damnentur. Tametſi re quidem ipſa iampridem, licet non deſtinato contra ſe ſtilo, ſatis illa euerſa videantur, voluminibus octo ab Origene conſcriptis in Celſi orationem, quæ vera

Α Ἀρ' οὖν, ὦ φιλότης, καὶ καινά σε ξυμφορᾶς ἄξιον ἀποθαυμάζειν, ἃ τῷ ἡμετέρῳ σωτῆρι, καὶ διδασκάλῳ τὸν Τυανέα ξυγκρίνων, προσδοξόλογα; ποῖος μὲν γὰρ τὰ λοιπὰ τῆς σὺν τῷ Φιλαλήθει· οὕτω γὰρ οὗ ἔχειν αὐτῷ τὸ καθ' ἡμῶν ἐπιγράφειν ἐδόκει λόγον· οὐδὲν αὖ εἴη ἀσουσδαῖον ἐπὶ τῶν παρόντος*, κἰσασιν μὴ αὐξ' ἰδίᾳ τυγχάνοντα. σφόδρα δὲ ἀναισθῶς ἐξ ἑτέρων οὐχ αὐτοῖς μονονουχὶ νοήμασιν, ἀλλὰ καὶ ῥήμασι, καὶ συλλαβαῖς ἀποσυλημένα, τύχοιμεν ἂν καὶ αὐτὰ τῆς προσηκούσης κατὰ καιρὸν ἀπελέγξεως. δεδώκαμεν δ' ἤδη καὶ ποῖς ἰδίας κατ' αὐτῶν γραφῆς ἀνατέτραπται, ἢ προσαπελήλεκται, σὺν ὅλοις ὀκτὼ ξυγγράμμασι, τοῖς Ωριγένει

γραφεῖσι, πρὸς τὸν ἀλαζονικώτερον τοῦ φιλαλήθους ἐπιγεγραμμένον Κέλσου ἀληθῆ λόγον, ᾧ τὰς εὐθυώδας ἀπραλείπτως, ἐν ὅσοις εἰρήκαμεν, ὁ δεδηλωμένος πραγματικὸν ξυλλήβδην ὅσα ἐς τὸν αὐτὸν ὑπόθεσιν, παντὶ τῷ, εἴρηται τ', καὶ εἰρήσεται, προλαβὼν διελύσατο· ἐφ' ἃ δὴ καὶ ἐπ' ἀκριβὲς τὰ καθ' ἡμᾶς διαγωνᾶ ἔχοντας, φιλαλήθως ἀναπέμψαντες, φέρε μόνον ἐπὶ τοῦ πρόντος πρὸς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τοῦ φιλαλήθους πυθοὶ λόγου πράθεσιν ἐπισκεψώμεθα· μηδέν τι ἀπουδαῖον ἡγούμενοι πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν ἐπέρρηδεν ὑποστυλλομένων αὐτῷ διαμάχεσθαι. μόνα γὰρ εἰκότως νυνὶ τὰ περὶ τοῦ Ἀπολλώνιον ἐπορθώμεθα· ἐπεὶ καὶ μόνῳ περὶ σοῦ ποτε καθ' ἡμῶν γεγραφότας, ἐξαίρετος νῦν τούτῳ γέγονεν ἡ τῆδε πρὸς τὴν ἡμέτερον σωτῆρα πράθεσις τ', ἢ ξυλλήβδην θαυμάζειν οὐκ ἀποδέχεται θεία τινὶ, καὶ ἀῤῥήτῳ σοφίᾳ, οὐχὶ ὑπὸ γοητείαν σοφίσμασι τ' θαυματουργηκέναι φάσκων αὐτὸν, καὶ ταῦτα, ἀληθῶς οὕτως ἔχειν πιστεύων, καὶ ἀναποδείκτως ἀποχρίζόμενος. ἄκουε δ' οὖν ἃ φησιν αὐτὰς συλλαβαῖς, ἄνω, καὶ κάτω θρυλλοῦσι, σεμνυνόμενοι τὴν Ἰησοῦν, ὡς τυφλοῖς ἀναβλέψαι τε πράξαντα, καὶ ἵνα τοιαῦτα δράσαντα θαυμάσια. εἶτά πνα μεταξὺ εἰπὼν, ἀπιλέγει, σκεψώμεθά γε μὴ καὶ θεοῖς φίλος πρόξενος βουλόμενοι λαθεῖν. ταῦτα ῥήμασιν αὐτοῖς Ἱεροκλεῖ τῷ τὴν καθ' ἡμᾶς ἐπιγεγραφότι λόγον, εἴρηται. Δάμις μὲν οὖν ὁ τὰ πολλὰ ξυνδιατρίψας τῷ Ἀπολλωνίῳ, ἀπὸ τῆς Ἀσσυρίων γῆς ὁρμώμενος,

A inscribitur, vel Philalethe ipso arrogantiorem multò iactantioremque. Ibi enim rationes ille omnes abundè complexus, quicquid in eam rem cuiquam vel dissertum est vnquam, vel differetur omnino, quasi præoccupatione dissoluit. Eò nos igitur ablegantes, si qui paulò maiore studio detinentur nostra ex fide noscendi: age solùm hoc tempore contemplemur, ex philalethe ipso dominum nostrum Iesum Christum Apollonio comparatum; inu-
B tilem prorsus operam deputantes, si de iis cum eo digladiemur, quæ aliunde is compilauit. Meritò enim quæ ad Apollonium spectant primam à nobis, ac totam operam postulare videntur. Quod vnus hic omnino, præter ceteros omnis, qui contra nos stili aciem distrinxerunt, singulare malum inuexit, impuri scilicet hominis ad Saluatorem nostrum commissionem. Admiratur ergo hîc
C & confitetur Apollonium Tyaneũ, non veneficiis quidem vllis, magicísve præstigiis, sed arcana quadam sapientia diuinarum rerum, mirabilium operum effectorem, temeraria quadam fide, nulla tamen demonstratione in hanc sententiã demersus & confirmatus. Audi verò quibus instrepat verbis. Súsque déque nugantur, inquit, Iesum tollentes, vt qui cæcis videndi reddiderit facultatem, & alia id genus admiranda præstiterit. Tum & paulo mox ita rationibus
D colligit. Videndũ porro ne Diis gratissimi hominis facta latêre Christiani contendant. Hæc ipsius Hieroclis verba sunt in oratione cõtra nos scripta, cui titulus philalethes. Damis igitur qui cum Tyaneo plurimũ vixit peregrè eũ de Assyria comitatus,

vbi & illi primùm congressus est, ex illo captam inter se amicitiam in historiam confert. Nam Maximus quidem particularia quædam hominis huius facta parcè admodum, breuitérque perstringit. Athenienſis verò Philostratus, & vtrumque complexus, & aliorum quoque se scripta collegisse affirmans, exactissimam sanè ab incunabulis inde orsus, obitu quoque tenus historiam texit. Si quando igitur licet nostram, quæso (vt isti aiunt) leuem simplicitatem, contráque philalethis acre illuc comparandis rebus omnibus, firmúmque iudicium disquiramus. Non id quidem hoc loco inspicientes vter maiore præstet diuinitate, pluráve miracula, & illustriora effecerit, neque quod de vno tantùm redemptore nostro, ac domino Iesu Christo in humanitatem venturo diuinitus inspirasti prophetæ à seculo vetustatis Hebraicæ prædixerunt: non quòd multò plures idem Iesus cœlestis doctrinæ verbo ad se conuertit: non quòd ingenuis, ac legitimis discipulis clarè paratis vltro pro illius doctrina mortem subire: non quòd frugalis vitæ ludum solus aperuit futuris quoque seculis fructuosum: non quòd virtute suæ diuinitatis orbi terrarum salutaris affulsit, hodiéque multa hominum millia vndique ad hauſtum diuinæ sapientiæ suæ trahit: non quòd vnus ab hominum genere tot iam seculis oppugnatus, contra tamen hostiliter impellentes, siue illi gentium reges, siue subiecti, inuictus, ac inexpugnabilis

A αὐτόθι τὸ πρῶτον ἐπὶ τὴν ἰδίας χώρας αὐτῷ ξυμμίξας, πλεῖ ἐξ ἐκείνης μετὰ ἀνδρὸς αὐτῷ γνωμῶν ξυνουσίαν ἱστόρησεν. ὁ μὲν Μάξιμος, κομιδῇ βραχέα τοῦ κατὰ μέρος αὐτῷ πεπραγμένων ἀνεγράψατο· ὁ γε μὴν Ἀθηναῖος Φιλόστρατος, τὰ φερόμενα πάντα ὁμοῦ, ἀπὸ τοῦ Μαξίμου, καὶ αὖθις Δάμιδος, καὶ ἄλλων ξυναγαγεῖν ἑαυτὸν φήσας, πάντων μάλιστα συντελῆ τὸν ἀπὸ γενέσεως, καὶ μέχρι τελευτῆς ἱστορίαν τοῦ κατὰ τὸν ἄνδρα βίου πεποίηται. εἰ δὴ οὖν ἐξὸν τὸ ἐπικατηγορουμένῳ ἡμῖν διαφανοῦς, καὶ κεφότητα, καὶ τὸ φιλαλήθους ἀκριβῆ, καὶ βεβαίαν ἑφ' ἑκάστῳ βασάνου κεῖσιν, φέρε διαπυθώμεθα, ἐκ ὅς τις θεότερος γεγόνοι, ἢ ὁποῖος θαυμασιώτερά τε, καὶ πλείω διεπράξατο πράττων, οὐδ' ὡς μόνος πρὸ μυρίων ὅσων γνωμῶν Ἑβραίων θεοῖς, ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἦλθεν ἐς ἀνθρώπους καὶ θείαν ἐπίπνοιαν ἐπεφήτευσε, καὶ οὐδ' ὡς πλείους ἐπὶ τῷ τῆς θείας διδασκαλίας αὐτοῦ λόγον προσέφατο, καὶ οὐδ' ὡς γνησίως, καὶ ὄντως ἀληθεῖς ἐκτήσατο φοιτητάς, μονονουχὶ καὶ ὑπὲρ αποθνήσκειν ἑτοίμως

D τῶν λόγων αὐτοῦ προσβασαμένους, καὶ οὐδ' ὡς μόνος σώφρονος βίου διδασκαλεῖον, καὶ ἐς τὸ μετέπειτα χρόνον ξυνεστήσατο; καὶ οὐδ' ὡς τῇ ἰδίᾳ θεότητι, καὶ ἀρετῇ, πᾶσι ἔσωσε τὸν οἰκουμένῳ, καὶ εἰσέτι καὶ νῦν μυρία πλήθη πανταχόθεν ἐπὶ τὴν θείαν ἑαυτοῦ διδασκαλίαν ἐπαγόμενος. οὐδ' ὡς τῷ πώποτε μόνος πρὸς ἅπαντων ῥᾴδον εἰπεῖν ἀνθρώπων, ἀρχόντων τε, καὶ ἀρχομένων, πλείοσιν ἔθεσιν ἤδη πολεμούμενος, κρείττων, καὶ πολὺ δυνατώτερος τῷ πικρῶς * ἐλαυνόντων

κ. ἐλαυνόντων

ἁπάντων ἀποδέδηχε, θείᾳ τινὶ ἀῤῥήτῳ δυνάμει, τοὺς μὲν κατὰ καιρὸν ἐπανισαμένους αὐτῷ, τῇ θείᾳ διδασκαλίᾳ μετὰ πολλῶν ῥᾳδίως· τὰ δὲ πανύστατα πρὸς αὐτὸν, καὶ φρασθέντα θεῖον λόγον, εἰς ἄπειρον αἰῶνα καθ' ὅλης κρατυνόμενον οἰκουμένης, ἔστι ὡς εἰσέτι καὶ νῦν τὸ ἐνθεὸν δυνάμεως τὸ ἀρετικὸν ἐπιδείκνυσι, μοχθηροὺς τινας, καὶ φαύλους δαίμονας ψυχαῖς μὲν ἀνθρώπων, καὶ σώμασιν ἐφεδρεύοντας ἀπελαύνων διὰ μόνης τῆς ἀῤῥήτου προσηγορίας αὐτοῦ, ὡς αὐτῇ πείρᾳ κατειλήφαμεν. ταῦτα γὰρ περὶ τοῦ * Ἀπολλωνίου ζητεῖν, μὴ καὶ τὸ ἐρωτᾶν ἀνόητον· μόνον ἂν ἐπισκεψώμεθα τὰ τοῦ Φιλοστράτου γραφέως, δι' ἧς διατεθρύλληται, ὡς οὐχ ὅπως γε σὺν φιλοσόφοις, ἀλλ' ἐπὶ σὺν ἐπιφανέσι, καὶ μετρίοις ἀνδράσιν ἄξιον ἐκείνου, ἐχ ὅπως τῷ σωτῆρι ἡμῶν Χριστῷ παραπλήσιον τὸν Ἀπολλώνιον, ὅσον ἐπὶ τῇ γραφῇ τοῦ παρὰ τῷ φιλαλήθει παραδύσεως μὲν ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντος, τὸ δὲ ἀληθὲς μὴ πάμπαν ἐξυφηγραφέως. τοιοῦτος γὰρ ὢν * μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ὁ Ἀθηναῖος Φιλόστρατος· ἐξ οὗ ῥᾳδίως ἂν καταμάθοιμεν καὶ τὰ λοιπὰ τὰ κατ' αὐτὸν, παραδύσεως μὲν ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντα, αὐτὸ δὲ τὸ ἐξητασμένως μὴ ἀπηκριβωμένων τῆς κατὰ τὸν Ἀπολλώνιον ἱστορίας. τούτων γὰρ ἡμῖν διηκριβωμένων, ὁμοῦ τε τοῖς φιλαλήθεσι τὰ ἀνωτάτω τε καθ' ὅλων δικαστήρια διαφθόρους, ἢ κατὰ χριστιανῶν βεβαίαν, καὶ ὡς αὐτὸς ἑαυτῷ δοκεῖ ἀκριβὴς ἐφ' ἑκάστῳ κρίσις, φανερὰ κατάστασις. ἡμῶν τε αὖ οἱ μωροὶ, καὶ βεβωκολημένοι, νενομίσμεθα παρ' αὐτοῖς,

χ. τὸν Απολλώνιον

χ. αὐτὸς μ.

durat, robore quodam diuinitatis occulto, ſacræ reluctantib. doctrinæ *tempeſtiuè* ſeſe inſinuans. Quam verò ſemel ipſe verbi ſapientiam pectoribus inſeuit, atque transfudit, per immenſa ſecula terræ ambitus ditione magna conſeruans, non denique quod virtutis entheæ vim nunc quoque planè teſtatur impuros dæmonas vel corporibus hominum vel animis inſidentes, ſacroſancta duntaxat nominis ſui compellatione extrudens. Hæc enim ſecum de Apollonio cogitare ſummæ cuiuſdam ſit, ne dum alios ſciſcitari, dementiæ. Quæ nos omnia poſthabentes, vnam modò Philoſtrati penſitemus hiſtoriam. Ex hac enim certis rationibus conuincemus Apollonium non inter philoſophos locum, ac ne inter mediocris quidem, ac vſitatæ probitatis viros, dignum ſortiri, ne dum ſit ille Saluatori noſtro ratione aliqua conferendus, quatenus, inquam, colligere eſt de ipſo Philalethis autore, eruditione quidem magna referto, veritatem ipſam probro afficiente. Huius enim notæ Philoſtratus ipſe eſt cum aliis omnibus apud illum ſcriptoribus. Ex quo nobis planè conſtare poteſt, ceteros quoque, quos ille autores habet, cognitione quidem multa rerum magnáque fuiſſe, minus tamen in eo laboraſſe, vt Apollonij vitam fideli hiſtoriæ commendarent. His itaque ad diſquiſitionem collectis ſatis puto conſtabit, & Philalethis huius indicia ſimul cuncta, teſtimoniáque complexi, acre illud in Chriſtianos, rerúmque omnium, vt de ſe ipſe ait iudicium conſultiſſimum, noſtráque viciſſim quos ille pro tardis, ac deceptis habet (vt eiuſdem

verbis vtar) inepta leuitas, & ſtoliditas patefiat. Neque verò me latet alium quidem audacter ſtatim à maledictis ſcribendi initium fuiſſe ſumpturum velut hoſti inſultantem, contra quem ſcripturum ſe noſſet. Ego verò, amice, alia mihi ratione agendum cenſeo. Nam Tyaneum quidem magna olim rerum humanarum ſapientia fuiſſe hominẽ credidi, velímque nunc etiam, modò liceat, eadem in ſententia permanere. Denique ſi de Tyaneo quid ſentiam planè me rogas, ego ſic ſtatuo. Si quis hunc in philoſophorum albo repoſitum velit, ita ſanè vt fabularum figmentis æquos naturæ fines minus conturbet, nullam fore à nobis inuidiam, quin magnificè de illo & ſentiat & loquatur. Sin verò quis terminos euagari, ſupráque philoſophiam ſe ferre auſit, ſiue ille Aſſyrius Damis, Athenienſíſve Philoſtratus, ſiue hiſtoricus, oratórve ille ſit, verbis quidem veneficia diffitens, re tamen ipſa magis hominem deprimens, quàm oratione attollat, hic ſanè velut egregiè perſonatus, Pythagoræ diſciplinam fronte effingens, ſe quidem nobis philoſophũ oſtentabit, aſinus tamen erit leonis pellem ſuperindutus, neque aliud planè quàm ciuitatum ſpectabilis circulator, ac clamoſus ſophiſta, magúſque pro philoſopho, ac veneficus deprehendetur. Vnde vero in hanc ſententiam ducar, quæſo, attende. Naturales termini quidam ſunt ſubſtantiæ vniuerſæ, principia, medium, finéſque circumplexi, modos ſcilicet rerum omnium, legéſq;, quibus ex rebus quantacunque hæc mundi machina & ſtructura perficitur. Hi vero termini ſolidis legibus diſponuntur: nexibúſque firmiſſimis cohærentes, prouidentiæ

A ἡ πρὸς αὐτὸν ἐπικαλούμενη ἀχέρδειά τε, καὶ κουφότης. ἄλλως μὲν οὖν ὁμόσε χωρῆσαι, αὐτόθεν διεβάλλειν αὐτὸν βλασφημίᾳ, ὡς ἐχθρὸν ἀνδρὶ, καὶ πολεμίῳ, τὸν καθ' οὗ τὸν λόγον ἐποιεῖτο. ἐγὼ δὲ, ὦ ἑταῖρε, σοφόν τινα τὸν ἄνθρωπινα τὸν Τυανέα γεγονέναι ἡγοῦμαι, καί γε αὐτῆς ἔχεσθαι διανοίας ἐκὼν εἰς βουλοίμαν, καὶ σοὶ τοῦτο αὐτὸς ἐμαυτῷ περὶ αὐτοῦ δόξαν σαθείην δὲ ἐρωτῶντι, φιλοσόφων μὲν ὅτῳ τις βούλοιτο καταλέγειν τὸν ἄνδρα, παρὰ μηδὲν δισχυρισαμένοις παῖς περὶ αὐτοῦ μυθολογίαις, ἔστω. εἰ δ' ὑπερπηδᾷ τοὺς ὅρους, καὶ φιλοσοφίας ὑπέρτερα φρονεῖν, εἴτε τις Δάμις Ασύριος, εἴτε Φιλόστρατος, εἴτε τις ξυγγραφεὺς, ἢ λογογράφος φαυλοίτο, λόγῳ μὲν σκηπτόμενος γοητείαν, ἔργοις δὲ πλέον, ἢ ῥήμασιν ἐπιφορτίζων τὸν ἄνδρα, προσωπεῖόν δικαιον τοῦ Πυθαγόρου ὑπομορφαζόμενος ἀγωγεῖον, οἰήσεται μὲν ἡμῖν ὁ φιλόσοφος, ὄνος δὲ τῇ τοῦ λέοντος ἐπικρυπτόμενος δορᾷ, θέσις τις ἀληθῶς ἀγείρων κατὰ πόλεις, αὐτό τε τοῦτο, γόης ἀτεχνῶς ὑπὸ φιλοσόφου φωραθήσεται. πῶς δὲ τοῦτο φημι, καὶ πόθεν ὁρμώμενος ἐρωτᾷς, μάνθανε.

D ὅροι φύσεως, ἀρχαὶ, καὶ μέσα, καὶ τέλη τε τῶν ὅλων οὐσίας περιληφότες, μέτρα, καὶ δεσμοὶ ἅπασι, δι' ὧν τόδε τὸ παῦν μηχάνημά τε, καὶ ἀρχιτεκτόνημα τοῦ παντὸς κόσμου τελεσιουργεῖται· διατεθεῖναί τε νόμοις ἀλύτοις, καὶ δεσμοῖς ἀῤῥήκτοις, τῆς τὰ πάντα οἰκονομούσης προνοίας τὸ πάνσοφον

βούλημα διαφυλάττοντες. ἀκόλουθα κι- A
νήσεώς τε, καὶ μεταθέσεως τῆς τάξεως τῶν ἁπάν
των διατεθειμένων. κεκράτηται γὰρ οὖν θεσ-
μῷ φύσεως τὸν θεῖον ὑπερβαίνειν
νόμον πᾶς, ὅστις περ ἁσυνέτου τοῦ ἐπέ-
κεινα βαίνειν σπεύδει πόθος. ἀλλ' οὖν ὥσπερ
φύσιν ὁ σύνδρος ἐπὶ τὸ χέρσον μετα-
βὰς βιῶναι διωκήσεται ἰχθύς, οὐ τὸ σὺν
χέρσῳ τραφὲν, τοῖς ὕδασι καταδύσεται,
τὸ σπεῦσαι δὲ μηνεκὲς μόνον ἀσπαζόμενος· B
ὁ μέγα πεδήσας μετέωρος ὡς τὸ ἐπὶ
γῆς, ἁρπάσεται ποῖος ἀέρα, ξυμπερι-
πολεῖν ἀετοῖς ἐπιθυμῶν· καὶ μὲν κεῖνοί
γε, κἂν ἐπὶ γῆς ἔλθωσιν, βεῖσαντες
ἐπὶ τὸ κάτω πλὴν δυνάμιν, καὶ τὸ πτερὸν
χαλάσαντες, καὶ ἀνιέντες πλὴν φύσιν. ἐ-
πεὶ μὴ τοῦτο θείοις ὤφειλαν νόμοις τοῖς ὑ-
ψοῦ τὸ μετέωρον ὑποκαταβαίνειν δύ-
ναται. οὐ μὲν μὴ ἔμπαλιν τὸ ταπεινὸν,
μὴ γεώδες ἐπὶ τὸ μετέωρον αἴρεται. ταύ-
τῃ δὴ μὴ τὸ θνητὸν ἀνθρώπων γένος ψυ-
χῆς μετέχον, καὶ σώματος, ὅροις περιγέ-
γραπται θείοις. οὔτ' οὖν τῷ σώματι δι'
ἀέρος ἔλθοι ποτὲ τῶν ἐπὶ γῆς καταφρο-
νήσας διατεινῶν, μὴ οὐχὶ τοὐπίπαν
αὐτίκα τῆς ἀνοίας παραχὼν, οὐ τῇ ψυ-
χῇ ἁρπεὶς φρονήματι καθίξεται τῶν
ἀνεφίκτων, ἢ μελαγχολίας, νοσήματα
ἂν φεύγοι· σωφρονοῖ δ' ἂν ἁρμόσας
μᾶλλον τὸ σῶμα ποσὶν ἐπὶ γῆς φερόμε-
νος· πλὴν γε ψυχῇ παιδεία, καὶ φιλο-
σοφίᾳ σκηπτόμενον.* δύναιτο γὰρ καί τις
ξωγρεῖν ἀνωθέν ποθεν σὺν τῷ κατ' οὐ-
ρανὸν διατεινῶν ἐλθεῖν, καὶ τὸ σπεῦσαι
διδάσκαλῳ αὐτῷ φανῆναι ζωπυ-
ρίας. ἐῤῥωμένῳ γάρ τοι παραδείγ-
ματι, νοσοῦντι μὲν τὸν ἰατρὸν ἐπιφοιτᾶν δεῖ, καὶ τὸ διδάσκαλον εἰσαγομένῳ

gubernãtis ſapientiſſima decreta cuſtodiunt & aſſeruant. Haud igitur vnquam temerè loco moueat, ordinémve commutet eorum quicquã, quæ ita ſemel diſpoſita atque inſtituta ſunt. Omnis enim, quem cupido paulo audentior ſubit, vltra naturæ leges ſe ferre, quo minus id facere poſſit, iiſdem legibus coërcetur. Neque enim eſt aquatilem piſcem degere in terras tralatum, neque terris innutritum animal ſic vrinabit, vt aſſiduam ſub aquis diligat moram. Non exultim ita ſolo tolletur, vt cœlo penſilis (quanquam id valde appetat) queat aquilis intereſſe: Cùm tamen volatilium ſit ad terram deſcenſus, alarum præpetem illam vim curſúmque ſiſtentium. Ita enim diuinis legibus ſanctum eſt, vt ſumma imis per deſcenſum communicent: non tamen quod humile ac terrenum eſt, in ſublimè continuo ſeſe tollat. Eadem ratione mortalis homo cùm ſit ex anima & corpore conſtitutus, iiſdem quoq; terminis coërcetur: ita vt nec aërem graui corpore peragrare quiſquam contendat, ceu terreſtres ſemitas aſpernatus: quin ad terram continuo deuolutus, meritas inſaniæ pœnas exoluat; neque vana opinione mentem ſuffectus, inacceſſas vias animo peragrabit, niſi qui atræ bilis morbo corripiatur. Sapientius ergo fecerit, ac modeſtiùs multo, ſi congruentib. veſtigiis terra incedat, animúmque doctrina, ac philoſophia ſubnixus, votis expoſcat, de ſupernis domiciliis adiutorẽ ſibi aliquem, columénque adeſſe, à quo de cœleſti felicitate inſtrui edocéríque poſſit. Vt enim exemplo iam cõſtat, par eſt ægrotis medicum adhiberi, præceptorémq; diſciplina ſua

imbutis præſto eſſe diſcipulis: neque minus eos qui ſupernas incolunt ſedes, congreſſus hominum quamuis infimos non dedignari, viciſſim verò fieri nullo modo. Ex quo intelligi nobis datur rationem nullam aduerſari, quin natura ipſa diuina cùm benefica ſalutaríſque ſit, rerum præſertim omnium curam gerens, in commercium ſeſe hominum, familiaritatémque demittat, diuinæ prouidentiæ lege ita maximè permittente. Bonus eſt enim Deus, vt inquit Plato: bonum verò nulla rei cuiuſquam ſubit aliquando inuidia. Non igitur bonus ille, cùm ſit omnium rerum gubernator, ac pater, vnius modò corporis curam geret: quin multò & animarum magis, vt pote quibus æternitatis munus, ac liberæ voluntatis arbitrium cõtulit: hic inquam vniuerſæ diſpoſitionis autor & magiſter, habiles ſuaptè natura animas conſpicatus, ad ea bona percipienda, quorum ipſe bonorum vim illis gratificatur, eiſdem quaſi luminis ſui radios vbertim infundet. Angelum quempiam de maximè ſibi adiunctis ad eorum qui in terris degunt, ſalutem quandoque, vſúmque demittens. Quòd ſi quem tanto munere fortunari contingat, tam ille mentem animúmque purgatus, mortalitatis labe omni depulſa, diuinitati facilè tranſcribetur: ac veluti magni cuiuſdam imaginem Dei anima circumplexus, tantus iam erit, vt vniuerſum hominum genus in ſe moueat & conuertat: Mundúmque Sole ipſo ſplendidius illuſtrabit, monimenta ſibi inſitæ diuinitatis poſteris quoque ſuis de ſe relinquens, neque minus opificiis vllis quæ ex inanimi materia conſtat, entheæ naturæ præferet argumentum. Atque hac demum

In Timæo.

A τοῖς μαθήμασι ξυμφέρεσθαι, & τὸν ἄνω που, καὶ εἰ ὑψηλὰ ξυλλαπτόμενα τοῖς ταπεινοῖς· οὐ μὴν καὶ ἀνάπαλιν. ὅθεν δὴ θείαν μὲν φύσιν ἐνεργέτιν οὖσαν, καὶ σώτειραν, καὶ προνοητικὴν τῶν ὄντων, ἀνθρώποις ποτὲ ἐς ὁμιλίαν ἐλθεῖν, οὐδεὶς ἂν ἀπείρηοι λόγος ὅσῳ θείας προνοίας, & τούτου ξυλχωρημένου. ἀγαθὸς γὰρ ὢν κ᾽ τ᾽ Πλά-

B τωνα· ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς ἐγγίνεται φθόνος. ὅθεν σωμάτων μόνον ἀγαθὸς ὤν, ὁ τὸ δὲ τὸ παῦ διακυβερνῶν ἐπιμελήσεται, πολὺ πλέον δὲ ψυχῶν, αἷς τὸ ἀθανάτου τ᾽, καὶ αὐτοκρατορικὸν κεχαρίσται γέρας· τούτοις δῆτα, οἷα τ᾽ οἰκονομίας ἁπάσης κύριος ὤν, & χαρίτων, ὧν δὴ δωρούμενος αὐτοῖς, ἐνεργετεῖ τ᾽ φύσιν, οὔσαις αὐτὴν πληθυνομέναις, ἀκτῖνας ὥσπερ τὸ παρ᾽

C ἑαυτοῦ φωτὸς δωρήσεται ἀφθόνως· τῶν ἀμφ᾽ αὐτὸν, ἔστιν ὅτε τοῦ μάλιστα προσεχεῖς ἐς τὸν τοῦ ἐπὶ τὰ τῇδε σωτηρίου τὲ, & ἀντίληψιν σπέρμπων. ὧν εἴτῳ δ᾽ τυχῆσαι γένοιτο τὸν διάνοιαν, ἐξ᾽ ἀποκαθαρθεὶς, καὶ τὸν τῆς θνητότητος ἀποσκεδάσας ἀχλὺν, θεῖον ἀληθῶς ἀναφήσεται, μέγα τινα θεὸν ἀγαλματοφορῶν τῇ ψυχῇ. κινήσει δῆτα οἷα τὸ

D λικοῦτος τὸ πάντων ἀνθρώπων γένος. καὶ μᾶλλον Ἡλίου τὸν οἰκουμένην καταλάμψει, τοῦργον τ᾽ ἀϊδίου θεότητος, καὶ ἐς τὸν ἐπόντα ξυνορᾶν καταλείπων χρόνον, οὐ μεῖον τῶν ἐξ ἀψύχου ὕλης δημιουργημάτων, τὸ τῆς σοφίου παράδειγμα φύσεως παρεχόμενον. καὶ ταύτῃ μὲν

αὐθρωπεία φύσις τῆ ὑπὲρ αὐθρω-
πων κοινωνήσαι ἄν. ἄλλως δὲ οὐ θέ-
μις τοῦ ὅρους ὑπερβαίνειν, οὐδὲ ἀπιέ-
ρῳ ἔχοντα τὸ σῶμα, τὰ τῶν πτη-
νῶν ἐπιτηδεύειν, οὐδὲ ἄνθρωπον ὄν-
τα, τὰ τῶν δαιμόνων πολυπραγ-
μονεῖν. τί δῆτα ἡμῖν ἐπὶ τούτοις
Ἀπολλώνιον εἰσάγεις, ὦ ξυγγραφεῦ;
εἰ μὲν δὴ θεῖον, καὶ φιλοσόφου κρείτ-
τονα, τῷ τε φύσιν, ἁπλῶς εἰπεῖν,
ὑπὲρ ἄνθρωπον, τήρει μοι δι' ὅλης τ
ἰσορείας τὴν ὑπόθεσιν, ἡ τοῦργον εἰ-
σέπειτ νεῶ ἐπιδείκνυσθαι τῆς θεότητος. ἢ
γὰρ δὴ ἀποπώτατον τεκτόνων μὲν,
οἰκοδόμων, ἡ μὴ τῷ τῶν δημιουρ-
γῶν τελευτῷ ἐπιμήκιστον τοῦργον δι-
αρκεῖν, ἀθανάτου που χάριν τῶν συ-
σπουδαίων τῷ μνήμῃ σπουδαῖον·
θεῖον δ' ἔρα φύσιν ἀνθρώποις ἐπι-
κάμψασαν, σκόπον που, καὶ μικρο-
δεῖ ἀποτελεῖν, οὐχὶ δὲ ἐς αἰῶνα
τῷ ἀρετῷ ἐπιδείκνυσθαι, μὴ ἐς
σέ τινα Δάμιν, ἢ καὶ ἄλλους βρα-
χεῖς πλωχθύουσαν τῶν ἀνθρώπων,
ἀλλ' ἐς μυρίων ὅσων ὠφελείας· οὐ
τῶν καθ' ὧν ἐγνωρίζετο μόνον, ἀλλὰ
καὶ τῶν μὴ ταῦτα χρησομένων τῷ
παρόντι ποιουμένη; ταύτῃ τοίνυν ἡ
τοῦ πάλαι σοφοὺς ζηλωτάς τε, καὶ
διαδόχους ποιήσασθαι τῆς ἀρετῆς, ἀ-
θανάτου ὡς ἀληθῶς ἀνθρώποις φρε-
γμένους τὸ κατόρθωμα. εἰ δὲ θνη-
τῷ θ' ὑποχάφεις ἀνδρὸς τῇ φύ-
σιν, ὅρα μὴ πλέον, ἢ σοφοῦ ἐστι ταύ-
τῃ χαριζόμενος, δίκῃ ἀποίσεις πα-
ρανομίας. ἀλλὰ μὲν εἰσῆκται αὖ τῷ
θείῳ ἄνθρωπος, καὶ θαλαττίῳ δαί-

A ratione particeps homo fiet naturæ sublimioris. Secus verò imbutum nequaquam fas sit metas finésque transire. Non inuolucri, inquam, corpore vias auium affectare, neque humanæ conditionis oblitum, quæ ad dæmonas spectant curiosius indagare. Quæ cùm ita se habeant, quid tantopere nobis Apollonium circumducis scriptor egregie? Si quidem hunc diuinum censeri fas est, philosophóque ma-
B iorem, &, vt semel dicatur, excellentis cuiusdam supra hominem facultatis, inspiciatur sanè totius quæ de illo scribitur, historiæ argumentum. Tum si quod ex illo supereſt opus diuinitatis, age depromito. An non quæso absurdum maximè est, architectorum quidem opera & fabrorum, vel iis ipsis vita perfunctis in longinquum sanè tempus extare, vnde illorum nomen æternitati mandetur: diuinam verò naturam inter homines splendescentem, ita angusti temporis in-
C teruallo obscuram euanuisse, neque in seculum virtutis suæ monimenta testari: non Damidis quidem nescio cuius, aliorúmque breui dilabentiũ hominum testimonia mendicantem, sed vtilitate ipsa, in multa hominum millia, neque horum modò, à quibus dignosceretur, sed ad posteros pertinente, longè latéque diffusam? Hoc procul dubio
D pactò constat veteres sapientes, virtutis suæ imitatores quàm plurimos, successorésque reliquisse stabili ad bene viuendum tradita illis norma. Quòd si hominem hunc mortalitati adscribis, caue ne plus illi ad gratiam tribuens quàm par sit, pœnas violatæ rationis expendas. Atque diuinus quidam homo à Philostrato nobis adducitur sub ipsius genituræ dies marini dæmo-

nis figuram, faciémque indutus. Matri enim adhuc ventrem ferenti ſpecies marini Dei eſt ante oculos obuerſata, Proteus ipſe ſcilicet verſilis apud Homerum in figuras omnigenas Deus. Ea verò nihil perterrita, quid paritura eſſet eum interrogauit. Me ipſum paries, inquit ille. Quid tu autem? Proteus ille, inquit, Ægyptius ſum. Tum florido in prato Cycnos ait neſcio quos parienti illi pro obſtetricibus affuiſſe. Nullo tamen vnde hoc hauſit, citato autore. Neque enim puto fabulæ huius narratorem ſcribet Aſſyrium Damin. Tametſi haud multò poſt eadem in hiſtoria ſcribat Apollonium quaſi diuinitate iam præditũ ſeſe Damidi adiũxiſſe, his fermè verbis illi congreſſum: Ego, amice, vocum omnium & linguarum cõſcius ſum, licet nullas didicerim. Quóq; minus mirere, potis ego ſum latentes cogitatus, captúſque deprehendere. Cultum quoq; Apolloniũ ſcribit in Æſculapij templo, Deo id maximè approbante, neque verò doctum fuiſſe, ſed ab infantia præditum naturali quadam rerum præſenſione. Denique ab ipſa protinus genitura Apolloniũ ſine artis impendio velut homine potiorem tota hiſtoria nobis effingit. Sed tùm præcipuè cùm in cuſtodia aliquãdo detentus, ſe ſua ſponte pedicis exoluiſſet: planè ſe aduertiſſe Damis affirmat Apollonium ſupra communem hominum fortem diuinitate quadã præditum eſſe. Neque enim tunc ſacrorũ miniſterio vllo adiutum (quomodo id enim in cuſtodia potuiſſet?) ſed ne ſupplicantẽ quidem aut immurmurantem, vincula tamen & cõpedes pro ridiculo habuiſſe. Cùm verò de illius extremo die mentionẽ facit, nuſquam gentium ſcribit ac locorum ſepulchrum eius aliquod,

A μονῳ χθημά τε, καὶ προσωπεῖῳ ἀπὸ χθυέσεως ἀναλαμβάνων. κυούσῃ γὰρ ὡς φησι τῇ αὐτοῦ μητρὶ, φάσμα ἦλθε θαλαττίου δαίμονος, Πρωτεὺς ὁ πρὰ τῷ Ομήρῳ ἀλλάττων. ἡ δὲ, οὐδὲν δείσασα, ἤρετο αὐτὸν τί ἀποκυήσοι. ὁ δὲ, ἐμὲ, εἶπε· σὺ δὲ τίς εἰποῦσης, Πρωτεὺς, ἔφη, ὁ Αἰγύπτιος. εἶτα δὲ λειμῶνά τινα, καὶ Κύκνους, τινὰ γυναῖκα μαιεύεσθαι χράφῃ, ὁπόθεν αὐτὸ τοῦτ' εἰληφθὲν μὴ εἰπών· οὐ γὰρ δὴ καὶ τούτου ὑφηγητὴν Δάμιν Ασύριον ὑποχράψεται, ἀλλὰ καὶ σὺν ἐς μακρὸν τ' αὐτῆς ἱστορίας αὐτῷ Δάμιδι, οἷα δὴ θείας ὄντα φύσεως Απολλωνίῳ εἰσάγει· αὐτὰ δὴ ταῦτα λέγοντα, Ἐγὼ, ὦ ἑταῖρε, πασῶν τῶν φωνῶν ξυνίημι, μαθὼν οὐδεμίαν· καὶ μὴ θαυμάσῃς. οἶδα γὰρ καὶ ἀποπωσιν ἄνθρωποι. καὶ πάλιν ἐν Ασκληπιοῦ πιμώμενον τοὺς δαίμονας, καὶ προγνῶσίν τινα, καὶ ἀδίδακτον ἔχειν σὺν παιδὸς, κρείττονά τε ἀτεχνῶς ἀνθρώπου φύσαι αὐτὸν, ἐξ αὐτῆς χθυέσεως, καὶ δι' ὅλης ἡμῖν τ' ἱστορίας ὑποχράφει. λύσαντος γοῦν ἑαυτὸν ποτε ἀπὸ τῶν δεσμῶν, ἐπιφέρει, λέγων, τότε προσῶτον ὁ Δάμις φησὶν, ἀκριβῶς ξυνεῖναι τῆς Απολλωνίου φύσεως, ὅτι θεία τε εἴη, καὶ κρείττων ἀνθρώπου. μὴ γὰρ θύσαντά γε· πῶς γὰρ ἂν δεσμωτηρίῳ; μὴ δὲ ὀξάμενον, μηδὲ εἰπόντα τι, καταγελάσαι τοῦ δεσμοῦ. ἀπὶ τελευτῇ δὲ, τάφον μὲν αὐτοῦ μηδόλως που γῆς εὑρίσκεσθαι, χωρῆσαι

χωρῆσαι δὲ ἐς οὐρανὸν αὖτῳ σώμα- A
τι μὴ ὕμνων, καὶ χορείας λέγω. εἰ-
κότως δὴ οὖν, οἷα τὸν τοσοῦτον θεό-
προν, ἢ Πυθαγόρας, Ἐμπεδοκλῆς τ', καὶ Πλάτων φιλοσοφίᾳ τὸν ἄνδρα θεοτελεστηθέναι φησίν. κἀκοῦ σὺ θεοῖς ἡμῖν ἀναγεγράφθω ὁ ἄνθρωπος. κἀ ὁ φθόνος ἀπέστω τῆς τ' φωνῶν ἁπασῶν αὐτοφυοῖς, & αὐτοδιδάκτου ξυνέσεως· ἡ δῆτα οὖν ἐς διδασκάλου ἄγω αὐτὸν, καὶ ὃν μηδεμίαν φωνὴν μεμαθηκότα διαβάλλῃ, ὡς ἂν ἐξ ἀσκήσεως, κἀ μελέτης· ἀλλ' κἀ σὺ φύσεως Ἀττικὸν χρώμενον τὴν γλῶτταν; φησὶ γάρ
χρόνῳ δὲ ὕστερον * ὡς θείων ἐς ἡλικίαν, γράμματά τε, κἀ μνήμης ἰσχὺν ἐδήλου, καὶ μελέτης κράτος. κἀ ἡ γλῶττα αὖτῳ, Ἀττικῶς εἶχε. κἀ γεγονότα δὲ αὐτὸν ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα, ἄγω ἐς Ταρσοὺς ὁ πατήρ, παρ' Εὐθύδημον ὃν σὺ Φοινίκης. ὃς ῥήτωρ τὰ ἀγαθὸς ἦν. & ἐπαίδευε τοῦτον. ὁ δὲ, τῷ διδασκάλου εἶχε. εἶτα ξυνεφιλοσόφουν αὖτῳ, Πλατωνικοί τ', & Χρυσίππειοι, κἀ ὃ ἀπὸ τοῦ περιπάτου. ἤκουε γὰρ κἀ τῶν Ἐπικούρου λόγων. οὐδὲ γὰρ τούτοις ἀπεσκυδάλιζε. τοῦ δὲ Πυθαγορείοις, ἀῤῥήτῳ τινὶ σοφίᾳ ξυνελάμβανε· τοσοῦτα ὁ μηδεμίαν μαθὼν φωνὴν, θεία τὲ δυνάμει, ἃ & σιωπῶσιν ἀνθρώποις προσλαβὼν, ἐξεπαίδευε· ὁ δὲ, διαλιπὼν αὖθις αὐτὸν, θαυμάσαι ἐν ὅσον ξυνέσεως τῶν ζώων φωνῆς ἦλθε. κἀ ἐπιφέρει λέγων, κἀ ἐς ξύνεσιν δὲ τῆς τῶν ζώων φωνῆς ἦλθε. κἀ ἔμαθε δὲ τοῦτο, διὰ τῶν Ἀρά-

A vestigiúmque extare, sed viuentem ad superos ascendisse, non sine choris hymníq. nympharum. Meritò igitur talem ac tantum virum affirmare potest, multò quàm Pythagoras & Empedocles, ac Plato fuerit, ex philosophia diuiniorem effectũ. Reponatur itaq; ex tam claris operibus inter Deos. Neq; inuidia prosequamur illam vocum omnium & linguarum naturalem, ac sine præceptoris opera cognitionem. Sed enim B cur illum quæso ad præceptoris ludum adducit illius partes attenuans, quem nullá paulò ante didicisse vocem ostendit, quasi Atticam eloquẽtiam non natura quidẽ duce, sed vsu magistro, ac exercitatione percepe-rit? Inquit enim cùm primùm ad ætatem processit literarum in illo profectus, memoriæ quoque vis, ac exercitationis studiũ viguit, lingua verò Attica vtebatur. Natus porrò annos quatuordecim à parente Tarsos de- C ductus est ad Euthydemũ Phœnicẽ, qui præcellẽs ætatis illius rhetor eum in eloquentia erudiret. Fuit itaque apud hunc dicendi artificẽ Tyaneus: vnáque cum illo philosophiæ vacabãt Platonis & Chrysippi sectatores, peripateticíq. nonnulli. Fuit etiam & Epicurei dogmatis auditor: neque enim penitus ab illius secta abhorruit. Nam Pythagoricã quidem ineffabili quadá mentis vi comprehẽdit. Hæc itaque omnia per magistros edoctus D est ille, qui creditur vocem nullã vnquam didicisse, tacitósq. hominum cõceptus solitus præsentire. Ceterùm Philostratus quasi per interualla respirans in admirationẽ rursus erumpit sapientiam laudans Tyanei, vel in ipsis animantium vocibus dignoscendis. Ait ergo ad scientiam quoque Apollonius venit, qua brutorum intelligeret animalium voces. Id verò ipsum didicit, cùm per Ara-

biæ populos iter faceret, interpretationis huius, ſicuti re ipſa videre eſt, bene conſultos. Etenim ex cygnis Arabes auibúſque ceteris diuinationem vt ex oraculis colligunt, brutorúmq. callere ſenſa exiſtimantur hepar draconum, ſiue, vt alij putant, cor ipſum depaſti. Ergo Pythagoræ ſectatorem illum ab eſu carnium penitus abhorrentẽ, nec Diis quidem ipſis per cædem, ac ſanguinem litare auſum, veſci draconum corde, hepatéve oportuit, vt per hæc Arabum ſapientiæ particeps fieret. Cùm enim ſub iis magiſtris hãc doceretur, quanam alia ratione proficere potuiſſet? Ergo ad enumeratos Apollonij præceptores Arabũ quoque ſapientes in augurandi facultate accedent. Ex hac enim fertur paſſerem ſubinde intellexiſſe, crebro pipillatu reliquas ſuæ ſpeciei aues ad paſtum concire, magnámque ea de re admirationem aſtantib. præbuiſſe. Eadem ratione cùm in Aſſyriam proficiſcens moribundam media in via leænam offendiſſet, catulis ſimul octo iuxta porrectis, illico ex diſciplina coniectans ſpatium temporis intellexit, quo ſibi apud Perſas commorandum eſſet. Sed & Philoſtratus idem narrat, quædam illum in Perſide aggreſſum, nõ multùm ſanè ab iis diſſidentia, quæ in Arabia prius effecerat. Nam cùm Damis acceſſurum ſe ad magos negaret, qui vnus alioqui diſcipulus illi erat coméſque fidiſſimus, ad eos tamen incomitatus ſe contulit, ne magicæ myſteria facultatis aſpernanti ea ſocio patefierent. Magis itaque Tyaneus die medio, ac nocte intempeſta operam dabat.

A ζων πορφύρεος, ἄριστα γιγνωσκόντων τε, καὶ θεραπόντων αὐτό. ἔστι γὰρ τῶν Ἀραβίων κύκνων ἤδη, καὶ ὀρνίθων μαντευομένων ἀκούειν, ὁπόσα ἱερὰ χρησμοί. ξυμβάλλονται δὲ τὰ λόγων, στρούμενοι τὸν δρακόντων, ἢ μὴν, καρδίαν φασὶν, οἱ ὄφεις, ἢ ἧπαρ. ἐνταῦθα πάντως που δρακόντων καρδίας δή που, καὶ ἥπατος τὸν Πυθαγόρειον ἐμψύχων τε

B ζώων ἀπεχόμενον, καὶ μηδὲ θύειν δαίμοσιν ἐπιτολμῶντα, εἰκὸς ἦν ἀποβύσασθαι, ὡς ἂν καὶ τὰ παρὰ τούτοις κοινωνήσοι σοφίας. πρὸς γὰρ τοιῶνδε διδασκομένων, πῶς ἂν ἄλλως μὴ οὐχὶ τὰ ὅμοια τοῖς διδασκάλοις ζηλώσαντα, κατορθῶτο τὸ ἐπιτήδευμα; ἔχομεν δὴ οὖν πρὸς τοῖς καταλελεγμένοις καὶ τοὺς Ἀράβων σοφούς, διδασκάλοις τὰ κατὰ τὸν οἰωνιστικὸν ἀνδρὸς ἐπισή-

C μης· ἀφ' ἧς εἰκότως ὁρμώμενος, ὕστερόν ποτε τὸν σρουθὸν ὅ, τι καὶ βούλοιτο ξυναλῶν, τοὺς ἑταίροις ἐπὶ σοφίᾳ πρεσβύτου, θαῦμα μείζονα παρέσχεν ἐλθεῖν τοῖς παροῦσι· ταύτῃ δὴ καὶ τὸν ἀποσφαγιασάμενον ὅσον οὔπω λέαιναν ἅμα τοῖς ὀκτὼ σκύμνοις κατὰ τὸν Ἀσσυρίων ὁδὸν διασάμενος, αὐτίκα τῷ μαθήματι ξυμβαλών, τῆς ἐσομένης αὐτῷ πρὸς Πέρσας διατριβῆς τὸν χρόνον ἐμαντεύσατο· ἀκόλουθα ἢ τῇ παρὰ

D τοῖς Ἀραβίοις φοιτήσει, ἐκφρεῖν αὐτὸν ἢ παρὰ Πέρσας ὁ αὐτὸς ξυσφαφεὶς ἰσορρεῖ. τῷ γάρ τοι Δάμιδι, ὃς μόνος φοιτητὴς ἦν αὐτῷ, καὶ ἑταῖρος, ἀπαγορεύσαντι παρὰ τοὺς μάγους ἰέναι, μόνος αὐτὸς, ὡς ἂν μὴ μετ' ἀγνώμονος δηλαδὴ τὰ τῆς μαγείας μανθάνοι, μεσημβρίας τε, ὡς ἀμφὶ μέσας νύκτας τὰς μετ' αὐτὸν ἐποιεῖτο σχολάς·

ἐπ᾽ ἰ Οὐαρδάνῃ Βαβυλωνίῳ ἐς λόγους ἐλθόντα βασιλεῖ, ὡδέ πως λέγηται αὐτ᾽ πεῖραπδ᾽ Σοφία δέ μοι Πυθαγόρᾳ, Σαμίᾳ ἀνδρός, ὃς θεούς τ᾽ θεραπεύειν ὧδε ἐμὲ ἐδίδαξε, ὡς ξυνιέναι σοφῶν ὁρωμένων τε καὶ οὐχ ὁρωμένων, φοιτῶν τε ἐς διαλέξεις θεῶν· τίς δ᾽ αὖ τῷ ταῦτα ξυγχωρήσειν, ὅτε Πυθαγόρᾳ μὲν ἐδεμία τις τοιαύτη καταλέλειπται γραφή, ἐδ᾽ ἀπόῤῥητά τινα ξυγγράμματα, ὡς κἂν ὑπονοῆσαί αὐτὸν ἐξ ἐκείνων ὁρμᾶσθαι. ὁ δέ γε διδάσκαλος αὐτῷ τ᾽ κ᾽ Πυθαγόραν φιλοσοφίας, οὐδέν τι διαφέρειν τ᾽ Ἐπικουρείων, πρὸς αὖ μεμῶρτύρηται τ᾽ Φιλοστράτου, ὡδέ πως εἰρηκότος, Διδάσκαλος μὲν ἰῶ αὖ τῷ Πυθαγόρᾳ λόγων, οὐ πάνυ σπουδαῖος, οὐδ᾽ ἐνεργῷ τῇ φιλοσοφίᾳ χρώμενος, γαστρός τ᾽ ἥττων, κ᾽ Ἀφροδισίων· κ᾽ κ᾽ τ᾽ Ἐπίκουρον ἐζηλωκότα. ἰῶ ἰ ὅστ᾽ Εὔξενος ὁ Ἡρακλείας τ᾽ Πόντου. τὰς ἰ Πυθαγόρᾳ γνώμας ἐγίνωσκεν, ὥσπερ ⓐ ὄρνιθες ἃ μανθάνουσι παρὰ τῶν ἀνθρώπων. φοβοῦ τ᾽ ἀποπίας, εἰ παρὰ τούτου λέγοι τις τ᾽ πρὸς θεοὺς τ᾽ διαλέξεως τ᾽ ξυήσειν αὐτὸν εἰληφέναι. ἀλλὰ δὴ ξυγκεχωρήσθω ⓒ ἑτέρῳ ὑφηγητῷ αὐτ᾽ ἀκηκοέναι· καίτοι γε τ᾽ ξυγγραφέως τοῦδε μηδαμῶς ἐπισημηναμένου. τίς δὴ οὖν τούτων ξύνεσίν τ᾽, κ᾽ φοίτησιν θεῶν ὁρωμένων, κ᾽ οὐχ ὁρωμένων, αὐτός τ᾽ ὡς ἐοικὸς Πυθαγόρᾳ εἰδέναι διδάσκειν τε ἑτέρους ἐπηγγέλλετο; ⓒ μὴν δὲ ὁ πρεσβύτης Πλάτων πάντων γε μᾶλλον τ᾽ Πυθαγόρᾳ κεκοινωνηκὼς φιλοσοφίας, οὔτ᾽ Ἀρχύτας, οὔτ᾽ αὖτος εἰπεῖν ὁ τὰς Πυθαγόρου γραφῇ πρᾶσθαι ὁμιλίας

A Bardani verò Babyloniorum regi congressus, his ferè verbis vsus perhibetur. Samij Pythagoræ sapientia mihi est. Is me Deûm colendorum ritus edocuit, & quinam sint ex iis visibiles, inuisibilésque cognoscere, neque minus eorum colloquiis perfrui. Sed enim quis hoc illi concedat? Cùm Pythagoras hac de re nullum prorsus reliquerit monimẽtum, non abstrusè quidem, mysticéque conscriptum, cuius iste doctrinam sequi potuerit: ad hæc qui illum in Pythagoricis erudiuit, nihil ab Epicureis dissidebat, vt Philostratus ipse meminit. Præceptorem enim in Pythagoricis, inquit, habuit, hominem parum sanè officiosum, minimúmque reipsa philosophantem, vt pote qui gulæ, ac Veneri deseruiret, magísque ad Epicuri vitam formatus esset. Is porrò Euxenus erat ab Heraclia Ponti ciuitate, Pythagoræ dogmata non secus tenens, quàm sciunt aues ea referre, quæ ab hominibus didicerunt. O rem fatuam & insulsam Tyaneum dicere ab eiusmodi præceptore Deos alloquendi rationem edoctum! Sed concedamus ab aliis ea præceptorib. accepisse, tametsi noster historicus hoc ne innuit quidem. Sed quis horum promissi tam grandis autor extabit, vt & ipse Deorum visibilium & qui inuisibiles sunt congressum, velut à Pythagora edoctus tenere se dicat, & facultate præditus sit, rem eandem ceteros edocendi. Neque enim puto clarissimus ille hominum Plato, qui Pythagoricæ præter ceteros omnis disciplinæ particeps factus est, neque Tarentinus Archytas, neque qui Pythagoræ dogma conscripsit

Philolaus,

Philolaus, neque si qui alij sunt ex eadem secta illustres, qui sensa illius, opinionésque literarum monimentis mandarunt, tali vnquam sapientia viguere. Apollonius ergo noster aliunde quidem, non autem ab ipso Pythagora his edoctus, nomen tamen titulúmque Pythagoræ ad autoritatis speciem sibi ascribit. Vt autem manifestum quis illi mendacium pro vero concedat, haud tamen scio quo pacto hæc de Samio præceptore acceperit, cùm Pythagoram constet infinitis ante annis vita perfunctũ. Ergo ad Arabas Apollonij præceptores Samius ne quæso Pythagoras ipse accedet, vnde scientiam hauserit diuinarum rerum? At qui si is diuino præditus ingenio fuit, historia de magistris planè mentitur. Sin historia verax est, falluntur sanè qui de illius diuinitate & loquuntur, & scribunt. Neque verò mihi est animus diligentius nunc quicquam de Proteo indagari, vllámve super hoc portento quæstionem habere, neque ad Cygnorum quantus comprobandos, quos ridiculè nimium parienti Philostratum matri obstetricatos affirmat. Multóque magis etiam indignum puto super fabulam demissi cœlo fulminis eodémque regressi, citare testes. Neque enim Damis, vt ante dixi, harum se rerum conscium dixerit longo post tempore ex quo hæc acta dicuntur in Nino Assyriæ vrbe Tyaneo adiunctus. Equidem modò certa signa non desint, vnde probabilis fiat fides, planè adducar, vt pro veris admittam, si qua etiam per excussum paulò maiora in boni viri laudem dicantur, monstris tamen exemptis, & quæ

A Φιλόλαος, οὐδ' εἴ τινες ἄλλοι γνώριμοι τοῦ ἀνδρὸς γεγονότες, οἷ δόξας τε αὐτοῦ, καὶ γνώμας γράφῃ τοῖς μετ' αὐτὸν παραδεδώκασιν, ἐπὶ τοιαύτῃ τινὶ ἐσεμνύναντο σοφίᾳ. ἀκοῦσαι ἐτέροθεν, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ Πυθαγόρου τὰ τοιαῦτα μαθών, ὑπομνήμασι σεμνολογῶν, ἐπιγράφεται τὸν τοῦ φιλοσόφου πρόσρησιν· ἵνα ὃ καὶ παραλογώτατα τὸ ψεῦδος ὡς ἀληθὲς τοῦ γεγονέναι ξυγχωρήσειεν, καὶ οἵῃ τ' ὅπως ἂν αὐτὸς λέγων ἐκεῖνος τὸν Σάμιον, πρὸ μυρίων ὅσων ἐτῶν ἂν ἀνθρώπων νομιζόμενος, τὰ παρὰ τούτων αὐτὸν μεμαθηκέναι. ἀκοῦσαι πρὸς τοῖς Ἀραβίοις, καὶ τοῦτον διδάσκαλον αὐτοῦ τὸν δὴ νομιζομένης ἀπορρήτου πρὸς θεῶν ἐπιστήμης ἐπιγραπτέον. εἰ δὴ ἦν θείας ἰδοῦ φύσεως, κατέψευσαι αὐτοῦ τοῦ διδασκάλου ὁ λόγος· εἰ δ' ἀληθὴς ἰδοῦ ἔστ', ψευδὴς ἰδοῦ ὁ μῦθος, καὶ οὐκ ἀληθὴς ἡ πρὸς τὸ θεῖον γεγονέναι αὐτὸν γραφή. οὔπω μοι δ' Περσέως τὸ φάσμα πολυπραγμονεῖν ἔπεισι, τ' πρὸς τοῦτο πίστιν αἰτεῖν, οὐδὲ τ' πρὸς ἄπαν Κύκνων τὰς ἀποδείξεις, οἷς γηραιὸς πίκτουσαν αὐτὸν τοῦ μητέρα, καὶ μαιοδαῖς ἱστορεῖ. ἀλλ' ὅδε πρὸς τοὺς κήπους μυθολογίας, τὸν μάρτυρα παρέχειν ἀξιῶ· οὐ γὰρ δὴ καὶ τούτων ὡς ἔφη Δάμις ἡμῖν ξυνὼν ἱστορῶ ἀφίξεται, μακρῷ ὕστερον νίνῳ τῆς Ἀσσυρίας ταύτῃ ξυνάψας. ἐγὼ μὲν οὖν οὐ μάλα πρόθυμος τοῖς εἰκόσι τε, καὶ ἀληθείας ἐχομένοις πειθόμενος, εἰ δὲ μείζονά πνα καθ' ὑπερβολὴν ἐς ἔπαινον ἀνδρὸς ἀγαθοῦ λέγοιτ' ἄν, πιστὰ, καὶ παραδεκτέα εἶναί μοι δοκῶ, ὅπου μὴ μόνα τὰ τραπώδη, καὶ

λήρου πλέα. οὐκοῦν φθονείσω, εἴ φη- A ſcatentia nugis deprehenduntur.
σιν ὁ ξυγγραφεὺς γῆθεν τὸ ἀρχαῖον, Non igitur inuidebo, ſi prodat hi-
καὶ τῆδε οἰκισῶν ἀνημμένον τῷ αὐ- ſtoricus genus eſſe Apollonij nobi-
δρὶ γεγονέναι· καὶ πλουτῆδε εἰ οὕτως le & antiquum, & quod in condi-
ἔτυχεν ὑπὲρ τοὺς ἐγχωρίους ἅπαν- tores patriæ referatur. Diuitem fuiſ-
τας. διδασκάλων τε νέων ὄντα, οὐ ſe concedam ſupra incolas regionis
μόνων τῶν δεδηλωμένων τυχεῖν, ἀλλ' ſuæ. Ab adoleſcentia eruditum fa-
εἰ δοκεῖ, καὶ τοῦτον* αὐτῶν διδάσκα- tebor ſub iis præceptoribus, quos
λον, καὶ καθηγητὴν γεγονέναι. ἔσω antea memoraui: neque hoc tan-
δ' ὅπη τούτοις ἐντρεχὴς καὶ τὰ κοι- tùm, ſed magiſtrum aliis ipſum præ-
νὰ, ὡς ἐς Ἀσκληπιοῦ θεραπείας ceptorémque fuiſſe. Eſto autem, in
χάριν ἀφιγμένον διὰ γνώμης ἀρί- his omnibus acer plurimùm ſagáx-
B σης, ἀπαλλάξαι τῆς ἀῤῥωστίας. νο- que fuerit. Ita ſanè vt eum qui ad
σοῦντι γὰρ δὴ ὑδέρου πάθη, κατάλ- Æſculapij curandus acceſſerat, per
ληλον ἐγκρατείας ὑποθέσθαι δίαιταν prudentiæ ſuæ vim ægritudine li-
τῷ κάμνοντι, καὶ ταύτῃ αὖθις ὑ- berarit. Fertur enim aqua intercute
γιᾶ καθαρῆναι. καὶ τούτῳ γε δ' φρο- laboranti ſalubrem continétiæ nor-
νήσεως ἀποδεκτέον τὸ μειράκιον. mam indixiſſe, eúmque ita in ſani-
καὶ ὡς πολυτελῶς θύειν παρε- tatem priſtinam reuocaſſe. Tanta ve-
σκευασμένον εἶρξεν, οἷα εἰκὸς ἐπὶ rò prudentia adoleſcentem fuiſſe
κακίᾳ διαβεβοημένῳ· καὶ γὰρ δὴ planè admitti poteſt: tum & inhi-
C καὶ τῶν ἐγχωρίων ἁπάντων πλου- buiſſe diuitem quendam ne luxu-
σιώτατόν τε, καὶ θαυμαστέσθαι αὖ- riosè nimium atque affluenter ſa-
τῷ ὑποπτεύεται. καὶ σωφροσύνῃ δ' crificaret, vt pote minus Æſculapio
αὖ φθόνῳ οὐδεὶς διαγράφειν, litaturum, qui ex famoſa vita tur-
ὅτι τὸν θεὸν ἐρασθεὶς πειρώμε- piſſimus haberetur. Huius autem
νον αὐτῆς ὥρας, διελοιδορήσατο, mores Apollonium latere non po-
καὶ γυναικείας ὅτι καθαρὸν ἑαυ- C terant, quòd erat homo regionis
μίξεως διὰ τέλους, ὡς ὁ λόγος φη- illius maximè diues maximéq. con-
σὶν, ἤγαγε. μετὰ δ' ἔσω καὶ τὰ τῆς ſpicuus. Caſtitatis quoque laude
πενταετοῦς κατὰ Πυθαγόραν σιωπῆς Tyaneum ornari inuidia nulla ſit,
αὐτοῦ, καὶ τὰ ὅπως ταύτῃ διώυ- quódque pulchritudinis ſuæ nefa-
σεν, ἐπαίνου ἄξια· ταῦτα δὴ, & ὅ- rium amatorem grauiter obiurga-
σα τοιαῦτα ἀνθρώπινα, καὶ ὡς ἀλη- tum repulerit, ſéq. à muliebri conta-
θῶς φιλοσοφίας, καὶ ἀληθείας οὐ gione impollutum vſq; ſeruarit. Cre-
πόῤῥω, δέχομαί αὖ θεὶ πολλοῦ, τὸ δύ- datur quoque ex Pythagoræ diſci-
γνωμόν τε, καὶ φιλάληθες πιθόμενος. D plina luſtro illum perpetuo tacuiſ-
ſe; neque merita laude fraudentur
quæcunque opera per ſilentij tem-
pus effecit. Hæc enim, & quæ huiuſ-
modi ſunt, humana omnia, & vt ve-
rè dicam, neque à philoſophia, ne-
que ab ipſa porro veritate ſeiuncta,
quæque ego non inuitus admiſerim;
magni ſanè, quicquid ingenuè, ac
verè ſcribitur faciendum putans.

At verò humanitate ſublimius quenquam efferre, argumentíque prioris oblitum ſibi penitus non conſtare: hæc qui faciat ſcriptor, meritam puto cum & ſibi ipſi & multò illi magis, de quo ſcribat, calumniam comparare. Atq. hæc fermè ſunt quæ volumine primo refellenda occurrunt.

A γὲ τοι κρεῖττον ἀνθρώπου τὴν φύσιν ὑποπτεύσαι, καὶ παραδόσας σιναπολογεῖν, τῆς τε δοθείσης ἀμνημονεῖν ὑποθέσεως, ἐχὰν ψόγον δὴ, καὶ διαβολὴν αὐτῷ τε τῷ γράφοντι, & πολὺ πρότερον τῷ γραφομένῳ περιάψαν ἡδονήν· καὶ ταῦτα μὲν ἀπὸ τοῦ προοιμίου ξυλλαμβάνεις.

CONFVTATIO LIB. II.

ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ.

AGE verò ſecundum quoque aggrediamur. Iter enim Apollonij de Perſide in Indiam vſque factum narrat hiſtoricus. Hoc autem in itinere inſolens ſibi quiddam paradoxúmque contigit, dæmonis ſcilicet occurſus, quam Empuſam vocant. Quam tamen multis conuitiis imperitam procul à ſe & Apollonius, & comites abegerunt. Tum verò permiſiſſe Damidi fertur, ac reliquo comitatu appoſitis vt carnibus veſcerentur. Neque enim videre ſe ait, quidnam illis prodeſſet carnibus abſtinere. Sibi verò profore hoc aiebat ob eam quam vel à pueris profiteretur, philoſophiam. Sed quis hoc loco non iure optimo admiretur, cum Apollonium videat ne illi quidem, quem vnum imitatorem ſui delegerat, Pythagoricíſque decretis imbuendum ſuſceperat damnatas Pythagoræ animalium carnes vt dilectiſſimo inhiberet, tum neſcio quàm ſanis rationibus colligentem, ſibi quidem veſci animatis fore pernitioſum, non tamen ſe videre quare iis comitibus quoque ſuis interdictum oporteat. Sed vide quæſo quæ præterea veritatis exempla nobis Philoſtratus prodat. Ille, inquam, Philoſtratus, quem Philalethes ſtudioſum veritatis appellat. Apollo-

Ἐπίωμεν δὲ καὶ τὰ ἐκ τοῦ δευτέρου. πλοῦν ἀπὸ Περσίδος ἐπ' Ινδοὺς πορείαν ἄγει, παραλαβὼν αὐτὸν ὁ λόγος. εἶπά τι πεπονθὸς ἀπειρόκαλον, ὅσπερ τι παράδοξον δαιμόνιόν τι, ὃ καὶ ἔμπουσαν ἐνομάζουσι, κατὰ τὴν ὁδὸν ἰόντα, λοιδορίαις ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἀπελάσαι φησί. καὶ ζώων δὲ αὐτοῖς ἐς ξυφορὰν προσαχθέντων, εἰρηκέναι αὐτῷ τῷ Δαμιδι, ὡς ἄρα ξυγχωροίη αὐτῷ τε, καὶ τοῖς ἑτέροις σιτεῖσθαι τῶν κρεῶν· τὸ γὰρ ἀπέχεσθαι αὐτῶν, αὐτοῖς μὲν ἐς οὐδὲν ὁρᾶν προσθεν, ἑαυτῷ δὲ ἐς τὰ ὡμολογημένα πρὸς φιλοσοφίαν ἐκ παιδός. καί τοι πῆ ἐκ δὴ ἀπορήσειν, ὅτι μὴ αὐτὸν, ὃν μόνον ἐδόκει τοῦ βίου ζηλωτὴν κεκτῆσθαι, καὶ πρέπειν ἐπὶ φιλοσοφίαν, εἴργειν τε οἷα φίλτατον τῶν τῷ ἐμψύχων, ὡς ἂν οὐχ ὁσίας καὶ Πυθαγόραν ξυφῆς. ὅτι οὐκ οἶδ' ὁποίῳ λόγῳ, λόγῳ μὲν οὐ ξυνοίσειν ἑαυτῷ, κείνοις δ' οὐδὲν ὁρᾶν ἀπὸ τῆς ἀποχῆς προσθεν ὡμολόγει. ἐπὶ τούτοις ὁ Φιλόστρατος, ὃν ἀληθὲς τιμᾶν προσθεν τὸ φιλαλήθους μεμαρτυρημένον, ὅρα τῆς

ἀληθείας ὁποῖα δείγματα ἀφίσησι· ἡμῶν παρ' Ινδοῖς τὸν Ἀπολλώνιον, παρασήσασθαί φησιν ἑρμηνέα, καὶ δι' αὐτοῦ διαλέγεσθαι Φραώτῃ. τοῦτο δ' εἶναι τῷ βασιλεῖ τῶν Ινδῶν ὄνομα. ὁ μικρῷ πρόσθεν κατ' αὐτὸν, πασῶν γλωττῶν ξυνειὶς, νῦν αὖ κατ' αὐτὸν, ἑρμηνέως δεῖται. καὶ πάλιν ὁ κατὰ διάνοιαν ἀνθρώπων εἰδώς, καὶ μόνον οὐχὶ κατὰ τὰς ἀπορρήτους θεόν, καθ' αὑτοῖς ἐρωτᾷ τὸν ἑρμηνέα, ὅστις τε ξυνιεὶς, καὶ οὐ λαλουμένου ἀκούων, ὁποία τις εἴη τῷ βασιλεῖ δι' ἑρμηνέως ἐφαπτὰ διαιτα, ἡγεμόνα τε αὖ ξυνοῖ τὸν ἐς Βραχμᾶνας πορείας ἡμῖν αὐτῷ. καὶ μεταξὺ ὁ μὲν τῶν Ινδῶν βασιλεὺς, καὶ ταῦτα βάρβαρος ὢν τὴν φύσιν, τὸν ἑρμηνέα σπουδῶν μεταπεμόμενος, Ελλάδι χρῆται πρὸς αὐτὴν τὴν ὁμιλίαν, παιδείᾳ, καὶ πολυμαθείᾳ σὺν κυρίῳ. ὁ δὲ, οὐδὲ ὡς ὅπου δὴ καὶ αὐτὸς τὰ παρ' αὐτοῖς οὐκ ἀμαθῶς ἔχει φωνῆς, δέον ἀπεφιλοτιμήσατο, ἀλλὰ καὶ λαλουμένου Ελλάδι γλώττῃ τοῦ Ινδοῦ, ἐκπλήττεται, ᾗ φησιν ὁ Φιλόστρατος, ἀκόλουθα ὡς ἔοικεν ἑαυτῷ γράφων. πῶς γὰρ ἂν ἐξεπλάγη, μὴ οὐχὶ βάρβαρον οἰηθεὶς, καὶ θαυμάσας, καὶ ὅπου δὴ τοιοῦτον οὔ ποτ' ἂν Ελλησίοις προσδόκησεν; εἶθ' ὥσπερ τι παράδοξον καταπλαγεὶς, καὶ τοῦτο εἶτ' ἀγνοῶν αἰτιον, εἰπέ μοι, ἔφη ὁ Ἀπολλώνιος, ὦ βασιλεῦ, πόθεν οὕτως ἐμᾶς φωνῆς Ελλάδος; φιλοσοφία τε ἡ περὶ σέ, πόθεν συναῦθα; οὐδὲ γὰρ ἐς διδασκάλους οἶμαί γε ἀναφέρῃς, ἐπεὶ μὴ ἦν Ινδοῖς διδασκάλους τούτου. αὗται αἱ παράδοξοι τοῦ παντὸς προγνώσεις διαληφότος φωναὶ, ἃς ὁ βασιλεὺς ἀμφιβόμβους, ὅπου τε χοιὴ διδασκάλους, καὶ

A nium siquidem scribit, cùm iam in Indiam penetrasset, interpretem sibi hominem asciuisse, per quem Phraotem Indiæ regem alloqueretur. Hoc enim is nomine vocabatur. Ergo quem paulò superius linguarum omnium conscium facit, eundem interpretis indignum nunc ostendit, & qui mentes hominum quasi Deus illis insitus deprehendebat, surdi concipiens animum, paritérque tacentis, nunc per interB pretem scisciatur, quæ nam sit regis Phraotæ vita. Ducémque inde sibi aliquem petit ad Brachmanas dari. Rex verò ipse, licet in Barbaria summa natus, interprete summoto Græcè Apollonium compellauit, multum doctrinæ, scientiæque testatur. At verò noster hic non modo se Indicæ linguæ minus ignarum fuisse (quod oportuit) non ostendit, sed & Indo Græcè loC quente obstupuit, vt Philostratus ipse testatur, qui pulchrè sibi hoc pacto per historiam constat. Vnde enim tantopere stupuisset, nisi ante Barbarum lingua regem opinatus esset? eundémque Græcè mox scire præter expectationem percepisset? ideóque veluti noui quidpiam rex afferret, obstupuit. Causam præterea nondum tenens, vnD de ait, rex Græcè didicisti? Vnde vero & hoc sapientiæ tibi est? Neque enim puto hanc magistris acceptam refers, cùm nullos Indi magistros sapientiæ habeatis. Dignæ nimirum voces, quæ ab homine proferantur præsensionem rerum omnium profitente. Cui rex & habuisse præceptores se ait, & qui

nam illi fuissent, aperuit, & de rebus Indicis particulatim edocuit. Cúmque idem rex de thesauro in agro quodam reperto sententiam laturus esset, vtri scilicet adiudicandus emptoríne, an venditori prius, hic philosophus ille omnium rerum solers, ac Diis ipsis homo gratissimus, sententiam interrogatus thesaurum emptori addixit, ratione hac vsus, quod nequaquam diu venditorem ipsum, & agri possessione & thesauro priuatum pariter voluissent nisi homo flagitiosus, ac nequam esset, neque rursus emptori boni tantùm impensuros fuisse, nisi vendente meliorem sciuissent. Vt ex illius verbis colligi possit, qui cæteros diuitiis præstant, quanquam fœdissimis morib. iidem sint, habere se eos tamen pro maximè beatis, Deóque dilectissimis, infelices autem eos esse duntaxat, qui pauperrimi sunt. Vel si Socratem, ac Diogenem, ipsúmque etiam Pythagoram in his esse contingat, quempiámve eorum, qui frugalissimi viri, & egregiæ probitatis censentur, hanc qui sequatur rationem, paulatim eò deducetur, vt dicat: Deos quidem ipsos egenis illis, sed claris tamen virtute, ac sapientia viris nequaquã vel necessaria quandoque ad victum adempturos fuisse, nisi eosdem flagitiis obrutos iudicassent. Neque fuisse licentiosis, ac perditis hominib. superflua congesturos, nisi priorib. meliores sciuissent. Quam insulsam esse ac fatuam deductionem facilè constare omnibus potest. His de secundo libro ad examen depromptis, tertium quoque versemus in eo de celeberrimis Brachmanib. inspecturi.

A οἵ γινες οὗτοι, ἕκαστά τε παῤῥήδην τῷ θεῷ αὐτὸν ξυμβεβηκότων φράζει. εἶτα καί ποι τῶν Ἰνδῶν δικάζοντος, τῷ θησαυρῷ φωραθέντος ἐν ἀγρῷ, πότερα τῷ πριαμένῳ, ἢ τῷ τὸ χωρίον ἀποδομένῳ, δέον οἶμαι τοῦτον, ὁ πάντως φιλόσοφος, καὶ θεοῖς κεχαρισμένος, ἐρωτηθεὶς, ἀπεκρίνατο τῷ πριαμένῳ, λογισμὸν δὴ αὐτοῖς ῥήμασιν ἐπιπών, ὡς εἰ αὖ οἱ θεοὶ τὸν μὲν, ἀφείλοντο καὶ κατὰ γῆς τοῦ γοῦ, εἰ μὴ φαύλου ἦν, τῷ δ' αὖ, καὶ τὰ ὑπὸ γῆν δοῦναι, εἰ μὴ βελτίων ἦν τοῦ ἀποδομένου, ὡς κατ' αὖ δὴ ξυνάγεσθαι, τοὺς μὲν δυπόρους, καὶ πλούτῳ διαφέροντας, κἂν αἱρεῖσθαι, καὶ πανωλέσασθαι τυγχάνοιεν, εἰσδυσδαίμονας, καὶ θεοφιλεῖς ἡγεῖσθαι, μόνοις δ' ἄρα κακοδαίμονάς τε, καὶ ἀθλίους, τοὺς πενεστάτους, κἂν Σωκράτης, κἂν Διογένης, κἂν αὐτὸς ἐκεῖνος Πυθαγόρας τυγχάνῃ*, καὶ ἄλλος, ὃς παντων ἀνδρῶν σωφρονέστατοί τε, καὶ ἐπιεικέσταται. εἴ ποι χρὴ αὖ λιμῷ ἐπόμενον τῷ λόγῳ μὴ αὖ κατ' αὖ τοὺς θεοὺς, τοὺς μὲν, πένητας, τούτοις δὴ αὐτοὺς, οἳ καὶ φιλοσοφίαν ἐλώβησαν, ἀφελέσθαι καὶ τὰ πρὸς τῷ ἀναγκαίαν ζῆφλον; μὴ οὐχὶ πάντως φαύλους ὄντας ἂν ζῆπον. τοῖς δὲ τὸ ἦθος ἀκολαστοτέροις, ἄφθονα καὶ τὰ μὴ ἀναγκαῖα παρεσχεῖν, εἰ μὴ βελτίους ἐτύγχανον τῶν πρότερον. ἐξ ὧν παντί γε καταφανὴς ἡ τοῦ ξυμπράσματος ἀτοπία.

* κ. τυγχάνοι

ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ.

ΤΑΥΤΑ Ϛ ἀπὸ τ δ δυτέρ φραθέμψοι, ἴωμψ ἐπὶ τ τέιτον, τὰ κ τ τοὶς βεβοημένοις ἐποφόμψοι Βραχμᾶνας· ἐνθα δὴ τὰ ὑπ᾽ ἀούλλω ἄπιζα, Ϛ εἴ π πρ ἄλλο τραπῶδές ποτε μυθολόγοις ποὶν ἀναπέπλασαι, δῦ μάλα πιζὰ, κὴ ἀληθέςατα, ὡς ἂν παραθέσ τούτων ἀναφανήσε). οἷς κὴ τ νοῦν ἐπιζῆσαι ἄξιον τ δ φιλαλήθοις ἕνεκεν αὐθαδείας· ἡμῖν μὲν ἀχέρδω, καὶ κουφότητα ζήτου φελάπονζος, ἀυτῷ δε, κὴ τοῖς ἀυτῷ φραπλησίοις, τ ἀκριβῆ, κὴ βεβαίαν μ᾽ ξυνέσεως κρίσιν. ὅρα γοῦν ἐφ᾽ οἷς σεμνυνέ) φραδόξοις, τῷ ἡμετέρων θείων ἀαγγελιςῶν φοικείνων τὸν Φιλόςρατον, ὡς μὴ μόνον παιδείας ἐπὶ πλεῖσον ἥκοντα, ἀλλὰ Ϛ ἀληθείας ἐπιμεμψημένον. φοῆτα μὲν οὖν ἐν τῇ φοὸς τοὺς Βραχμᾶνας πορεία τ Απολλωνίε, γυνή τις ἀυτῷ πλὴ χροίαν εἰσάγεται ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐς ὀσφὺν λευκοτάτη· τὸ ὃ ἕτερον μέρος τ σώματος, μέλαινα· τὰ ὄ, φοϊόντων τ ἐπὶ τοὺς Βραχμᾶνας ὀδ, ὄρη, κατα πεφυθυμένα τὸ πέφει, Ϛ τούτου πίθηκοι γεωργοὶ, κὴ φράδοξοί πνες τὸ μέγεθος δράκοντες, ὧν ἀπὸ κεφαλῆς λαμπάδες ἀπορρίπτουσαι πυρὸς, οἷς εἴ τις ἀνέλοι, δῦροι ἄν φησι παράδοξος λίθος ἐπὶ τ κεφαλῆς, τῷ τ Γύγου τ παρὰ τῷ Πλάτωνι παραπλησίους. κὴ ταῦτα μὲν τὰ φοὸ τ τ Βραχμάνων λόφε. ὡς ὃ κὴ εἰς αὐτὸν ἀφίκοντο Σανδαρίκινον, ἐνταῦθα φρέαρ ὕδατος ἰδεῖν παράδοξε, κὴ κρατῆρα πλησίον

CONFVTATIO LIB. III.

PRIMVM quidem sic statuo, si quæ de Thyle insula præter fidē narrantur, quæque multa portentorum plena poëtæ nobis finxerunt, his prodigiis comparentur, iam quasi pro certissimis habeantur; harum magnitudine, ac splendore nugarū velut obducta penitus euanescent. Quibus sanè adhibenda mens est, vt insolentia præsertim Philalethis eluceat. Quando hic nobis fatuam vbique leuitatem obiectat, sibi verò ac suis mentis sanitatem vendicat, diligénsque iudicium. Vide igitur qua sibi rerum nouitate hic placeat. Præponit enim Philostratum sacris Euangelistis, vt qui non eruditionis modò plus habeat, sed veritatis maiore studio teneatur. Ac primùm quidem Apollonio iter ad Brachmanas faciente, mulierem colore spectabilem Philostratus inducit, à summo vertice ilium tenus albentem, reliquum verò corpus nigerrimam. Tunc eadem via magis progressi, montes inuenerunt piper ferentes, cuius veluti custodes, atque agricolæ, simiæ sunt, draconésque magnitudine immēsa terribiles, quorum de capitib. ignei fulgores scintillant. Hos si quis dracones perimat, admirandos in eorum capite inueniat calculos, qualis Gygæ illius fuisse lapis narratur: de quo Gyge Plato mentionem facit. Et hæc quidem antè quàm ad Brachmanum tumulum peruenirent. Vt verò & hunc attigerunt, Sandaracinus illis puteus est oblatus, qui aquam visu mirabilem contineret: Iuxta verò puteum vorago ignem

eructans, ex qua plumbei coloris flamma emitteretur. Tum & dolia duo lapidis nigricant, alterum imbrium, alterúmque ventorum: vnde Brachmanes indigenis amicis ſuis ventos, ac pluuiam impertirent. Statuas præterea ſcribit apud eoſdem eſſe Poliadis Mineruæ, Pythij Apollinis, & Bacchi Delij, aliorúmque quorundam Deorum, quos Græci colunt. Ibi qui omnium magiſter eſſet, Iarcham dici, cuius reſidentis ſpecies Satrapæ magis eſſet, quàm philoſophi. Altiſſimus illi thronus ex ære nigro, quem aureæ ſtatuæ exornabant, quales fabrorum more par eſt ſapientes Brachmanas igni, ferróque excudere, aut præſtigiatorum ritu ſponte ſua, ac repente conſummata oſtendere. Ceterorum item Brachmanum ſedes æreæ quoque erant, ſignis tamen carentes, minúſque elatæ. Oportuit enim ſacræ philoſophiæ magiſtrum tyrannico quodam habitu, ſtatuarum ſcilicet prærogatiua atque auro inſigniri. Sed Iarcham, Philoſtratus inquit, vbi Apollonium primum conſpexit, nominatim ac Græcè illum ſalutaſſe, petiiſſéque reddi ſibi epiſtolam, quam de Phraote afferre mira quadam præſenſione rem omnem edoctum, qua ſcire etiam potuerit epiſtolæ ſcriptionem literæ vnius defectu hoc eſt, D, peccare. In primo autem ſtatim congreſſu faſtuosè nimium ac inſolenter Iarchas, vt facere diuitiarum oſtentatores ſolent, diuinationis ſuæ vim patefecit, vtrumque Apollonij parentem nominans, & eiuſdem genus, educationem, diſciplinámque recenſens: tum peregrinationum tempora &

A πυρός· οὗ φλόγα ἀναπέμπεσθαι μολιβδώδη· δύο τε πίθους λίθου μέλανος· τὸν μὲν ὄμβρων· τὸν δὲ, ἀνέμων. ἀφ' ὧν τοὺς Βραχμᾶνας, οἷς αὐ * εἶεν, ἴλεω κ. εἴλεν, τ. κ. ἵλ.
τῆς χώρας χορηγεῖν· ἄλλά γε καὶ ἀγάλματα σφῶν αὐτοῖς Ἀθηνᾶς Πολιάδος,
καὶ Ἀπόλλωνος Πυθίου, καὶ Διονύσου Δηλίου, καὶ ἄλλων πάνυ Ἑλληνικῶν θεῶν.
Ἰάρχαν ὄν, τὸν ἁπάντων διδάσκαλον καλεῖσθαι. ὃν καὶ ἰδεῖν καθεζόμενον, πολ-
B λοῦ γε δεῖ φιλοσοφικῶς, σατραπικῶς δ' ἂν μᾶλλον σχήματι, ἐφ' ὑψηλοτάτου δίφρου. χαλκοῦν ὄν μέλανος ἔοικε λίθου. καὶ πεποίκιλτο χρυσείοις ἀγάλμασιν, οἷα δὴ εἰκὸς τεχνιτῶν βαναύσων ζῆλον, πυκνὸν καὶ σιδήρῳ μοχθοῦντας τοὺς φιλοσόφοις τεχνουργεῖν, ἢ καὶ θαυματοποιῶν δίκην αὐτόματον ἀποτελεῖν τὸ δημιούργημα. ὁ δὲ τῶν ἄλλων τε μετ'
C αὐτοῦ διδασκάλων δίφροι, χαλκοῖ μὲν φησιν, ἄσημοι δ' ἦσαν, καὶ ἥττον ὑψηλοί. ἔδει γάρ που τυφάννου πάντως σχήματι προνομίας τῆς ἐν ἀγάλμασι, καὶ χρυσῷ, τὴν θείας φιλοσοφίας διδάσκαλον ἀξιοῦσθαι. πρῶτον δὲ τὸν Ἰάρχαν ἰδόντα φησὶ τὸν Ἀπολλώνιον, ἐξ ὀνόματος προσειπεῖν Ἑλλάδι τῇ φωνῇ, καὶ λοιπὸν αὖθις παρὰ Φραώτου κομίζειν ἐπιστολὴν αἰτῆσαι, κατηγορεῖν
D δὲ ἤδη τοῦ προφήτου, ἐνδείξασθαι τὸ ἐνθεον τῆς προγνώσεως, προφρικόντα, ὡς ἄρα ἐν γράμμασι τοῖς δέλτα λείποι ἡ ἐπιστολή, ἐρέσθαι τε ἀπειροκάλως αὐτὸν ἀπὸ τοιᾶσδε ὁμιλίας, ἀπειροπλούτου δίκην ἐπιδείκνυσθαι τὸ τῆς προγνώσεως πλεονέκτημα, πατέρα, καὶ μητέρα καταλέγοντα τοῦ Ἀπολλωνίου, γένος τε, καὶ ἀφήν, καὶ παιδείαν, καὶ τοὺς κατὰ χρόνους

ἀποδημίας, ἢ πρὸς αὐτὸν πορείαν, καὶ τὰ καθ' αὑτὸν πεπραγμένα αὐτῷ, καὶ ὁμιλημένα. εἶτα δέ φησιν ὁ θαυμάσιος συγγραφεὺς, τὸν Βραχμᾶνας ἅμα τῷ Ἀπολλωνίῳ χρησαμένους ἠλεκτρίνῳ φαρμάκῳ λύσασθαι καὶ πρισάντας ὡς ἐν χορῷ, πρὸς γῆν τύψαι ταῖς ῥάβδοις. πρὸς ὃ, κυρτωθεῖσαν, ἀναπήδησαι αὐτὸν εἰς δίπηχυ τὸ ἀέρος, ἐσάναι τε αὐτοὺς μετεώρους ἐν ἀτῷ ἀέρι ἐφ' ὅπερ τι χρόνου διάστημα, ἕλκειν δὲ καὶ πῦρ ἀπὸ τοῦ Ἡλίου ὅτε βούλοιντο αὐτομάτως. τούτοις δ' ἐπιφέρει παράδοξον ὁ θαυματολόγος, ὡς ἄρα τρίποδες Πυθικοὶ τέτταρες ἐξεκυλίσθησαν, αὐτόματοι φοιτῶντες. καὶ εἰκάζει δὴ οὖν αὐτὸν τοῖς Ὁμηρείοις οἰνοχόοις· τ' ἐπὶ τούτοις μὲν χαλκοῦ διακόνους τ' ὕλλιον ἵσταν τέτταρας· ἐπλέον δ' ὡς ἄρα καὶ ἡ γῆ αὐτομάτως ὑπεσρώννυτο αὐτοῖς πόας. τ' ὃ τρίποδων οἱ μὲν δύο φησὶν, οἶνον ἀπέρρεον. ὁ δ' ἕτεροι δύο, ὁ μὲν, ὕδατος θερμοῦ κρᾶσιν παρεῖχεν, ὁ δ' αὖ ψυχροῦ· τοῖς δ' οἰνοχόοις τοῖς χαλκοῖς, ἀρύεσθαι δυμέτρως τ' τ' οἴνου, καὶ τοῦ ὕδατος, περιελαύνειν γε κύκλῳ τὰς Κύλικας, ὥσπερ ἐν τοῖς ποταμοῖς. ταῦτα Ἱεροκλεῖ τὰ ἀνωτάτω, καθόλου δικαιότερα πεπιθυμένῳ, μὴ πολλῆς ἀνετάσεως ἁλῶναι, καὶ πιστὰ εἶναι δοκεῖ. καὶ ἡμεῖς μὲν διχέρδα, καὶ κουφότητος πλείστη, ὅσην κατέγνωσαν παρ' αὐτῶν. αὐτὸς δ', τοιαῦτα Φιλοστράτῳ πιθόμενος, αὐτοῖς δὴ ῥήμασι σεμνύεται λέγων· σκεψώμεθα γοῦν ὅσῳ βέλτιον, καὶ ξυνετώτερον ἡμεῖς ἐνδεχόμεθα τὰ τοιαῦτα, καὶ μὴν περὶ τῶν σοφῶν ἀνδρῶν ἔχομεν γνώμην. ἐπὶ τοιούτῳ δὴ τῷ συμποσίῳ

A euentus, ac postremò illius ad se profecti sermones per viam habitos, factáque omnia, refert etiam egregius scriptor Brachmanas cum Tyaneo, pharmaco prius helectrino delibutos, lotósque, in orbem ac chorum constitisse, terram ipsam scipionibus succussantes, eam verò ad huiusmodi ictus in gibbum resilientem, Brachmanas altitudine bicubita vanum in aërem extulisse, pensilésque eos aliquandiu visos esse. Sed illos quoq; affirmat ignem sibi de Solis orbe vtcunque libitum sit, non reluctantem subducere. Ad quæ portenta & alia complura fabulator adducit, vt scilicet Pythij tripodes quatuor sponte sua mouentes in mediũ processerint, quos Homericis persimiles esse ait. Pincernas insuper æreos quatuor, qui pocula ministrarent, terram verò sponte sua discumbentibus gramina substrauisse. Nam tripodes quidem duo, vina fundebant, reliqui duo aquam, gelidam scilicet alter, alter verò calidam. Ex quibus ærei pincernæ vinum conuiuis, aquámque sumebant, sed & calices actos in gyrum quasi vorticoso flumine impellebant. Hæc sunt quæ Hierocles pro veris habet ille solertissimus in iudiciis supra adductis, ac vndecunque in nos legendis excussor, cui facilitas Christiana seu leuitatem dici hanc mauult, quam maximè aspernabilis est. Is itaque Philostrato fidem hãbens, verbis huiusmodi sese iactat. Videamus, inquit, quanto nos melius hæc atque prudentius admutamus, & quæ de præclaris virtute viris sententia nostra sit. Tam celebri itaq. conuiuio

narrat Philostratus interfuisse Indiæ regem, ipsisque Brachmanib. compotasse, sed contumeliis, ac furore vinolento in philosophiam inuectum, meróque apud eos largè incaluisse, ac insolentia magna, vel in ipsum quoque Solem insurrexisse. Apollonium verò per interpretem quædam ab eodem rege accepisse, quem ipse contra allocutus sit Iarcha vicem interpretis exhibente. Quis autem non admiretur, hoc à Philostrato vt concinnè factum admitti, vt iniurius homo, maximéque insulsus inter tantos viros mentem vino alienarit, quem non philosophorum quidem, nedum & semideum conuiuio interesse oportuit? Quò enim pertinet semideos appellare, si dignitatem magis onere, quàm honore afficias? Etenim Tyaneo interrogante quos nam se ipsos esse dicerent, Dij sumus, Iarchas inquit. Idem verò conuiuis præsidens non digno quidem philosophis ritu, multóque Diis magis indigno, quorum se in numero ponebat Phiala concrepans, compotationem incepit. Phiala verò ipsa sicut historicus narrat, vbi cunctis Brachmanibus potum satis exhibuit, mirabilium fontium more aquam haurientibus iugem sufficiebat. Deinceps verò sermones inter se habiti, seriéque philosophorum disputationes narrantur, docente Iarcha quo pacto sua ipsius anima fuerit aliud quandoque regiæ fortunæ corpus induta, quæque tunc opera demum egerit, explicante Apollonio se nauis Ægyptiæ gubernatorem fuisse, neque minus & ipso illius temporis facta narrante. Cùm verò multi vtrinque interrogata, responsáque fuerint, dignum est tam sapientium dictorum memoriam non extingui.

A κζ΄ τ᾽ αὐτὸν Φιλόστρατον, βασιλεὺς ἐξ-
χωριάζων Ινδοῖς εἰσάγει, συμπίνων
τοῖς φιλοσόφοις. τοῦτον ὑβρίζειν, &
ἐμφρονεῖν φιλοσοφίαν, μυθύσκεσθαί
τε πρὸς αὐτοῖς, καὶ αὐτοπρεξάγειν τῷ
Ηλίῳ, & ἀλαζονεύεσθαι ἰσορεῖ. καὶ πάλιν
τὸν Απολλώνιον δι᾽ ἑρμηνείως τὰ πα-
ρὰ τούτου μανθάνειν. καὶ αὖ πάλιν
πρὸς αὐτὸν διαλέγεσθαι, ὑφερμηνεύ-
B οντος τ᾽ Ιάρχα· καὶ πῶς ὁ θαυμάζειν ἄ-
ξιον, ὅπως τὸν οὕτως ὑβριστὴν, καὶ ἀπο-
πώτατον φρονεῖν, & μυθύσκεσθαι παρὰ
τηλικούτοις εἰκὸς ἦν, ὃν οὐδὲ παρισᾶν
ἄξιον σὺν φιλοσόφων, μή τι γε καὶ ἰσο-
θέων ἑστίᾳ. τί δέ μοι ἰσοθέους τούτους
καλεῖν, & τ᾽ ἀξίας συνυβρίζειν τοῦ-
τ᾽ ἄνδρας, ὁπότε πυθομένου τοῦ Απολ-
λωνίου τίνας ἑαυτοὺς ἡγοῦνται θεοὺς,
ἔφη ὁ Ιάρχας, ὡς καὶ τοῖς συμπόταις
C οἷα δὴ θεὸς. φιλοσόφως μὲν ἥκιστα ζῆ-
τῶ πολλοῦ γε δεῖ, μή τι γε μᾶλλον οὗ
ἔφησε θεῖ᾽ ἀξίως, τῷ φιάλῃ ἐπι-
κτυπῶν ἐξῆρχεν. ἡ δέ, φησιν ὁ συμφορ-
φεὶς, ὡς ἄρα ἐπίνιζε* ἱκανῶς πάν- * ἐπόιζε & ix.
τας, ἐπεδίδου, καθάπερ αἱ ἀπόρρητοι
πηγαὶ τοῖς ἀνιμωμένοις. μὴ ταῦτα
κοιναὶ λόγων ὁμιλίαι, καὶ ἀσυνδαιτο-
λογίαι τῶν φιλοσόφων, τὸν μὲν Ιάρ-
χα διδάσκοντος ὡς ἄρα ποτὲ αὐτῷ ἡ
D ψυχὴ σὺν ἑτέρῳ ἀνθρώπου βασιλέως
γνοίη σώματι, & τοιαδή τινα αὐτῷ
πεπραγμένα εἴη· τὸν Απολλωνίου
δὲ, ὡς νηὸς Αἰγυπτίας ποτὲ γνοίη
κυβερνήτης, & τοσαῦτα διαπραξοι-
το, πύστις τε, καὶ ἀποκρίσεις ἐκά-
στου, ὧν καὶ τῆς σοφίας ἄξιον μη-
δαμῶς παρασπᾶσθαι τὴν μνήμην.

ἔρεσθαι δέ φησι τὸν Ἀπολλώνιον εἰ ἔστι παρ' αὐτοῖς χρύσεον ὕδωρ. ὦ τοῦ θαύματος, καὶ παραδόξου πόρου. καὶ μὴν εἰ ἀνθρώπων ἢ κατὰ γῆν οἰκούντων, καὶ Πυγμαίων ἄλλων, καὶ σκιαποδῶν ἀνερωτᾶν. καὶ εἰ γίγνοιτο παρ' αὐτοῖς ζώων τετράπουν, ὃ λέγεται μαντιχόρα, ὃ τὴν κεφαλὴν ἀνθρώπου εἰκάζουσι, λέοντι δὲ ὅμοιον τὸ μέγεθος, πτερὰ δὲ οὐρᾷ σκορπίου φέρειν πτυκνὰ ἀκανθώδη, ἃς βάλλειν ὥσπερ τοξεύματα ἐς τοὺς θηρῶντας. καὶ τοιαῦτα μὲν τὸν Ἀπολλώνιον ἀνερωτᾶν. τὸν δὲ Ἰάρχαν διδάσκειν αὐτὸν, περὶ μὲν τῶν Πυγμαίων, ὡς ἄρα εἶεν οἰκοῦντες μὲν ὑπόγαιοι, διαρρέοντες δὲ κατὰ τὸν Γάγγην ποταμὸν ζῶντες. περὶ δὲ τῶν ἄλλων, ὡς ἀνύπαρκτα εἴη, ἔριον ἀπὸ δένδρων φυόμενον αὐτοῖς ἀπὸ γῆς ἐς ἐσθῆτος ὕλην ὁ Φιλόστρατος ἀναγράφει, πάντως δή που τῶν φιλοσόφων ἰσὸν ἐποιχομένων, καὶ παλαισιργίας ἐς ἐσθῆτος κατεργασίαν σκπουδμένων. ἐσθῆτα γὰρ εἰσῆκεν αὐτοῖς γυναικεῖον φῦλον, εἰ μὴ καὶ τοῦτο φήσειν αὐτόματον αὐτοῖς παραδόξως δι' ἱερέως ἐς ἐσθῆτα μεταφύεσθαι. φέρειν δὲ ἕκαστον αὐτῶν ῥάβδον, καὶ δακτύλιον, ἀπόῤῥητον ἔχοντα ἰσχύν. εἶτα παραδοξοποιΐαν τοῦ Βραχμᾶνος, ὡς δαιμονῶντα δι' ἐπιστολῆς ἀναπαλέσοιτο, ὡς χωλεύοντα καταψήσας τοῦ γλουτοῦ θεραπεύσειν, ὡς τυφλῷ τὸ βλέπειν, καὶ ἀδρανεῖ πνεῦμα χεῖρα σῶαν χαρίζοιτο. πολλὰ καὶ ἄγαθα γένοιτο θεαμάτων ἡμᾶς ἀπολύσαντι τῷ συγγραφεῖ. δῆλα γὰρ ὡς ἀληθῆ καὶ ταῦτα, ὅτε βροντὰς τε, καὶ ἀνέμους σὺν πίθοις, τε πόδας τε σὺν λίθοις φοιτῶντας αὐτομάτως, καὶ οἰνοχόους ἀπὸ χαλκοῦ θεμε-

A Interrogasse ergo Apollonium refert aureáne apud Indos aqua inueniretur. ô admirabilem! ô plenam sapientiæ quæstionem! Tum de Troglodytis & Pygmæis quæsisse, déque iis hominibus qui vmbripedes appellantur. Numquid etiam apud eos Mantichora quadrupes animal nasceretur, quod humano esset capite, corpore leonino, caudámque haberet cubitalib. spinosis setis hor-
B rentem, quas veluti sagittas in venantes iacularetur. Ad hæc Apollonij quæsita respondit Iarchas Pygmæos quidem subterraneas specus inhabitare ad Gangem fluuium, cetera verò, quæ ille quæsisset, irrita prorsus, ac nulla esse. Sed lanam tamen Philostratus narrat terra apud illos prouenire, quæ sit vestibus conficiendis accommoda, ipsis sibi philosophis telam inde ad vestiendi vsum concinnantibus. Neque e-
C nim muliebrem sexum admittunt. Nisi iam & lanam dicat sponte sua transformari in vestes, atque transire. Scipionem verò singulis refert, anulúmque, virtutis occultæ, atque admirandæ gestari. Narrat etiam Brachmanis Iarchæ miracula, qui dæmone malo correptum missa ad eum epistola liberarit, claudóque cuidam solo attactu luxatam vertebram confirmarit, captum oculis videre fecerit, valentem alij ma-
D num pro torpida reposuerit. Ingentia verò bona scriptori egregio comprecemur, qui nos ista commentus magno ambiguitatis modo exoluit. Quis enim dubitet quantæ veritatis & illa sint, quæ præterea multa affert? Nam qui fulmina & ventos scribit apud Brachmanas in doliis asseruari, tripodésq. lapideos sponte sua motantes, & ab æreis pin-

cernis calices in gyrum agri, satis puto ex iis, quæ vt verissima recensentur, ceteratum quoque rerum nobis ipse arguit, ac patefecit figmenta. Idem scribit Philostratus Damin testari se quidem minus admisso Tyaneum cum Iarcha secretò philosophatum esse, munúsque ab eo tulisse annulos septem, totidem planetarum nominibus dictos: quos singulos gestaret per subiectos planetis dies. Hæc modò cùm Philostratus dicat: ille apud Philalethem veritatis assertor: paulò tamen pòst, vt qui magicam Brachmanum non probet, statuátq. hoc crimine Apollonium liberare, hæc
» ipsa verba subnectit: Videns itaque
» Apollonius tripodas apud Indos,
» pincernásque illos, & quæ præter-
» ea sponte sua mouentia disseruimus, neque interrogauit, neque e-
» doceri dignum duxit, quibus illa
» præstigiis fierent. Laudauit, hæc, in-
» quit, sed tamen æmulari duxit in-
» dignum. Sed heus tu, quomodo hæc scire contempsit? qui Damide excluso fecit magni cum Brachmanibus diuersari? An qui fidissimum sibi hominem celandum putauit? num, & illa fecit permagni? cùm & annulos planetarios tulerit, religione quadam astrictus, singulatim eos dum viueret per planetarum dies gestandi: & erant illi quidem, vt scribis, arcanæ cuiusdam reconditæque virtutis. Quod si tibi concedatur, non illa Tyaneum imitanda duxisse; nimirum non imitatum dicam quia *miseros esse cognouit. Quomodo igitur eosdem laudauit, aut si tanquam diuina operantes laudauit, qui non & imitatu, quos & laude dignos existimauit? Sed enim post factam apud

*v. non bene agere, vel, haud bene rem gerere c.

A λαιῶν ἐν κύκλῳ τὰς κύλικας προϊεῖσορήσας, διὰ τ προὶ τούτων ὡς ἀληθῶν ἀφηγήσεων, καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων, ἐξεφηνέ τ, & διήλεγξε τὴν μυθολογίαν. εἰρηκέναι δέ φησιν ὁ Φιλόστρατος τὸν Δάμιν, δίχα τῆς αὐτ προαιρέσεως, & τῷ Ιάρχᾳ συμφιλοσοφῆσαι τὸν Ἀπολλώνιον, εἰληφέναι τε παρ' αὐτ δακτυλίους ἑπτὰ ἐπωνύμους ἀστέρων, οἷς & φορεῖν αὐτὸν καθ' ἑκάστην πρὸς
B τὰ ὀνόματα τῶν ἡμερῶν. ταῦτα μὲν νῦν εἰπὼν, ὅ τ ἀληθὴς ἡμᾶν παρὰ τῷ φιλαλήθει νενομισμένος, μεθ' ἕτερα τῆς γραφῆς, ὡς αὖ δὴ γοητείαν τῶν Βραχμανῶν καταγνοὺς, καὶ ταύτης ἐλεύθερον καθαρῆσαι τ Ἀπολλώνιον φρονήσας, ἐπιφέρει, φάσκων κ τ λέξιν· ἰδὼν ὃ παρὰ τοῖς Ινδοῖς τοὺ τρίποδας, & τοὺ οἰνοχόους, καὶ ὅσα αὐτόματα σκεύη
C φοιτᾶν εἶπον, οὐθ' ὅπως σοφίζοιντο αὐτὰ οὔτε ἤρετο, οὔτε ἐδεήθη μαθεῖν· ἀλλ' ἐπῄνει μὲν, ζηλοῦν δ' οὐκ ἠξίου. καὶ πῶς ὦ θεοί, οὐκ ἠξίου ζηλοῦν, ὁ δίχα τῆς Δάμιδος ἀπουδὴν ποιούμενος συμφιλοσοφεῖν αὐτοῖς, & τὸν μόνον ὅ, τι καὶ θεάσθαι λανθάνειν δέον, ἑταῖρον ἡγούμενος. πῶς δ' οὐκ ἠξίου ζηλοῦν, ὁ τοὺς τῶν ἀστέρων ἐπωνύμους καταδεχόμενος δακτυλίους, καὶ τούτοις ἀναλ-
D καιον πεδόμενος διὰ παντὸς τ βίου φέρειν πρὸς τὰ ὀνόματα τ ἡμερῶν· καίτοι γε ἀπόῤῥητον ὡς φῂς αὐτὸς ἔχοντας ἰσχύν; εἰ δ' καὶ δοκεῖ τὸ μὴ ζηλοῦν ἠξιωκέναι αὐτὸν, ὡς μὴ δι' θεάσοντας, οὐκ ἐζήλωσε δηλονότι· πῶς οὖν ἐπῄνει, ἐφ' οἷς μὴ ἠξίου ζηλοῦν; εἰδὼς ὡς θεοὺς ἀνδρωθέντας ἐπῄνει, πῶς οὐκ ἐζήλου τὰ ἐπαίνων ἄξια; ἀλλὰ γὰρ μὴ τιν παρὰ

τούτοις διαζιβλὼ παλινοστοῦντα αὐ-
τὸν ἅμα τοῖς ἑταίροις, ἐληλυθέναι φη-
σὶν ἐς τ ὠρφτῶν χώραν, ἔνθα χαλ-
καῖ μὲν αὐτοῖς αἱ πέτραι, χαλκῆ ὴ ἡ
ψάμμος, χαλκοῦ ὴ ῥῆγμα ⓐ πο-
ταμοὶ ἄγουσι. καὶ τοσαῦτα μὲν τὰ κ τ
τὸ τρίτον σύγγραμμα.

A Indos moram, narrat Philostratus reuertentem Apollonium cum comitatu omni ad Oritarum regionem venisse, quibus æreæ petræ, arena ærea, fluuij quoque ipsi ramenta æris deuoluerent. Hæc de volumine tertio sumpta sunt. Nos autem quo cœpimus ordine ad reliqua inspicienda pergamus.

EK TΩN TOY TETAPTOY.

CONFVTATIO LIB. IV.

Ἐπίωμεν δὴ ἤδη τὰ ἑξῆς. ἐπανελ-
θόντα φησὶν αὐτὸν τ Ινδῶν χώρας
ἔτι τὴν Ελλάδα, κοινωνὸν τῆς θεῶν
θεᾶς αὐτῶν τ θεῶν ἀνακεκηρύχθαι,
οἱ καὶ τοὺς κάμνοντας ὡς αὐτ ἐφ' ὑγείᾳ
παρέπεμπον. καὶ δῆτα ὡς ἐξ Αράβων,
καὶ μάγων, καὶ Ινδῶν θαυμάσιον ἄνα, καὶ
θεῖον αὐτὸν ἡμῖν ἀγαγὼν, θαυμασίων
αὐτοῦθεν ἀφηγημάτων καταρχέτω. καί
τοι ἄν τις εἴποι λόγως, ὅτι δὴ εἰθισμέ-
νας, ἢ κατ' ἄνθρωπον φύσεως ἰὼν πά-
λαι, ἀλλ' οὐ νῦν ἔδει θεὸν τ ἑτέρων με-
ταλήψεως τῆς θαυμασίων καταρχε-
σθαι. πρὶν δ' ἂν καὶ ὁ ἐξ Αράβων αὖτις,
μάγων τε, καὶ Ινδῶν διὰ σοφίας ἐπε-
χρεῖτο πολυμάθια, εἰ δή τις κ τ τ δο-
θεῖσαν ἐσῆρεν ὑπόθεσιν. ἀλλ' ὅσῃ κ τ
τ ἀληθῆ συγγραφέα, νῦν δὴ παρέσι
μ τ τοσούτοις διδασκάλοις τὴν σοφίαν
ἐδήλωμεν· καὶ θεῶτα μὲν οἷα ἐξ
Αράβων, ἔτ τ παρ' αὐτοῖς οἰωνιστικῆς
ὁρμώμενος, τὸν στρουθὸν ὅν, ἂν βούλοιτο
τοὺς ἑτέρους ὑπὸ ζόφου παρακαλῶν,
ἐφ' ἑμιλλᾶσθαι τοῖς παροῦσιν. εἶτα ὃ λοι-
μὸν θεραπεύμενος, θεσπιῳδοῦσι
τοῖς πολίταις. τὴν δ' αἰτίαν, ἔτ τοῦτο ἐν
τῇ πρὸς Δομετιανὸν ἀπολογίᾳ αὐτὸς
παρεπάσατο. ἐρομένου γάρ τοι αὐτὸν,

B Regressvm ab Indis in Græciam refert quasi Deorum consortem quendam vel ipsorum testimonio declaratum. Variis enim morbis affectos illi curandos potissimum destinabant. Iámque vt augustum ac diuinum hominem de Arabia, de Magis, déque Indis venientem nobis ostensurus, nouis quoque miraculis scatentem historiam exorditur. Hic autem rectè
C quis illud obiiciat, si diuiniore hic natura, supráque humanam præditus erat, multò antè quàm ab aliis doceretur, mirabilia per se aggressum oportuit. Superflua enim diuino homini fuerit illa Arabum, Magorúmque & Indorum magno studio conquisita doctrina. Quòd si erat huic aliqua prius tantarum rerum cognitio, pro vt tota in historia traditur, Philalethe tamen autore, nonnisi tot exhaustis magistris sapientiam patefecit. Ac pri-
D mò quidem veluti qui augurandi vim ex Arabia detulisset, astantibus multis exposuit pipilantem passerculum ceteras sui generis aues ad pastum concire. Tum verò cùm appetentem pestilentiam præsentiret, ciuibus illa Ephesiis ante prædixit, huiúsque præsensionis causam, mox ipsemet apud Domitianum reus, sua in apologia exposuit. Rogante enim Domitiano,

vnde

vnde is peſtilentiam præſenſiſſet, A
» Diæta, inquit, magis tenui, magiſ-
» que ſobria quàm ceteri mortales
» vſus, ita primus omnium qualita-
» tem aëris vitiúmque deprehendi.
Tertium porrò miraculum narrat remedium fuiſſe, quo is peſtem Epheſiis cauit. Quòd factum tametſi minus exponit Philoſtratus in fine ipſo accuſationis, cùm tamen exponi maximè oportuerit, quia fortaſſe non ſibi potis videbatur tantùm criminis apologia purgare, B nos tamen ipſi factum hoc explicantes iudicio hominum proponamus, ad rectè rationis examen ſicut reliqua prouocantes. Si cui enim minus conſtet figmentum hîc quoque impoſturæ plenum adduci, magicîſque nimirum obductum præſtigiis, ipſa totius facti ratio modúſque manifeſtè oſtendet. Peſtilentiam narrat in figurâ medici ſenis, laceri ac pannoſi, ſe ſpectabilem præbuiſſe. Quem quidem ſenem cùm Tyaneus iuſſiſſet lapidibus cædi, primùm ait peſtilenti obtutu flammam luminibus eiaculatum, tum verò, coniectis obrutum ſaxis in effigiem obſcœni canis ſe transformaſſe, cui etiam rabidorum more, tetræ circa rictum ſpumæ vndarent. De hoc autem ſene intelligere Apollonium ſua apud Domitianum apologia ſcribit Philoſtratus. Peſtilentia enim, inquit, ſub habitu mendici ſenis Epheſum peragrabat: hanc ego conſpicatus, comprehendi, luem ciuitati non modò ſiſtens, verùm penitus tollens. Quis non igitur liberè cachinnetur ad præſtigiatoris miracula? Cùm peſtilentiæ vim, quæ, vt tradit ratio medicinæ, nihil aliud plane eſt, quàm corruptio circumfuſi aëris, vitiúmq. ex putrido vaporatu in morboſam qualitatem vergentis:

ὁπόθεν ὁρμώμενος τῦτο προσείποι, λεπτοτέρᾳ, ἔφη, χρώμενος, ὦ βασιλεῦ, διαίτῃ, προσῶτος ἔτι δυνοδ ἡδόμενῳ· καὶ τέλεον δ' αὐτῷ σωῦμα γεγονὸς ἰσορεῖ, ὡς δὴ ἀλεξήσαντος τὸν λοιμὸν ὅπερ εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐν ταῖς ὑπὲρ τέλους κατ' αὐτῦ κατηγορίαις ἐτέθεικεν ὁ συνεφαρφεὶς, ὅτι μὴ πρέπειν ὡς εἰκὸς αὐτῷ δὶ' ἀπολογίας ἀπολύσασθαι τὸ ἔγκλημα, φέρε δὴ οὖν ὅμως αὐτοὶ τὴν ἰσορίαν ἐς φανερὸν ἐκκαθώμεθα, οὕτω δὴ καὶ τοῦτον ἐξετάζοντες· εἴ τινι γὰρ δὴ καὶ αὖ εἴη σαφὲς ὅτι δὴ πολὺ τὸ πλάσμα, καὶ ἀπατηλὸν, γοητείας τε ὡς ἀληθῶς ἔμπλεον, αὐτὸς ὁ ζῆτος ἀπελέγχει τὴν ἰσορίας. τὸν γὰρ τοι λοιμὸν ὑποπτεύσαντα σὺν εἴδει πτωχύοντος, καὶ ῥάκεσιν ἠμφιεσμένῳ πρεσβύτου ἀνδρὸς ἐωρᾶκεν. ὃν καταλύσαντα ἐπιπελθόντα μὺν τῦ Ἀπολλωνίῳ, πρόσωπον μὲν πῦρ βάλλειν τοῖς ὀφθαλμοῖς, εἶθ' ὕστερον βληθέντα λίθοις, κυνὸς σωτεχομένου, καὶ φραπύοντα ἀφρὸν ὡς οἱ λυσσῶντες, φανῆναι εἰρηκέναι δ' αὐτὸν περὶ τούτου. καὶ ἐν τῇ πρὸς αὐτοκράτορα Δομετιανὸν ἀπολογίᾳ, ταῦτα γράφει. τὸ γὰρ λοιμῶδες εἶδος, πτωχῷ ὧδε ἀγείρονι εἰκάσω. καὶ εἶδον, καὶ ἰδὼν, εἶλον, οὐ παύσας νόσον, ἀλλ' ἐξελών. τίς δὴ οὖν ὑπὲρ τούτοις οὐ μέγα τὸν θαυματοποιὸν γλάσεται φαδοξοποιΐαν, ζώων ὀφθαλμοῖς, καὶ λίθων ὑποπίπτοντα βολαῖς, ξυντεθόμενόν τε πρὸς ἀνθρώπων, καὶ ἀφρὸν παραπύοντα, τὸν τῦ λοιμοῦ φύσιν ἀκέων, ὡς οὐδ' ἀλλ' ὁποῖῳ τυγχάνει, ἢ φθορᾷ, καὶ κάκωσις ἀέρος, ὑπὸ τὸ νοσῶδες τρεπομένου τὸ πρόσχοντος;

σὶ πονηρῶν τ̃, ἢ φαύλων αἰαθυμάτων, ἢ λόγος ἰατρικὸς παραδίδωσιν ξωνισαμβύου; ἢ ἄλλως δι' αὖ τὸ φάσμα διαθωπεύειν, ἐπεὶπερ μόνῃ τῇ τῶν Ἐφεσίων πόλει, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τοῖς ὁμόροις τ̃ λοιμὸν ἐπισκῆψαι φησὶν ὁ λόγος. ὅπερ οὐκ ἂν γενόμενον, κάκωσιν τ̃ περιέχοντος πεπονθότος. οὐ γὰρ ἂν κατακλιθέν, μόνῳ ἂν ἐφήρμοσε τῷ περὶ τὸν Ἔφεσον ἀέρι τὸ νόσημα· τέταρτον αὖπαν παράδοξον, Ἀχιλλέως ἰῶν ψυχή, ποδαπῷ μὲν σὺν χλαμύδι πεντάπηχυς, εἶτα δωδεκάπηχυς τὸ μέγεθος παρὰ τῷ ἰδίῳ αὖ τ̃ μνήματι φαινομένη, Θετταλοὺς τ̃ καταγιωμένη, ὅτι δὴ τὰ σύνηθισμένα αὖπαν ὡς ἔθος ἰῶν, οὐκ ἐπετέλουν, μισιῶσά τ̃ εἰσέτι Τρῳοὶ τῶν ἐς αὐτὸν πεπλημμεληκότων, καὶ ποδαπῷ τῷ Ἀπολλωνίῳ πέντε λόγοις, οἷς ἂν αὐτὸς τ̃ βούλοιτο, καὶ αἱ μοῖραι ξυνεχώρησαν ἀνέρεσθαι. εἶθ' ὁ πάντα εἰδὼς, καὶ τῶν μελλόντων ποθούντων αὐτῶν, ἔτι ἀγνοεῖ εἰ τάφος τύχοι Ἀχιλλεύς, καὶ εἰ Μουσῶν θρηνοῖοι, καὶ Νηρηΐδων ἐπ' αὖπαν γένοιτο. καὶ περὶ τούτων αὐτὸν ἀνερωτᾷ, καὶ διαπωθάνεται, εἰ Πολυξένη ἐπεσφάγη αὖπαν, καὶ εἰ Ἑλένη ἐς Τροίαν ἐλήλυθε. ὡς σεμνά γε, καὶ κατεπείγοντα ἐς τὸν φιλόσοφον βίον τ̃ Διὸς τὰ ἀσυδῆ ἄξια ἐρωτήματα. θαυμάζω δ' ἔτι τούτοις, εἰ τοσοῦτοι ἥρωες παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐν χρόνῳ γένοιντο, καὶ εἰ ἀφίκοιτο ἐς Τροίαν Παλαμήδης. ᾧ δὴ θεῶν ὁρωμένων τε, καὶ οὐχ ὁρωμένων ὁμιλητῷ τοιαῦτα ἀγνοεῖν, καὶ περὶ τούτων ἀνερωτᾷν,

A nunc tamen audiat oculis intuentium, ac saxorum iactibus obnoxiã esse, protritámq; mortalium manu, spumas etiam rictu effundere? Alio quoque argumento monstrum hoc magicúmque præstigium discuti ac perpendi poterit. Quoniam scilicet vnam modò Ephesiorum vrbẽ non autem & finitimas ab eo pestilentia affectas narrat historia. Quod nequaquam ita cessisset, si circumfusus aër ac proximus vitium contraxisset: neque enim lues illa angustis ita spatiis coarctata, solis Ephesiis incubuisset. Quartum porro miraculum est Achillis vmbra, cubitorum primo quinque, mox & duodecim suo de busto chlamydata assurgens. Quæ continuo Thessalos accutauit, quod sibi assoliti ritus sacra facere ac iusta desiuissent. Videbatúrque etiam tunc ira in Teucros efferuere ob ea, quæ in se admiserant. Quinque vero tantúmodo quæstionum Apollonio facultatẽ præbuit ex sua videlicet, parcarúmque sententia. Hic Tyaneus ille rerum omniũ solers, & in futurorum præsensione se iactans, ignorare deprehenditur, funeratúsne sepulchro Achilles fuerit, Musæve illi, ac Nereides lamenta profuderint: déque his illum rebus percunctatur, neque minus an Polyxena illius ad tumulũ cæsa fuerit, Troiámve Helena adnauigarit. Sunt enim eiusmodi quæstiones sanè quàm graues, ad philosophi instituta maximè pertinentes, dignæ studio ac diligentia singulari. Admiratur præterea, qui tot numero Græci heroës ætate eadem esse potuerint. Scisciatúrque num simul cum iis Troiã Palamedes adnauigarit. Hæccine ignorare hominem, qui Deorum colloquio visibilium fruatur, inuisibiliúmque? De iisdem vero etiam rebus interrogare,

quomodo non turpissimum censeatur? Nisi fortè, quia res illi cum mortuis esset, idcirco frigere eius quæsita, ac ineptire Philostratus facit, vt hac commoditate suspicioni occurrat, quæ oriri meritò poterat, illum scilicet vltra licitum bono viro superstitiosum videri. Cùm eundem faciat in apologia pro se affirmantem, nulla se ad Achillis congressum necromantiæ opera vsum esse. Neque enim, inquit, Vlyssis more scrobe defossa, aut cæsis agnis Achillem euocans, in eius colloquium veniat Tyaneus, sed ea precatus, quæ Indi censent precari heroas oportere, & in huiusmodi cærimoniis Damidi sese iactat, qui Philostrato autore nihil ab Indis penitus didicisse, paruíque eorum sapientiam fecisse credendus est. Sed heus paucis ego te. Nisi in hoc Achillis congressu, praua inesset ac detestabilis superstitio, cur tu in participatum mirabilis huius spectaculi ac sermonis, ne fidissimum quidem tibi comitem illum legitimúmque vel solum Damidem asciuisti? Cur verò non & interdiu factum hoc licuit, sed nocte intempesta, sed abs te solo? Cur ad ipsos etiam gallorum cantus Achillis vmbra euanuit? Abiit Achilles, inquit, modicè fulgurans. Tum enim galli primos dederant cantus. Erit itaque hæc hora malo dæmoni ad nefarios sermones euocando, conueniens magis, quàm heroinæ animæ. Illam siquidem vt immunem crassæ huius corporeæque compagis, candidam prorsus esse & liuore omni carere oportuit. At verò dæmon hic, qui Tyaneo se obtulit, inuidus iracundúsque describitur, ceterísque vilissimis eius generis morbis obnoxius. An non enim talis habendus

A ποίας οὐχὶ ἡγήσεται ἂν αἰσχύνης, εἰ μὴ ἄρ' ἐπειδὴ νεκροῖς ὁμιλῶν εἰσῆκται, ἐπὶ τὸ ψυχρότερον μεταποιεῖ τὰς πράξεις ὁ ξυγγραφεύς, ὡς ἂν ὑπεκλύσῃ τὴν ὑπόνοιαν τῷ πρὸ τῶν θεσπιῳδόντων αὐτὸν θεμιτὰ δοκεῖν. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἀπολογούμενον αὐτὸν ὑπογράφει. ὅτι μὴ κατὰ νεκρομαντείαν ὁ ζῆπος αὐτῷ τῆς φανείσης ὄψεως ἡγήσατο, οὔτε γὰρ

B βόθρον, εἶπεν, Ὀδυσσέως ὀρυξάμενος, οὐδὲ ἀρνῶν αἵμασι ψυχαγωγήσας, ἐς διάλεξιν τοῦ Ἀχιλλέως ἔλθοι, ἀλλ' εὐξάμενος ὁπόσα τοῖς ἥρωσιν Ἰνδοὶ φασιν εὔχεσθαι δεῖν, καὶ ταῦτα νῦν πρὸς τὸν ἑταῖρον ἀποσεμνύεται, ὃ μηδὲν μαθεῖν πρὸ Ἰνδῶν, μηδὲ ζηλῶσαι τὴν πρὸ αὐτοῖς σοφίαν πρὸς τοῦ ξυγγραφέως μεμαρτυρημένος· τί δῆτ' ἦν, ὦ θεοί, εἰ μή τις λίαν κακοήθης θέλγητρα, μηδὲ τὸν σύνα σοι, καὶ γνήσιον, καὶ μόνον ἑταῖρον Δάμιν κοινὸν ἐποιεῖτο τοῦ θαύματος τούτου ὄψεως τε, καὶ ὁμιλίας; τί δὲ οὐχὶ καὶ δι' ἡμέρας τοῦτο ἔξεστι ποιεῖν, ἀλλὰ τῶν νυκτῶν ἀεί, καὶ μόνον; τί ὃ καὶ ἥλαττον πρὸ τοῦ ἥρωος ψυχὴ ἀλεκτρυόνων βοαί; ἀπῆλθε γὰρ φησι ξὺν ἀστραπῇ μετέωρος· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἀλεκτρυόνες ἤδη ᾠδῆς ἦπτοντο. δαίμοσι μὲν οὖν πονηροῖς ἥδιστ' ἂν ἴσως ὁ τῆς

D ὥρας ἐπιτήδειος ἐς πρόφορους ὁμιλίας καιρὸς, ἀλλ' οὐχὶ ἡρῴδι ψυχῇ, ἣν τῆς παχείας καὶ σώματος ἐλευθερωθεῖσαν ὕλης, ἀγαθὴν, καὶ παναρέστον εἶδε χρεών· ὅγε μὲν εἰσημμένος σὺν τοῦδε δαίμονι βάσκανος, καὶ φθονερὸς τὸν ζῆπον, ὀργίλος τε, καὶ ταπεινὸς πρὸς διάθεσιν, ὑποτετύπωται. ἢ οὐχὶ τοιοῦτος ὁ τὸν

ὁ τὸν Ἀντισθένην μειρακιόν τε ἀσυ-
δᾶν, ὡς αὖ δὴ φιλοσόφῳ ξυνέ-
σθαι τῷ Ἀπολλωνίῳ πειρώμενον
ἀπείργων; τοσοῦτόν γὲ τὸ μὴ ποιεῖ-
σθαι αὐτὸν ξυνέμπορον τῆς ἑαυτοῦ φι-
λοσοφίας, ὑπολέγων τὴν αἰτίαν· Πρια-
μίδης τε γάρ, φησιν, ἱκανῶς ἔχει, καὶ τοῦ
Ἕκτορα ὑμνῶν οὐ παύεται. πῶς δὲ
οὐκ ὀργίλος, καὶ ταπεινὸς, ὁ Θετταλοῖς,
ὅτι μὴ θύουσιν αὐτῷ θυμούμενος, καὶ
Τρωσὶν, ὅτι δὴ τοσῶν μυρίων ὅσων
ἐτῶν ἐς αὐτὸν διημαρτήκασι μὴ κα-
ταλλασόμενος, καὶ ταῦτα, θύουσι, καὶ
ξυνεχῶς ἀνανδρομένοις· ἀλλὰ καὶ τοῦ Πα-
λαμήδους τάφου αὐτῷ ἀγάλματα
φαύλως ἐρριμμένῳ, ἀναλαβεῖν ἐσ-
κελεύομενον;

ΤΟ ΠΕΜΠΤΟΝ, ΚΑΙ ΕΚΤΟΝ.

Τὸ μὲν τοι πέμπτον, καὶ οὐκ ἄπορον θαῦ-
μα, οὐ πολλῆς δεῖται τῆς λόγου διατει-
νῆς, ἐς ἀπόδειξιν τοῦ τῶν πραχθέντος
δυσχερείας· δαίμονας γὰρ ἀπελαύνει
ἄλλῳ ἄλλον ἢ φασι δαίμονι. τὸν μὲν,
γὰρ ἐξ ἀκολάστου μειρακίου· τὸν δὲ
ἐμπλάσεως ἐς γυναικεῖον μορφὴν
σχηματιζόμενον, τουτονὶ ὃν τε δαίμονα,
ἔμπουσαν, καὶ Λάμιαν αὐτοῖς ὀνόμα-
σιν ὁ σοφώτατος ἀποκαλεῖ. τὸ γε μὲν
ἐπὶ τῆς Ρωμαίων πόλεως μὴ ταῦτα
δεῖσθαι, ὅτι δὴ μὴ θανάτου ἐπὶ δυ-
τέραν ζωὴν ἤγαγεν, ἀπιστοίη καὶ
αὐτῷ δόξαν τῷ Φιλοστράτῳ θραυ-
στέον. εἰ δισσαμῇ μέν τοι ἀμφι-
βάλλοι, μὴ δρᾶ ἀσινὴς τῆς ψυχῆς εἰ-
σιὼν τὴν παῖδα, τοῦτο θεραπεύοντας
ἐλθεῖν. λέγεται γάρ φησιν ὡς ψεκάζοι

A sit, qui Antisthenem officiosum adolescentem sese Apollonio vt philosopho adiungere cogitantem, quominus id faceret, impediuit? cuius rei causam adducens, Iussit, inquit, Apollonio ne Antisthenem in participatum suæ disciplinæ admitteret, propterea quòd is quasi Priamides foret, à canendo Hectore nunquam cessabat. Sed cur non etiam iracundi ac pusilli ingenij conuincatur, qui Thessalis suis succenset
B non sibi legitimè operatis, & qui ne tot quidem annorum spatio deuoluto, Troianis odium belli, offensatúmque remisit, quanquam libantibus illis, & ad eius tumulum rem diuinã continuè facientibus? Contra verò Palamedis sepulchrum vnà cum illius statua negligenter disiectum reponi instauratíq. mandarit.

IN V. ET VI.

C

QVINTVM porrò sextúmque miraculum haud ita magna opera indigebunt, ad facultatem, qua effecta sunt, arguendam. Pellebat enim dæmonas (vti ferunt) aliò alium. Nam ex adolescente lasciuo dæmonem pepulit, alium quoque fugauit muliebri forma effigiatum, quem Lamiam & Empusam sapientissimus autor appellat. Nam quòd præterea puellam Ro-
D mæ defunctam ab obitu reuocarit, cùm sit factum hoc vel ipsi Philostrato incredibile, nos quoque à nobis penitus excludamus. Ratiocinatur enim dubitando Philostratus, num vitalis auræ scintilla intra puellam compressa, medicos delituerit, quæ mox pluuia ingruente reuiuiscens atque excitata, in vultu respirantis puellæ prodita sit. Aiunt enim cùm puella ad se rediret,

cœlo pluuio leniter irroraſſe. Neque enim ſi verè puellam hanc Apollonius vitæ reſtituiſſet, tam egregiũ facinus non imperatori primùm ipſi innotuiſſet, aliíſque ſubinde primoribus apud illum diuerſantibus viris, præſertim verò philoſopho Euphrati qui ea tempeſtate Romæ agebat, móxque Apollonio infenſus, eundem magiæ accuſaſſe narratur. Quinetiam factum hoc ſi modò planè conſtitiſſet, ceteris quoque calumniis, quibus Apollonium vrgebant, procul dubiò adiunxiſſent accuſatores, & hæc quidem dicere occurrebat, quæ particulatim Apollonio, ſpeciatímq. geſta ſunt. Infinita verò & alia erant, quæ ad prædictiones rerum diuinationéſq. pertinent. Fertur enim Athenis quondam initiaturus Eleuſinis ſacris à Cereris ſacerdote prohibitus affirmante nefas initiari magum hominem, paterèque illi Eleuſinia ſacra qui dæmonum conſortio impurus eſſet, quíq; Romæ inhoneſtus circulator venali voce Neronis carmina ad lyram decantaſſet, eiuſdémque Neronis metu, ſodalibus ceteris dari pretium ſuaderet, qui eodem canendi ſtudio tenerentur. Atque hæc quidem ſunt, quæ volumine quarto Philoſtrati continentur.

CONFVTATIO LIB. V.

QVINTO autem libro, vbi quædam de Tyanei præſenſionib. attulit in admirationem hominis » verſus, ita fermè concludit: Præſen» ſiſſe autem hæc Apollonium diui» na quadam virtute, planéque fal» li eos qui magum fuiſſe illum opi» nantur, ſatis arbitror conſtat per » ea, quæ dicta ſuperius nobis ſunt. » Sed hæc tamen amplius afferantur.

μὴν ὁ ζεὺς, ἡ δέ, ἀτιμίζοι ἀπὸ τ θεσσάλου. οὐ γὰρ δὴ εἰ ἀληθῶς αὐτὸ τοιόνδε ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης ἐπέθεσκε, δὴ δὴ ἐλελήθει βασιλέα τε θέσπιν, καὶ σὺν μετ' αὐτὸν ἅπαντας ὑπάρχους, μάλιστα δ' τὸν φιλόσοφον Εὐφράτην ἐγχωριάζοντα καὶ ἐκεῖνο καιρῷ, ἐπὶ τῆς Ῥώμης διατρίβοντα, ὃς δὴ ἐς ὕστερον τὸν κατ' αὐτ κατηγορίαν, ὡς δὴ κ' γόητος ὑποβάλλων ἱστορηται. πάντως δὲ δὴ οὐ τάδε, εἰ δὴ τάδε γεγονὸς ἦν, ταῖς ἄλλαις κατ' αὐτ διαβολαῖς πρὸς τὸν κατηγόρου συγκατείλεκτο. καὶ τὰ μὲν σὺν μέρει, οὐ κατ' εἶδος ἀπὸ θεσπισμένα, τοσαῦτα. μυρία δ' ἄλλα, κ' προγνῶσιν αὐτ λέγων, θεσπιωδός τε, καὶ θεσπρωτεύειν χρᾶν. οὐ ὡς Ἀθηναίοις βουλευόμενα μυηθῆναι τὰ Ἐλευσίνια, ὁ τῆδε εἴρξεν ὁ ἱερεὺς, μὴ δὴ ποτε φήσας μυηστὰς γόητα, μηδὲ τὰ Ἐλευσίνια ἀνοῖξαι ἀνθρώπῳ μὴ καθαρῷ τὰ δαιμόνια, ἀλλὰ οὐ τῷ ἀσελγῶς ἀγείροντι κ' τὸν Ῥώμυλον, οὐ ταῖς Νέρωνος μ' κιθάραις ἐπὶ μισθῷ διεξιόντι ᾠδάς, μισθὸν ἐπιδοῦναι τοῖς ἑταίροις τ ζηλοῦν ταύτης ἐπιτηδεύσεως, ὁ φιλοσοφώτατος διὰ τ Νέρωνος φθόνον θεσπιῳδεῖν. σὺν τούτοις, τ τέλους θεσπιῳδοῦντος. σὺν τῷ πέμπτῳ τ θεῖ αὐτ χρᾶσιν, εἰπὼν ὅτι θεῖ γνώσεως αὐτ, καὶ ἀποθαυμάσας ὁ συγγράφευς, ἐπιλέγει ταῦτα κ' λέξιν. ὅτι μὲν δὴ τὰ τοιαῦτα δαιμονίᾳ κινήσει θεσπέλεγε, οὐ ὅτι τοῖς γόησι ἡγουμένοις τὸν ἄνδρα οὐχ ὑγιαίνει ὁ λόγος, δηλοῖ μὲν οὐ τὰ εἰρημένα. σκεψώμεθα δ' καὶ ἐκεῖνα.

* Τὰ δ' πέμπτου βιβλίου.

Ⓐ γόητες, ἡγοῦμαι ὃ αὐτοῦ ἐγὼ κα-
κοδαιμονεστάτους ἀνθρώπων, Ⓑ μὲν,
ἐς βασάνους εἰδώλων χωροῦντες, Ⓒ
δὲ, ἐς θυσίας βαρβάρους, Ⓓ δὲ, ἐς τὸ
ἐπᾷδειν, ἢ ἀλείφειν, μεταποιεῖν φα-
σι τὰ εἰρημένα. ὁ δὲ, εἶπεν μὲν τοῖς
αὐτομοιρῶν, ἐπεθέλεγεν ὡς ἀνάγ-
κη ἔσοιτο αὐτά. προέλεγε δὲ οὐ γοη-
τεύων, ἀλλ' ἐξ ὧν οἱ θεοὶ ἔφαινον. ἰδών
τε πρὸ τοῖς Ινδοῖς τοὺς τρίποδας, ἐπ
ἰὼν οἰνοχόους, ἐπ ἅσα αὐτόματα ἐσφοι-
τᾶν εἶπον, ἔθ' ὅπως σοφίζοιντο αὐτὰ ἥ-
ρετο, ἔτ' ἐδεήθη μαθεῖν, ἀλλ' ἐπῄνει μὲν,
ζηλοῦν δὲ οὐκ ἠξίου. ταῦτα δὲ λέγων,
δῆλός ἐστι τοὺς φιλοσόφους Ινδῶν φι-
λοσόφοις γόησιν ἀποφαίνων. περὶ γὰρ
τοῦ γοήτων ποιούμενος τὸν λόγον, μνη-
μονεύει καὶ τούτων σοφίζεσθαι. τὰ δὲ πα-
ράδοξα λέγων αὐτοῦ, καὶ τὸν περὶ οὗ ὁ
λόγος τ' τοιαῦτ' ἀπ' αὐτῶν σοφιστείας, ὡς
ἂν μὴ ἀστείας ἀλλότριον ὑποπτεύοιμι.
οὐκοῦν εἰ φαίνοιτο τούτοις θεοὶ ἀπο-
καλῶν, καὶ διδασκάλοις ἐπιχαρῶν
αὐτοῦ ὁ Ἀπολλώνιος, ὅρα τοῖς
κ' τοῖς διδασκάλων, καὶ αὐτὸν ὑπάγειν
διαβολαῖς. εἰσῆκε δὲ ἐν οἷς φησι
γυμνοῖς Αἰγυπτίων ῥήμασιν αὐτοῖς
ταῦτα φάσκων, οὐκ ἀπεικός μοι παθεῖν
μοι δοκῶ, φιλοσοφίας ἐπῃνημένης οὕ κε-
κοσμημένης, ἰὼν ἐς τὸ πρόσφορον Ιν-
δοὶ σείλαντες, ἐφ' ὑψηλῆς τ', καὶ θείας
μηχανῆς σκοκλοῦσιν. οὓς δὲ σὺ δίκη
μὲν ἠγάθεω, σὺ δίκη ὃ ἡγοῦμαι σο-
φοὺς τ', καὶ μακαρίους. ὥρα ὃ μανθάνειν
καὶ ἃ* μετὰ βραχέα φησίν. ἔστοι μὲν γὰρ
θεοί τ' εἰσι, καὶ κεκόσμηνται κ' τοῦ Πυ-
θίου. καὶ Δομετιανῷ ὃ εἰσῆκται λέγων,

A Magi ipsi, quos equidem miserri- "
mos esse hominum puto, aut ido- "
lorum tormentis aut barbaris sacris, "
aut cantando, aut corpus vngendo "
operari dicuntur. At verò noster hic "
parcarum ordinem sequens, prædi- "
cebat quæ necessariò ventura erant, "
nihil magicè operatus, sed ex iis di- "
uinans quæ Dij per sanctè sibi signi- "
ficabant. Cúmque apud Indos vi- "
disset, tripodas illos, ac pincernas "
B sponte sua mouentes, ne interroga- "
uit illos quidem, quo id pacto effice- "
rent, nedum edoceri voluerit. Lau- "
dauit quidem, sed imitatu tamen "
illa digna non censuit. Hæc itaque "
cùm Philostratus dicat, planè depre-
henditur, celebres Indorum philo-
sophos inter magos, veneficósq. re-
ponere. Nam quo loco de magis,
eodem & de Indis mentionem facit,
perosum Apollonium narrans, quæ
superius miracula recensuimus, qua-
si illiberale quoddam genus præsti-
C giorum. Si ergo quos paulò antè
detestatus est: eos tamen idem A-
pollonius alibi deprehenditur Deo-
rum nomine, ac præceptorũ digna-
ri, nihil aliud planè supereſt, quàm
vt eisdem quoque, quibus & præce-
ptores sui criminibus sit obnoxius.
Inducitur ergo apud Gymnosophi-
stas Ægyptiorum philosophos, ver-
ba hæc loqui. Nihil indecorum mi- "
hi arbitror contigisse philosophiæ "
D studia admirato liberalis ac permo- "
destæ, quam scilicet Indi ad vtili- "
tatem ipsam contrahentes in diui- "
na ac sublimi materia complectun- "
tur. Hos igitur iure sum admiratus, "
eósque sapientes esse, ac beatos exi- "
stimo. Sed ad rem fuerit ea nunc in- "
spexisse quæ paulò mox dicit. Hi "
enim Dij sunt, inquit, & Pythiæ
testimonio exornantur. Domitia-
num quoque imperatorem huiusmodi verbis inducitur allocutus.

Quæ nam tibi contentio eſt cum Indis, Iarcha & Phraote, quos ego ſolos hominum dignos puto, qui Dij & vocentur, & habeantur? Aliis item locis eoſdem Brachmanas Apollonij præceptores ac Deos cùm dicat, & cùm faciat Planetarios inde annulos ſeptem tuliſſe, nunc porrò ſuperiorum oblitus, non ſentit ſtolidus, cum diſcipulo præceptores quoque ipſos in calumniam à ſe protrahi. Procedente verò hiſtoria Tibicinem quendam inducit: tum & Apollonium ſcribit de facultatis eius modis ac nomis omnibus, vt de maxima ac grauiſſima re, oratione longa diſſeruiſſe. Veſpaſianum quoque Cæſarem narrat Apollonio perinde ac Deo cuidam ſupplicaſſe, quaſique precariò petiiſſe, vti ſe imperatorem faceret. Apollonium verò reſpondiſſe, Iam feci. Et quis non iuſto odio proſequatur inſolentiæ plenam proximámque inſaniæ vocem? ſi hic iam quaſi Deus, imperatorúmque creator, ſibi placet, ac fremit, olim nauis Ægyptiæ gubernator? (hoc enim ſe fuiſſe paulò ſuperius in ſermone cum Indis habito Apollonius ipſe aſſeruit) Cúmque ab eo quæreret imperator, quos nam philoſophos in gerendarum rerum conſilium adhibendos putaret, Boni, inquit, conſultores ad hæc erunt hi viri: Dionem, Euphratémque ſignificans. Nondum enim cum Euphrate in diſceptationem venerat: paulóque mox idem Cæſari inquit, Notiſſimi tibi homines imperator, rerúmque tuarum ſoliciti, Dion & Euphrates ad fores præſtolantur admitti. Iube & illos quæſo huic noſtro intereſſe ſermoni. Viri enim

A ἡ τίς πρὸς Ἰάρχαν σοι πόλεμος, καὶ Φραώτῃ, τοὺς Ἰνδοὺς, οὓς ἐγὼ μόνους ἀνθρώπων θεοὺς τ' ἠξίωμαι, καὶ ἀξίους τ' ἐπωνυμίας ταύτης; καὶ σὺ ἄλλοις ὁμοίως θεὸς τ', καὶ διδασκάλους πάντρόπους ἐπιχάλκου ὁ λόγος σοῦ διεβληκότας, δακτυλίους τε ἑπτὰ ἀπ' αὐτῶν εἰληφέναι ὁμολογήσας αὐτ', ἐπιλέλησαι νῦν. καὶ συνδιαβάλλων τοῖς διδασκάλοις τ' μαθητὴν, καὶ ἐπαίσχ. ὑποβὰς δ' ἐν τῇ
B γραφῇ, αὐλητὴν ὑποπίπτει, καὶ τὸν Ἀπολλώνιον ὥσπερ τινος οὔσης μείζους, καὶ σοφωτάτης ἐπισήμης, ζήτους αὐλήσεως μάλα ἀσυνδέτως μακροῖς τοῖς διηγήμασιν εἰρωνεία διεξέρχεται, καὶ αὐτοκράτορα Οὐεσπασιανόν, οἷα δὴ θεὸν προσεύξασθαι αὐτῷ ἱστορεῖ· καὶ ὃς μὴν, ὡς δύνῃ εἰρηκέναι Οὐεσπασιανὸν, ποίησόν με βασιλέα. τ' ἦ, ἀποκείναθι, ἐποίησα. καὶ τίς οὐκ ἂν μισήσειεν
C βούλησις τ' ἀλαζονείας τ' φωνὴν, μανίας τὸ μηδὲν ἀποδέχεσθαι, ὅτ' γε ἤδη αὐτὸς θεὸς, καὶ βασιλέων ποιητὴς εἶ φρυάττει, ὁ τ' Αἰγυπτίας κυβερνήτης νεώς; τοῦτο γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ Ἀπολλώνιος γεγονέναι τὴν ψυχὴν ἐν ταῖς πρὸς τὸν Ἰνδὸν ὁμιλίαις, μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν διεβήλωκε. τῷ δ' αὐτῷ βασιλεῖ, οὓς ἂν αὐτὸς δοκιμάζοι τῶν φιλοσόφων,
D συμβούλοις τῶν πραγμάτων χρωμένῳ αὐτῷ ἀξιοῖ τ', καὶ λέξιν φησὶν ἀγαθοὶ εἶναι τούτων σύμβουλοι καὶ οἵδε ἄνδρες, τὸν Δίωνα δείξας, καὶ τ' Εὐφράτην, μήπω αὐτ' ἐς διαφορὰν ἥκοντα. καὶ αὖθις, ὦ βασιλεῦ, εἶπεν, Εὐφράτης, καὶ Δίων πάλαι γνώριμοι ὄντες, πρὸς θύραις εἰσὶν οὐκ ἀφρόντιδες τ' σῶν. καλῷ δὴ κἀκείνους ἐς κοινὸν λόγον. σοφὼ γὰρ

τὼ ἀνδρε. φησὶ δὲ Οὐεσπασιανὸς, ἀ-
κλείσους, ἔφη, θύρας φέρω σοφοῖς
ἀνδράσιν. οὗτε τ προγνώσεως τὸ ἥ-
ρωος. Εὐφράτης νυνὶ ἀγαθὸς τ, ἢ σο-
φὸς, ἐπεὶ μὴ ἐς διαφοράν πω αὐτῶν
ἐληλήθη. εἰ δ' ἔλθοι, ὅσον οὔπω ἢ τοῦτ'
ἔσται, ὅρα οἷα πρὸς αὐτῷ ὁ αὐτὸς πρὸς
Δομετιανὸν γράφῃ, ἢ μᾶλλον ὁπόσα γι-
νεῖ φιλοσόφῳ ἀνδρὶ κολακεύουσι τοὺς
δυνατοὺς, δηλοῖ τὰ Εὐφράτου. τοῦτο
γὰρ ἐντεῦθεν ἄπλησα* χρήματα. πηγαὶ
μὲν οὖν εἰσι πλούτου. ἢ πρὸς τῇ τρα-
πεζῶν ἤδη διαλέγεται, κάπηλος, ὑπο-
κάπηλος, τελώνης, ὀβολοστάτης, πάντα
γινόμενος τὰ πωλούμενά τ, ἢ πωλοῦν-
τα. συντετύπωται ἢ ἀεὶ σὺν ταῖς τ δυνατῶν
θύραις, ἢ προέσηκεν αὐταῖς πλείω
καιρὸν, ἢ φ θυρωροί. ἀπειληφθη ἢ
ἢ ὑπὸ τ θυρωρῶν πολλάκις, ὥσπερ
τῶν κυνῶν οἱ λίχνοι. δραχμὴν ἢ οὐδὲ
φιλοσόφῳ ἀνδρί ποτε προέμενος,
ἐπτοημένῃ νυνὶ τὸν ἑαυτῆς πλοῦτον ἑτέ-
ροις, τ Αἰγύπτιον τοῦτον βόσκων χρή-
μασι, ἢ ὀξυῶν ἐπ' ἐμὲ γλῶσσαν ἀ-
ξίαν συντελμᾷς. Εὐφράτῃ μὲν δὴ
καταλείπω σοι. σὺ γὰρ ἴσως μὴ κόλακας
ἐπαινῇς, εὑρήσεις τὸν ἄνθρωπον κακίω,
ἢ ἐρμηνεύω. ὁ δὴ πρὸς τ πατέρα τ
Οὐεσπασιανὸν σοφὸν, ἢ ἀγαθὸν ⓦ
Εὐφράτῃ μαρτυρούμενος, πρὸς ἢ τ
υἱὸν ταῦτα πρὸς αὐτῆς δεξιὸν δῆλος ἂν
εἴη τὸν αὖ ⓦ ἐπαινῶν τ, καὶ ψέγων.
ἆρ' οὖν ὁ τιμῶν τῶν μεγόντων προφλη-
φῶς γιγνώσκων, ἠγνόει ὅ, ἴσως τε, ἢ ἔσται* ὁ
Εὐφράτης; καὶ γὰρ οὐ νυνὶ πρῶτον,
ἀλλὰ ⓒ ἐπ' αὐτῆς Οὐεσπασιανοῦ διε-
βάλλετ αὖ ⓦ ὡς δὴ τὸ ἦθος μοχθη-

A sapientes sunt. Ad hæc Vespasianus, Sapientibus, inquit, viris nostræ semper fores patuerunt. ô miram semidei præsensionem! sapiens illi est, ac vir bonus Euphrates, quia nulladū inter eos orta contentio. Sin verò aliqua oriatur (iamiam verò id fiet) vide quæso, quibus illum illum apud Domitianum verbis accuset: Quæcunque, inquit, philosophi potentium virorum adulatores consequi solent, ea nunc sta-
B tum fortunámq. indicant Euphratis.* Plurimus illi de numulariorum trapezis est sermo: caupo est, cupedinarius, publicanus ac fœnerator homo, ad mercatum venditio némque promiscuè factus, semper foribus potentiorum affixus: diutius ibidem quam ipsi commorans ianitores: quin illis sæpe custodiendi quasi lucernarius quidam canis à ianitoribus ipsis relictus. Neque verò drachmam saltem philosopho vnquam cuiquam erogauit. Et nunc
C quod Ægyptium hunc sumptibus suis pascit contráque me solicita: linguæ vires acuere, opes suas huiusmodi amicis circumuallat ac munit. Ac de Euphrate quidem integrum tibi esto, qua re dignus sit, iudicare. Nisi enim tibi adulatores sunt cordi, multo peiorem illum testimonio nostro inuenies. Qui ergo apud Vespasianum patrem laudauit Euphratem, vt philosophum,
D vt virum bonum testatus, & nunc apud Domitianum filium eundem accusat, planè arguitur, eiusdem viri, & laudator esse, & reprehensor. Illéne igitur qui præsensione tanta rerum præditus est, ignorabat, qualis tunc esset, qualísve in posterum Euphrates futurus? Neque vero nunc primùm, quin & apud ipsum quoque Vespasianum carpere Euphratem vt scelestum

κ. ἁλίσκω κ.

*huic enim inde innumeræ pecuniæ; imò fontes sunt opū.

hominem voluit. Quæ verò leuitas atque inconſtantia rerum hæc eſt, cùm idem commendatione ſua apud Veſpaſianum Imperatorem egerit, auguſtas fores Euphrati philoſopho reſerari? Sed enim vt cæcis iam perſpicuum ſit, quod ad diuinationem ſpectat, probro magis à Philoſtrato Tyaneum quàm honore vllo affectum eſſe: in ceteris autem officiis laude digniſſimus inuenitur. Antiquum enim illi erga amicos liberalem ſe præbere: vbi ſcilicet nullum ſui periculum facerent. Euphratem quoque intra auguſtale admitti curauit. Mox tamen contra eundem diſceptationis gratia, quæ ſuperius dicta ſunt oblocutus. Sed hæc obiter dicta ſint.

Neque enim id mea nunc agit oratio, vt Apollonium ex hac potiſſimum re accuſet, quod philoſophum tempeſtatis ſuæ celeberrimũ Euphratem, & quem hodie quoque laudant, qui philoſophiæ ſtudio detinentur, criminatus ſit. Tametſi magna hæc eſſe occaſio cuiuis poſſit Apollonium accuſandi. ſi enim Euphrates omnium iudicio philoſophus excellens habetur, non leuis occaſio datur probitatis eius laudandæ, qui Apollonij malè facta damnarit: Neque viciſſim leuior Apollonij deteſtandi, propterea quòd illius mores tali ac tanto philoſopho diſpliceret.

ρόπαζον βούλεται, πῶς δὴ οὖν τοιόνδε σωφίση βασιλεῖ, ὡς καὶ ἀκλείστους αὐτῷ διὰ τὰς ἀφ' αὑτοῦ συφάσεις τῶν βασιλείων ἀναπεπετάσθαι τὰς πύλας; ἀλλὰ γὰρ οὐ τυφλῷ φασι δῆλον, ὡς ἁρα φθόνωσιν μὲν συκοφαντεῖται πρὸς τοῦ συμφοφέως ὁ ἀνθρωπος, εἴη δ' ἂν ἄλλως γοῦν, πάλαι μὲν πρὸ πείρας ἑταίροις. ἀταρ καὶ τῷ Εὐφράτῃ ἐς τὰ βασίλεια ἀφόδου κοινωνῶν. ὕστερον δὲ τῆς διαφορᾶς ἕνεκα τοιαῦτα πρὸς αὐτοῦ λέγων, οὔπω μοι διαβάλλειν ὁ λόγος βούλεται τὸν ἄνδρα, ὡς ἂν τὸν Εὐφράτου συκοφαντουῦτα φιλοσόφων γυμνῶν τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀποδοξότατον, ὡς ἐς δοῦρ' οἷς μέτεστι φιλοσοφίας ἄδεσθαι. ὃ καὶ μέγιστον λάβοι ἄν τις εἰ βούλοιτο, πρόσθημα τῆς τοῦ Απολλωνίου διαβολῆς. εἰ γὰρ ὁ Εὐφράτης πρὰ τοῖς πᾶσι φιλοσοφίᾳ διαπρέψαι ὁμολογηθείη, ὥρα μισοπονηρίαν μὲν ἐκείνου κατηγορεῖν, ἐπεξιόντος τοῖς ἀπόπως ὑπὸ τῶνδε δρωμένοις· τουτονὶ δὲ πρὸς ἐκείνου κατηγορούμενον, φαύλως προβάλλεσθαι δόξαν, ὅτι δὴ μὴ ἀρέσκοντα τῷ φιλοσόφῳ μετῄει βίον.

CONFVTATIO LIB. VI.

IDEM Philoſtratus ſexto volumine fabulas & portenta adducit: inquit enim Apollonium camelis inuectum vnà cum comitatu ad gymnoſophiſtas Ægyptios peruenisſe. Quo in loco, iubente, inquit, vno ex ſapientibus Nudis, vlmus Apollonium voce articulata & muliebri

TO EKTON.

ΠΑλιν ἐν τῷ ἑπτῷ προσδοξολογῶν ὁ μυθολόγος, ἅμα μὲν αὐτὸν ἅμα τοῖς ἑταίροις καμήλῳ ὀχούμενον, ἐφ' οὓς φησιν Αἰγυπτίων γυμνοὺς φιλοσόφους. ἔνθα δὴ προστάξαντος τοῦ γυμνοῦ πτελέα φησὶ τὸ δένδρον, προσαγορεύσῃ τὸν Απολλώνιον ἐναρθρῳ

ἡ ἀληλεία τῇ φωνῇ. καὶ τούτοις γε ἡ- A affata est. Hisce nugis Philalethes
μᾶς ὁ φιλαλήθης πιστὸν ἀξιοῖ. εἶ- æquum putat haberi à nobis fidem.
ταΠυγμαίους ἄνδρας ὑπὲρ τὸν τύ- Vltra verò Gymnosophistas Pyg-
πων ἱστορεῖ χώραν, ἡ ἀνθρωποφάγους, mæos esse ait Anthropophagósque
καὶ σκιάποδας. σάτυρόν τε πρὸς τῷ & vmbripedes, Satyrúmque iisdem
Ἀπολλωνίου μεθυσκόμενον. ἐξ οὗ εἰ- in locis iussu Apollonij ebrium es-
νων αὖθις ἐπανῄσιν ἐπὶ τὴν Ἑλλά- se redditum. Inde autem Apollo-
δα. ὁμιλίαι τε πάλιν αὐτῷ, & προ- nius in Græciam rediit, vbi prædi-
γνώσεις ἀνακοινοῦνται πρὸς Τίτον. ctiones quædam, sermonésque cum
καὶ δηχθέντα ἔφηβον ὑπὸ λυττῶν- Imperatore Tito habiti referuntur,
τος κυνὸς, οὗ δὴ καὶ ἐμαντεύσατο ὅς & quo pacto adolescens quidam à
τις εἴη τὴν ψυχὴν, ὅτι ὁ τῆς Αἰγύ- rabidi canis morsu curatus sit, cui
πτου ποτὲ βασιλεὺς Ἄμασις, τὴν συμ- B quidē cani, Amasis Ægyptij quon-
φορᾶς ἀπαλλάττῃ, μέχρι καὶ τὸν κυ- dam regis inesset anima, naturalém-
νὸς ὑπτιεύσας τὸ φιλάνθρωπον. ταυτὶ que adeò sibi humanitatē, regiám-
μὲν οὖν τὰ περὶ τῆς κατηγορίας que beneficentiam in canina quo-
αὐτῷ πεπραγμένα. ὑπισχνοῦμαι δ' ἀ- que effigie retineret: quando qui-
ξιον δὲ ὅλης τῆς πραγματείας, ὡς dem iuuenem à se demorsum, leni-
ὅτι καὶ ἀληθῆ δοθῇ τῷ συγγραφεῖ ter lambendo curaturus esset. Hæc
τὰ παράδοξα, συνεργείᾳ δαίμονος ab Apollonio gesta sunt prius quàm
ἕκαστον αὐτῷ διαπεπράχθαι, τού- dies illi ab accusatoribus diceretur.
των σαφῶς δείκνυσι. πότε γὰρ τὸν λοι- Acri verò diligentia singulis histo-
μὸν προαισθέσθαι ἴσως μὲν καὶ ἀ- riæ partibus inhærendum. Nam si
πρεπὲς δόξειεν εἰ καθὼς αὐτὸς maximè vera esse quæ Philostratus
ἀπὸ λεπτοτάτης, καὶ καθαρᾶς διαίτης C narrat, miracula concedamus, non
κατειλήφατο, ὡς αὐτὸς ἔφησεν· ἴσως ἢ alia tamen ratione, quàm dæmo-
καὶ αὐτὸ ἐξ ὁμιλίας δαίμονος αὐτῷ nis auxilio, atque opera facta esse
προμεμάνυκε. καὶ γὰρ δὴ καὶ τὰ constabit. Quod enim pestem E-
λοιπὰ, ὅσα κατὰ πρόγνωσιν δ' εἰλήφως pheſi appetentem primus Apollo-
τε, καὶ προφρικὼς εἰσῆκται, εἰ καὶ nius deprehendit, ne hoc quidem
μυρίοις ἐλέγχοις ἐξ αὐτῆς φέρεσι fortasse maleficæ superstitionis erit
τῆς τοῦ Φιλοστράτου γραφῆς ἀθυμῶν, immune. Si quemadmodum ipse
ὅμως ἵνα συγχωρηθείη καὶ τοῦτ' εἶ ait, ex pura, ac tenui qua vtebatur, diæta præsentire hanc potuit.
ἀληθὲς κατὰ πρόεργον μηχανῶμαι, εἰ- Fortasse autem, & hoc ipsum Dæ-
ποιμὶ ἂν πρὸς δαίμονος αὐτῷ πα- mon illi prædixit. Nam cætera sa-
ρέδρου τινὰ τῶν μελλόντων. οὐδὲ γὰρ nè omnia quæcunque ab illo diui- D
πάντα κατειλῆφθαι. τοῦτο δ' ἂν φαίησι nata, ac præuisa sunt, etsi refelli,
ac redargui ex Philostrati verbis abundè possint, vt ea quoque euenisse concedam: dixerim tamen non credi quidem omnia oportere, sed eorum nonnulla, quæ magis admittenda videantur, assistente illum dæmone prædixisse. Hoc autem planè hinc constat: propterea quòd

Apollonius non vbique perpetua diuinatione vsus deprehenditur. Nam plurimis de reb. ipse *præ ignorantia* dubius pendet, aliósque interrogat. Quod neutiquam faciat homo futurorum maximè conscius. Satis verò ostensum puto, quo in actu fabulæ reponenda sit compressa ab illo pestis Ephesiorum, cùm nihil aliud à dæmonis præstigio fuerit. Sed enim cur & Achillis vmbra relictis beatorum insulis ad proprium tumulum diuersari maluerit, non intelligo. Nisi verè & hæc impuri dæmonis vmbra censenda sit. Item sentio, qui ab incontinente, ac lasciuo adolescente depulsus est, dæmonem proculdubio fuisse. Neque minus & Lamiam illam siue Empusam dici malis, quæ Menippum insano amore torquebat, dæmonem affirmarim maiori alteri, ac potentiori dæmoni concessisse, fortè etiam hoc pacto, & adolescentē de rabidi canis morsu, mente alienatum curauit, canémque nihilo secius ipsum dæmone malo imbutum. Patet itaque, quod sæpe à nobis est dictum, cuncta illius miracula, dæmonis ministeria esse. Nam quod ad puellam spectat ab inferis reuocatam, siue ad semianimem potius, quod & Philostratus sentit, quæ consopitam vitalis auræ scintillam, dum efferretur, in se haberet, irrorante mox pluuia excitatam: totum sanè est de illius miraculis amouendum. Non enim sicut & antè dixi, tam grande facinus, si modò verum fuisset, ita pressum silentio euanuisset, cùm præsertim Romæ, vbi tunc Imperator agebat, factum dicatur. Infinita verò generis eiusdem colligi de Philostrato queant, faciléque omnia vt fabulosa parúmque sibi constantia refutari. Verùm quia haud ita

σαφὲς, τὸ μὴ δι' ὅλου ⸫ πεῖ παν-
των τιὼ πεθγωσιν αὐτὸν ἀποσώζειν·
ἀπορεῖν δὲ σὺ πλείσοις, ἢ πιωθανέ-
σθαι δι' ἄγνοιαν, ὅπερ καὶ αὖ, εἰ θείας
ἀρετῆς μετίων αὐτῶ, πεπόνθοι ἢ αὐ-
τὸ δὲ τὸ παῦσαι τὸν λοιμὸν, ὁποῖ ⓦ
εἴληχε τὸ δρᾶμα, ὅπ φάσμα, ἢ οὐ-
δέν τι πλέ ⓦ ἰῶ, πεθδεδήλωται,
ἀλλὰ ἢ ὅπι ἡ ψυχὴ Αχιλλέως πρὸ
τῶ αὖ μνήματι, τί αὖ διατρίβοι,
ταὶς σὺ μακάρων νήσοις ὡς αὖ φήσέ
τις ἀπολιπόσα διαγωγάς, εἰ μὴ ἢ
τῦτο δαίμονος ἰῶ ἐπιφανείας πρ-
ουσία, καὶ τ ἀσελγοῦς ὃ μειρακίσ
σαφῶς σύοικον δαίμονα; καὶ πάλιν
ἰῶ ἔφησεν ἐμπουσαί τ, ἢ λαμίαν
ἐμπεπρωνηκέναι τῶ Μενίππω, μεί
ζονι τάχ' ἴσως ἐξηλακέ δαίμονι, ὁ-
μοίως τε αὖ ⸫ τὸν τὰς φρενὰς πα-
τραπέντα νεανίαν ὑπὸ τ λυπῶν-
τος κυνὸς, αὐτόν τε τὸν δαιμονῶντα
κύνα τῇ αὐτῇ μετηλλαξε μοδόλῳ. ὥρα
δὴ οὖν ὡς ἔφην, τ πᾶσαν αὐτῷ πρα-
δοξοποιΐαν, ὡς διὰ δαιμονικῆς ἀπε-
τελεῖτο ὑπουργείας. τὸ γὰρ τ ἀναβιω-
σάσης κόρης, εἰτ' ἔμπνους ὑπῆρχε σαν-
σῆρα ψυχῆς κτ ⓦ συγκεφαία, ⸫
ἱκμάδα ὑπὸ τῦ προσώπου φέρου-
σαν, προσαιρετέον τ θαυμαστοποιΐας.
οὐ γὰρ αὖ ὡς ⸫ προσθεν ἔφλω, σιω-
πῇ τὸ τηλικοῦτον παρεδόθη, ἐπ' αὐ-
τ Ρώμης βασιλέως ὑπὸ πρόντος γε-
γυμνάσθαι. μυρία μὲν οὖν καὶ ἄλλα
πρεστιν οἷ τ αὐτῶν ἀναλέξασθαι συγ-
γραμμάτων, τό, τ σὺ αὐτοῖς δυσέλεγκτον,
⸫ ἀσύστατον, μυθώδες τ, καὶ πρατῶ-
δες ἀπιθανώτατον. ὅμως ἐπεί γε οὐδὲ

πολλῆς τὰ κατ' τὸν ἄνδρα δεῖται ἀπο-
δαμολογίας, οὐχ ὅπι γε σὺ θεοῖς, καὶ
παραδόξοις, καὶ θαυμασίοις, ἀλλ' ὐδ'
σὺ φιλοσόφοις παρά ποι τ νεῶ μνή-
μης ὑπαρχούσης αὐτ. τοῖς εἰρημένοις
ἀρκεσθέντες. μεπώμεν καὶ ἐπὶ τ ἕβ-
δομον τοῦ αὐτ σύγγραμμα.

A magno ſtudio opus eſt profligare hominem hunc volenti, cùm non modò inter Deos admirandóſque viros locum non habeat, ſed ne inter philoſophos quidem ab aliquo viuentium reponatur. Idcirco iis contenti quæ dicta ſunt ad examen libri ſeptimi accedamus.

ΤΟ ΕΒΔΟΜΟΝ.

CONFVTATIO LIB. VII.

Κατηγορεῖται δῆτα γοητείαν ὁ ἀνήρ. εἶτα Δημητείῳ φιλοσόφῳ ἀποτρέποντι αὐτ τ ἐπὶ τὴν Ρώμην παρόδου, μὴ πειθόμενος, ἐπαχθῆ πνα, καὶ φορτικὰ περὶ ἑαυτ ὠδέ πως λέγει, ἐγὼ δὲ γινώσκω μὲν πλεῖστα ἀνθρώπων, ἅτε δὴ εἰδὼς πάντα. οἶδα ἃ ὧν οἶδα, τὰ μὲν, σπουδαίοις, τὰ δὲ, σοφοῖς, τὰ δ', ἐμαυτῷ, τὰ δὲ, θεοῖς. καὶ δὴ ὁ σὺ τούτοις πάντα εἰδέναι μεγαλαυχούμενος, περιὼν, ἄγνοιάν πνων περὶ τ λόγου κατηγορεῖται. εἶτα Δάμις αὐτῷ μεταπλάττει διὰ θανάτου φόβον, τὸν φιλόσοφον ὑπικρυπτόμενος. ἄκουε δ' οὖν τ συγγραφέως, ἃ περὶ αὐτ φησιν ἀπολογούμενος, αἰτία μὲν ἤδη τ μεταβαλεῖν Δάμιν, τὸ τῶν Πυθαγορείων ἦθος. οὐ γὰρ κακίας γε αὐτὸ μετεῖναί φησιν, οὐδὲ μεταγνοὺς, τέχνῃ ὧ ἐπαινέσας, ἵν' ὑπῆλθεν ἐς τὸ συμφέρον τ καιροῦ. ὑπὲ τούτοις ὁ Φιλόστρατος τέτταρας αἰτίας, τὰς δὴ βυχερεῖς αὐτῷ περὶς ἀπολογίαν νομιθείσας σπίθησιν, ὑπὸ πλείστων ὁμολογῶν ἢ ἄλλων αὐτὰς ἀνελέχθαι. ὧν ἡ μέν ἐς ἵν, ἡ δῆτα μαθὼν, οὐ τῷ αὐτῷ ἅπασιν ἔχοι σολῷ. ἡ δὲ,

B VENEFICII Tyaneus, ac magiæ inſimulatur. Dehortanti verò Demetrio philoſopho Romam proficiſci, non auſcultans ille, inſolenter, ac ſuperbè ita de ſe locutus narratur. Ego mortalium cunctorum ſcio plurimum, atque ſapio: Scio enim omnia, quorum alia ſtudioſis accepta refero, ſapientibus alia, mihi alia, Diiſque ipſis immortalibus alia. Sed enim qui magnificè ita ſe iactat, hiſtoria procedente ignorare permulta conuincitur. Subinde autem Damis ipſe apud Philoſtratum mortis metum diſſimulat, quaſi Apollonium leto ſurripere atque occulere ſtudens. Sed audi quibus Hierocles verbis partes Damidis tueatur. Probabilis, inquit, ratio fuit: cur Damis à Pythagoreorum ritu deflexerit. Neque enim malitiam illi ineſſe ait, aut de Damide ſententiam mutat, ſed prudentis viri potius artem collaudat: quæ ſubeunda illi fuit, vt ſeſe ad vtilitatem temporis accommodaret. Ad hæc Philoſtratus quatuor crimina teſtatur Apollonio fuiſſe obiecta: quæ facilè per apologiam ſolui poſſe exiſtimat, totidem ab aliis quoque collecta & enumerata affirmans. Horum primùm erat: Qua tandem diſciplina non communi veſte ceteris mortalibus vteretur: Alterum porrò,

C

D

vnde

vnde hoc esset: vt passim Deus ab hominibus putaretur. Tertium, quanam ratione pestem Ephesiis imminentem prædixerit. præterea cuius ergo in agrum noctu profectus, Arcadem ibi puerum in frusta discerpserit. Contra huiusmodi quæstiones ait Philostratus Apollonium sese egregiè defendisse. Primùm verò tradit in vincula coniectum, ne ibi quidem sine miraculis se gessisse. Nam cùm Damis grauiter angeretur, vt præceptore in discrimen adducto, Apollonium narrat leuandi doloris gratia, sponte sua vinculis exemptum crus Damidi ostendisse, cuius lenito dolore, rursus idem crus vinclis inseruisse. Post hæc à Domitiano Imperatore accersitum esse in iudicium Apollonium scribit: obiectísq. demum criminibus absolutum, cùm adhuc tamen in iudicio esset: nescio sanè quo pacto, sed importunè nimirum in huiusmodi voces
» proclamasse, Da & mihi si libet
» imperator abeundi locum. Sin hoc
» minus concedis, immitte qui cor-
» pus vinciant meum, quandoqui-
» dem colligari animam est impossi-
» bile. Imò verò ne corpus quidem
» meum comprehendes.
» *Nec tibi fas læti exortẽ me perdere Cæsar.*

Quibus dictis repente eundem ait è conspectu hominum euanuisse, magnámque fabulæ suæ partem circa hæc portenta consumit. Vbi verò de miraculo agitur exempti pedica cruris: cui nimirum per præsentiam dæmonis gesto, Damis ipse interfuit, ait Philostratus. Tum denique primùm Damis persensit diuina Tyaneum natura supra hominis facultatem præditum esse. Neque enim tunc illum veneficè operatum. (Quomodo id enim in vinculis potuisset?)

τῦ, χάριν ἀνθρωποι θεὸν αὐτὸν νενομίκασι. τείτῳ, πόθεν προείπε Ἐφεσίοις τὸν λοιμόν. ἔπι τούτοις, τίνι βασίσας, ἐς ἀγρὸν αὐλατέμει τὸν παῖ- κ. ἰδίᾳ.
δα τὸν Ἀρκάδα. πρὸς τούτοις δέ φησι ☾ πρὸ ἀπολογίας αὐτὸν γεγραφέναι· πρότερον δ' ἱστορεῖ δεσμοῖς αὐτὸν προσδεθῆναι, καί τι θαυμαστὸν συνεῖναι τούτοις κατεργάσασθαι· τῷ γάρ τοι Δάμιδι μάλα λυπηρῶς, ὡς αὖ ἔπι συμφορᾷ τοῦ διδασκάλου διακειμένῳ, αὐτόματον ἐπιδεῖξαι λελυμένον τοῦ δεσμοῦ τὸ σκέλος. εἶτα πάλιν ἀναλαβόντ' αὐτὸν τῆς λύπης, συνθεῖναι ἐς τὸ πρότερον χῆμα τὸν πόδα. μετὰ τοῦτο, κρινόμενον αὐτὸν ἔπι βασιλέως Δομετιανοῦ, γράφει. εἶτα δὴ τῶν ἐγκλημάτων ἀπολυθῆναι. ☾ μετὰ τὴν πρὸ ἐγκλημάτων λύσιν, καὶ οἷά γ' ὅπως ἀναιρεθῆναι μοι δοκεῖ σὺν τῷ δικαστηρίῳ αὐτὰ δὴ ταῦτα διαφωνῆσαι, δὸς εἰ βάλῃ κἀμοὶ τόπον. εἰ δὲ μή, πέμπε τὸν λησόμενόν μου τὸ σῶμα. πρὸς γὰρ ψυχὴν ἀδιάλυτον, μᾶλλον δὲ δὴ ἂν τὸ σῶμα τοὐμὸν λάβοις. ἃ γάρ με κτενεῖς, ἐπεὶ ἄτοπος μόρσιμός εἰμι. κἂν δὴ ἐπὶ τούτῳ τῷ πρισβύτῃ ῥήματι ἀφανισθῆναι τὸν δικαστὴν φησὶν αὐτόν. ☾ σὺν τούτοις, τὸ πρὸς αὐτοῦ καταστρέφει δρᾶμα. ὁ μὲν οὖν συναφεὶς ἔπι τοῦ κτ τὸ δεσμωτήριον θαύματος, κτ φαντασίαν ὡς ἔοικεν, ἐπὶ τῷ πρέσβυ δαίμονος τῷ Δάμιδι ἑωραμένῳ ἔπιφέρει λέγων, τότε πρῶτον ὁ Δάμις φησὶν ἀκριβῶς σωφρονῆσαι τῆς Ἀπολλωνίου φύσεως, ὅτι θεία τε εἴη κρείττων ἀνθρώπου. μὴ γὰρ δύασθαί γε, πῶς γὰρ ἂν δεσμωτηρίῳ;

μηδὲ ὑξάμψω, μηδὲ εἰπόντα τι, καταγλᾶσαι τὴν δεσμοῦ, & συναρμόσαντα αὖτῳ τὸ σκέλος τὸ δεδεμένον προσθεῖναι. ἐγὼ δ', οὔποτ' ἂν καταγνοίην βραδυτῆτα τὴν Φοιτητῆ, εἰ τὸν πάντα βίον σὺν αὐτῷ, & διὰ λιμνῶν προιέργων ὁρῶν αὐτὸν ἀποτελοῦντα τὰ πράδοξα, οὐδέν γε διαφέρειν αὐτὸν ἡγεῖτο τῆς θνητῆς φύσεως· ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν μὴ τοσαύτην θαυμαζουργίαν τὰ καὶ' αὐτὸν ἀγνοεῖ. εἰκότως δ' ἀγωνιᾷ, & δέδιε ὡς ὑπὲρ ἀνδρὸς μέγα πάσχοι πρὸ προαιρέσιν. εἰ δὲ δὴ προσῆκον ἀρέσκειν μὴ τοῖς τοσούτοις διατελοῖ, ὅτι δὴ θεῖον εἴη, & κρεῖττονος ἀνθρώπου φύσεως, ξυνίησι τοῖς τούτου ξυνιδεῖν ἄξιον αἰτίαν, ᾗ αὐτὸς ὁ συγγραφεὺς δηλοῖ λέγων, μὴ γὰρ σύσανταλα, μηδὲ ἐπυξάμενον, μηδέ τι τῶν ἀπορρήτων εἰρηκότα, τὸ παράδοξον ἰδεῖν αὐτὸν πεποιηκότα. οὐκοῦν τὰ προτερα διὰ προιέργου μηχανῆς ἐτελεῖτο τῷ ἀνδρί. διὸ μηδὲ καταπλήττεσθαι αὐτὰ μηδὲ θαυμάζειν τὸν Δάμιν. εἰκότως δὲ νῦν τοῦτο πέπονθεν, ὡς ξένου τινὸς ὑπ' αὐτοῦ παρὰ τὰ σωνήθη διαπεπραγμένου. προὸς τὸ δὴ θὲν ὃ τοῦ δεσμοῦ φάσμα, ἢ τοῦ ἀπὸ τοῦ δικαστηρίου ἀναχώρησιν, τὰς προὸς Δομετιανὸν αὖ τοῦ Ἀπολλωνίου φωνὰς προσῆκον ἄν. δεσμοῖς γοῦν αὖ παραδοθῆναι προσταξάντος βασιλέως, πάνυ γε ἀκολούθως ὁ Ἀπολλώνιος συνελογίσατο ὡδί πως, εἰ μοῦ γοητά με ἡγῇ, πῶς δήσεις; εἰ δὲ δήσεις, πῶς γόητα εἶ φήσεις;

σχ. μεταξὺ τῶν ἀπὸ τῆς ψυχῆς εἰς τὴν ἀψυχήν.

χ. δ' αἱ ἀ.

A Sed ne immurmurantem quidem aliquid, aut loquentem, pedicas tamen contemptui habuisse: rursúsque crure illis inserto, colligatorum habitum statúmque resumpsisse: mea verò sententia nunquam sanè tarditatis accusandus Damis, si plurimum vitæ cum Tyaneo versatus, quia non nisi per maleficia superstitionésq. miracula eundem perpetrasse cognouerat: idcirco nihil eum à mortali putabat sorte differre. Sed nunc quoque post tantam

B portentorum vim, quid de illo sentiendũ sit, nescit. Iure ergo optimo angitur Damis, ac timet præceptori suo, vt vni, scilicet hominum permultorum, ne quid illi aduersi præter voluntatem contingat. Quòd si tamen nunc primùm Damis post tantum consuetudinis diuinum esse Apollonium sensit, atque homine potiorem, inspiciendum sanè est,

C quanam ratione id persentire potuerit. Neq. enim reticet hanc Philostratus. Vidit, inquit, Tyaneum crus pedicis exoluisse non sacrificiis peractis, non precibus, non arcanis mysteriis vllis prolatis. Ergo quæ præterea multa prius effecit, maleficа superstitione sunt facta, propterеáque dum illa fierent, neque expauit, neq. admiratus est Damis: nunc autem iure primũ exhorruit, vt qui hospes interesset rei præter consuetum illi ritum morémque effectæ.

D Sed enim cùm hoc Tyanei præstigio, quod ad pedicas totum spectat: cúmq. euanida illa de conspectu hominũ fuga, sermones eiusdẽ cum Domitiano habitos libens sanè cõtulerim. Nam cùm illum Imperator colligari iussisset, perargutè quidem atq. ad rem ita ratiocinatus narratur: Si « me arbitraris magum, quanam ra- « tione deuincies? Sin vincere me qui- « bis, quomodo esse magum putabis? «

Attamen ex iis quæ posita sunt, ita retundi vicissim queat. Si tu magus non es, quomodo tibi crus est solutum? At si solutum, hoc est, quomodo non es magus? Præterea si vincla perpessus magus non est, at eadem egressus est magus. Ad hæc dici & illud potest: Si non est magus, quia iudicium subiit, at quia, & iudicium, & Imperatorem, & circumfusos illi speculatores effugit, est Magus. His rationibus mea quidem sententia, sanius accipietur, quod ad prodigium pertinet nullis cantationibus præuiis, sacrificiísque effectum. Sed vt Philostratus garrit, diuina quadam supra hominem facultate. verùm non ita multò pòst, iterum merus homo arguitur. Illico enim quodam renuntiante: soluit te, Apolloni, vinculis Imperator, permittítque liberius quàm antea, caueam inambulare. Hic ille hominum sorte, superiorúmque futurorúmque præsensor, *Surdi concipiens animum, sensúsque tacentis*, præ nimio fortasse, vt par est gaudio, præsensionis oblitus nuntium rogat; Quis me hinc vero exoluet? Idem ego te soluo, inquit, Ducem me sequere. Est verò operæ pretium inspexisse, quàm prudenter hic noster vates apologeticum pro se scripserit. Vbi ignorasse primùm conuincitur inanem sese operam desumpturum. Putabat enim se ab Imperatore audiendum: eámque ob rem summo studio concionem instruxerat. Cæsar tamen hanc audire non pertulit, irritámque hoc pacto Tyanei lucubrationem cassámq. reddidit. Audi verò quo modo se Philostratus ipsum redarguat.

Orac.

A αὐτικρούσῃ γοῦν αὐτῷ τις ὠδίπους, σὺ τούτων ὁρμώμενος, εἰ μὴ οὐ δέῃς, πῶς λέλυταί σου τὸ σκέλος; εἰ δὲ λέλυται, πῶς οὐ δέῃς; & εἰ τῷ ὑπομεῖναι (W) δεσμὸν οὐ δέῃς, τῷ μὴ ὑπομεῖναι κατ' αὐτὸν ὡμολόγηται δέῃς. ἢ αὖ πάλιν, εἰ ὑπομείνας τὸ δικαστήριον ὁ δέῃς, τῷ δὲ διαδρᾶναι τοῦτο, & τοὺς ἀμφ' αὐτὸν βασιλέα λέγω, ἢ τοὺς σὺν κύκλῳ δορυφόρους, σαφῶς

B ἀναπέφηνεν ὁ δέῃς. ὅθεν μοι δοκῶ, σωφρονισμένος ὁ λόγος, θεραπεύῃ τὸ γεγονὸς, ὡς δὴ ἄνευ θυσιῶν, ἢ ἐπῳδῶν ἀρρήτῳ τινὶ, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον δυνάμει τὸ παράδοξον πεφηνότος. ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐς μακρὰν αὖθις ὁ τῆς φύσεως παραθήσεται ἔλεγχος. αὐτίκα γὰρ λύσαντος αὐτῷ, ἢ φήσαντος, ἀφίσί σε, ὦ Ἀπολλώνιε, τουτωνὶ τῶν δεσμῶν ὁ βασιλεὺς, ἢ

C ἐλεύθερον δεσμωτήριον συγχωρεῖ οἰκεῖν ὁ κρείττων, ἢ ἄνθρωπος. καὶ τῶν μελλόντων προγνώστης. κωφὸς τ' ἐξυνιεὶς, ἢ οὐ λαλέοντος ἀκούων, ὑπὸ τ' ἄγαν ὡς εἰκὸς προχαρείας ἀποπεσὼν τ προγνώσεως, πῶς φαίνεται λέγων, τίς οὖν ὁ μεταπυθόμενος μ' ἐντεῦθεν; ὁ δὲ, ἐγὼ ἔφη, ἢ ἔπου. εἶτα

D & λόγον ἀπολογίας ὁ θεόπαις μάλα γε σωφρόνει πεφρονισμένως, ἀγνοῶν ὅπη δῆτα ἐς μάτην αὐτῷ ἀσκηθήσεται ἡ γραφή. οἴεται μὲν γὰρ ἀκουσθήσεσθαι αὐτὸς ἀπολογούμενος βασιλέως. καὶ ὡς ἀκουσομένου γε σφόδρα πιθανῶς, παρασκευάζεται τὴν ἀπολογίαν· ὁ δὲ, ταύτην μὴ δυναμένας, ἐς οὐδὲν αὐτῷ τὴν ἀκουσθὴν κατεσήσατο. ἄκουε δὴ οὖν καὶ σὺ τούτων οἷα φησὶν ὁ ἔλεγχος.

ἐπειδὴ δὲ ὁ λόγος αὐτῷ συνεχάφη A Quando, inquit, orationem Tyaneus conscripsit, quasi ad aquæ tempus dicturus, compulítque eum tyrannus ad quatuor posítas quæstiones respondere, explicetur & hæc à nobis oratio.

τὰς, ὥσπερ ὕδωρ πιὼ ἀπολογίαν ἀφήσοντι, ξυνεῖλε ᾗ αὐτῷ ὁ τύραννος ἐς ἃς εἴρηκα ἐρωτήσεις, ἀναγεχάφθω κἀ ὁ λόγος.

ΤΑ ΤΟΥ ΟΓΔΟΟΥ.

ΟΡΑ δὴ πῶς τὸ μελλόντος πρόρωτάτω τυγχάνων ὁ πάντα ἀφόβατος, μᾶλλον πλείσης ὅσης Φρονῖδος, ὡς πρὸς ὕδωρ πιὼ ἀπολογίαν ποιησόμενος ἐπονύδαζεν. ἀλλὰ χρὴ διεξιτητέον καὶ πιὼ ἐς μάτιν αὐτῷ πεποιημένην ἀπολογίαν, ἃ πολλὰ κἀ ἄλλα ἐν τούτῃ Δομετιανῷ πρόσφωνῶν, ἀπαυθαδίζεται λέγων, ὡς ἐγὼ Οὐεσπασιανὸς, σὲ μὲν Βασιλέα ἐποίησεν, ὑπ' ἐμοῦ ᾗ ἐκλύεσθαι δ' ἀλαζονείας, ἰὼ οὔπω γε ὁ τυχὼν, ἀλλ' οὐδὲ εἰ φιλόσοφός τις ἀληθῶς, καὶ κατ' ἀνθρωπείην ὑπεραίρων ἐγκεφάλου φύσιν, ἐκφαλοῦσθαι ἂν, μὴ οὐχὶ δίκην ἀνοίας παρὰ τοῖς ἐμφρόσιν ὑποσχών. εἶτα δὲ τῆς κατ' αὐτὸν ὑποψίας ἑαυτὸν ἀπολυόμενον, ταῦτα πρὸς γοήτων φησὶν, ἀλλὰ σοὺ γόητας ψευδοσόφοις φημί. τὰ γὰρ ὄντα, εἰ πρὸ αὐτοῖς, κἀ τὰ ὄντα, ἄπιστα. καταμάθοι δ' οὖν τις ἂν ἔκ τῆς ὅλης πραγματείας, κἀ ἐκ τῶν μέρει δεδηλωμένων, πότερα σὺν θείοις, κἀ φιλοσόφοις, ἢ σὺν γόησιν αὐτὸν καταλακτέον, πότερα οἷς ἔ αὐτὸς πρὶ γοήτων, κἀ ψευδοσόφων εἴρηκε, κἀ οἷς δεδήλωκεν ἡ κατ' αὐτὸν ἱστορία; δρύες τε γὰρ, κἀ πλήκαι, συναρθρῳ, καὶ ἀηλείᾳ φωνῇ λαλοῦσαι, κἀ τρίποδες αὐτόματοι φοιτῶντες, κἀ χάλ-

VIDE quæso, quid ille sapiat futurorum longè ante præcognitor. Ille vir vsquequaque diuinus, quanta maxima potuit cura velut ad aquam dicturus apologiam conscripsit. Sed accedamus ad hanc quoque discutiendam, quam & frustra iam elaboratam fuisse ostendimus. Nam cùm multis per eam locis Domitianum compellet, etiam in id arrogantiæ procedit, vt dicat, Te quidem Vespasianus pater, « ego verò illum Imperatorem feci. « ô arrogantissimam vocem! quam ne vulgaris quidem, ac gregarius quisquam, nedum verè philosophus, humánámq. excedens naturam proferre ausit, non meritas insaniæ pœnas, prudentibus expensurus. Subinde verò Apollonius ita expurgat subortam de se magiæ suspicionem. Equidem magos, inquit, Pseudo- « sophos censeo esse. Nam & quæ « non sunt, vt videantur esse efficiunt, & quæ sunt, fallaci arte obducunt. Planè igitur constare cuiuis potest tum ex historia vniuersa, tum ex iis, quæ in ea particulatim narrantur, vtrum hic in diuinos, ac sapientes viros an inter magos prius, ac deceptores locandus sit, vel ad ipsa quoque animum referendo, quæ sentire is de magis videtur, vel ad ea non minus, quæ à Philostrato explicantur. Nam quercus, vlmíque, articulata, ac muliebri voce Tyaneum affatæ, tripodes etiam illi sponte sua mouentes, æreíque

pincernæ discumbentib. ministrantes, imbrium quoque dolia, ac ventorum, aquæ præterea Sandaracinæ puteus, & quæ sunt fabulæ generis eiusdem apud Deos Brachmanas, quos non veretur Apollonius præceptores vocare, quid demum nobis indicare videntur? An non illos quæso, qui ea, quæ non sunt, mentiuntur, & ea quæ sunt, præstigiosè subducũt? Hos autem cùm idem magos appellet, pseudosophos ac planos manifestè constituit. Aut igitur ex tot numero rationibus diuinus hic, omníque virtute exceltus, ipsíque Diis homo gratissimus, quippe cui licuerit sapientiæ brauium coronare, censendus erit, ipso quoq. Pythagora, & qui postea fuerunt, diuinior multò, ac sapientior: aut contra pseudosophiæ damnatus, miserorum multò erit miserrimus. Disputasse & illum, cùm in Ionia versaretur, de Parcarum potentia scribit Philostratus; ita fermè censentem, quicquid illæ, scilicet, semel neuissent, adeò stabile esse, certúmque futurum, vt si cui imperium decreuissent, quod tamen ipsum penes alium cerneretur, nunquam sic is aboleri atque interimi poterit, quin debitam sibi potestatem planè arripiat. Vel vita enim functus reuiuiscet Parcarum decreto. Quam sententiam his ferme verbis concludit: Cui fato decretum est architecto esse, vel si manus ambas truncetur, euadet in architectum. Si quem etiam currendo vincere Olympia sanctum est, ne si abscisso quidem is claudicet crure, victoria fraudabitur. Cui rursus in sagittandi arte palmam Parcæ decreuerint, hic vel captus oculis sagittam in scopum destinabit. His præmissis rationibus imperatori adulans, & hæc subnectit:

A κεοι θεράποντες διακονόμβροι, πίθοι τὲ, ὄμβρων, καὶ ἀνέμων, καὶ Σανδαρακίνον ὕδωρ. καὶ ὅσα ἄλλα εἰσῆκε, ὧν οἷς ἡγεῖτο θεοῖς, οὓς ἐκ καὶ ὤκνει διδασκάλους ἐπιγράφεσθαι, τίνος αὖ εἶεν ὠφελησαμένα, ἢ τῶν τὰ μὴ ὄντα εἶ, καὶ τὰ ὄντα ἄπιστα ἀποδεικνύντων; οὓς αὐτὸς γόητας ὀνομάζων, ψευδοσόφους ὑπῆρχεν ἀποφαίνεται. ἤτοι οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ θεῖος, καὶ ἐναρέτος, καὶ θεοῖς κεχαρισμένος, τῆς

B σοφίας ἀναδησάμενος βραβεῖον, αὖ τε Πυθαγόρου, καὶ τῶν ὅσοι μετ' ἐκεῖνον, θειότερος ἀληθῶς, καὶ μακρῷ δαιμονέστερος κριθείη, ἢ ἔμπαλιν, ψευδοσοφίας ἁλοὺς, κακοδαιμόνων ἀποίσεται τὰ πρωτεῖα. πάλιν ἢ τῇ γραφῇ πρὸς μοιρῶν ἰσχύος φιλοσοφῆσαι αὐτὸν ἐν Ἰωνίᾳ φησὶ, διδάσκοντα οὕτως ἀτρεπτα εἶναι, ἃ κλώθουσιν,

C ὡς εἰ καὶ βασιλείας τούτῳ ψηφίσαιντο ἑτέρῳ ἤδη ὑπαρχούσας, καὶ αὐτὸν ἀποκτείνειέ τις τάχιον, ὡς μὴ ἀφαιρεθείη ποτὲ ὑπ' αὐτοῦ τὴν ἀρχήν, ἀλλὰ καὶ ἀναβιῶναι ἀποθανών, ὑπὲρ τῶν δεξάντων τὰς μοίρας. καὶ τούτοις ἐπιλέγει αὐτὰς συλλαβάς, ὅτῳ πέπρωται χρυσᾶν τεκτονικῶν, οὗτος κἂν ἀποκοπῇ τὼ χεῖρε, τεκτονικὸς ἔσται. καὶ ὅτῳ νίκην ἐν Ὀλυμπίᾳ δρόμου ἁρπάσαι, οὗτος οὐδ' εἰ περιφθείη τὸ σκέλος, ἁμαρτήσεται τῆς νίκης. καὶ ὅτῳ ἐνδοσαν

D μοῖραι τὸ ἐν τοξικῇ κράτος, οὗτος οὐδ' εἰ *ἀποβάλλει τὰς ὄψεις, σκοπήσεται τὸ δυσκόπου. τούτοις δὲ ἄρχοντα κολακεύων, ἐπιφέρει, λέγων·

* κ. ἀπαβάλλοι τ.

τὰ δὲ τῶν βασιλέων ἔλεγον, ἐς τοῦ Ἀκρισίους δήπου ὀρῶν, ἐς τοῦ Λαΐους, Ἀστυάγην τε τὸν Μῆδον, καὶ πολλοὺς χ. ἑτέρους ἄλλους * οὕτω πεπεῖσθαι τὰ τοιαῦτα δόξαντας· ὧν οἱ μὲν, παῖδας, οἱ δὲ, ἐγγόνους ἀποκτείνειν οἰηθέντες, ἀφῃρέθησαν ἀπ' αὐτῶν τὸ βασιλεύειν, ἀναφυέντων ἐπ' αὐτοῦ ἐξ ἀφανοῦς σὺν τῷ πεπρωμένῳ. καὶ εἰ μὲν ἠγάπων, κολακευτικὸν εἶπον ἄν, καὶ πάνδε συντεθυμῆσθαι, ὅτε ἀπείληφο μὲν τὸν Βιτελλίου, κατεμπέπρησο δὲ ὁ ναὸς, τοῦ Διὸς φειδοῖ τοῦ ἄστεος. οἶδ' οὖν εἰσεσθαι τὰ ἑαυτοῦ ἔφασκεν, εἰ μὴ διαφύγοις αὐτόν. καίτοι μειράκιον ἱκανῶς ἦθα, καὶ οὔπω ὄντ'· ἀλλ' ὅμως ἐπὶ μοίρας ἐδόκει ἕπεσθαι. ὁ μὲν, ἀπώλετο αὐτοῦ βουλαῖς. σὺ δὲ, τὰ σεαυτοῦ νῦν ἔχεις. ἐπεὶ δὲ ἁρμονία κολακευτικὴ ἄχθομαι, δοκεῖ γάρ μοι τοῦ σιρύθμων τε, καὶ οὐκ ἀφθόγγων εἶναι, τετμήσθω μοι ἥδε ἡ νουθεσία, καὶ μηδὲν ἡμῖν τοῦ σῶν συντεθυμῆσθαί με. διὰ τούτων οὖν ὁμοῦ τὸν ἄνδρα κόλακα, καὶ ψεύστην, καὶ πάντα μᾶλλον, ἢ φιλόσοφον ὁ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀγῶνος λόγος· τοσαῦτα γὰρ φιλόσοφον εἰπὼν κατὰ τοῦ Δομετιανοῦ, κολακεύει νῦν ὁ χρυσόδας, καὶ καθυποκρίνεται, ὡς οὐδὲν ἧττον αὐτοῦ, μᾶλλον ἢ ὑπὲρ αὐτοῦ, τοῦ περὶ μοιράων αὖτις, καὶ ἀνάγκης σὺν Ἰωνίᾳ κεκινημένων. ἀνάλαβε δῆτα πάλιν ἰσοτιμίαν, ὦ συγγραφεῦ. καὶ τῆς ἀληθείας διανήψας τὰ πρέποντα σοι γράφοντα λάμπρυνε, καὶ φιλαλήθη,

A Quæcunque à me de imperatoribus dicta sunt, omnia protuli in Acrisios & Laïos, Astyagémque Medũ & complures alios reges animum referens, qui videbantur sublatis de medio, à quibus sibi metuebant: ita rebus suis bene consuluisse. Namque horum alij filios, nepotes alij peremptos esse, sicuti ipsi mandauerant, opinantes, ab iisdem illis quasi renatis, fatalíque mox lege de improuiso assurgentibus, regno de-
B iecti sunt. Quòd si adulandi studio detinerer: dicerem vtique iam tum inde futurum te Cæsarem præsensisse, cùm te captum Vitellius detineret, templúmque Iouis optimi in supercilio vrbis conflagraret. Ille verò se rem bene gesturum diceret, nisi tu eius manus euasisses. Atque adolescens tunc planè eras: neque dum talis, vt in te vlla imperij vestigia apparerent. Verùm quia Parcis
C aliter visum est, Vitellius quidem suis consiliis malè periit. Tu verò in illius sortẽ fortunatus cessisti. Sed quoniã adulatorius mihi somnus ingratus semper fuit, ac permolestus. (videtur enim mihi dissonus esse, ac discors) Idcirco missa hæc quæso faciamus, chordáq. hæc nobis ne malè perstrepat, succidatur. Neq; verò me arbitrare de tuo isto sublimi statu ac potentia vnquam aliàs cogitasse. Ex his autem maximè verbis & adulator &
D mendax, & quiduis aliud à philosopho, ipsa historiæ fide conuincitur. nã qui olim in Ionia tam multa cõtra Domitianũ effudit: nunc eidẽ generosus, ac fortis vir adulatur, planéque dissimulat, quasi ea quæ quondam apud Ionas de Parcis, & necessitate tractauit, minus quidẽ contra Domitianũ: sed pro illo potius habenda sint. Tuam hîc historiã, Philostrate, compellamus. Age veritatis fonte dilutã repete hanc clara & ingenua voce,

nihil eorum inde ſubducens, quæ A fecit Apollonius, dixítque cùm Epheſios à Domitiano auertens, pro communi omnium ſalute inualeſcebat. Neque tutum putabat, quæ contra Domitianum per epiſtolas agenda ſuſceperat, Epheſiis omnino committi. Sed ex aliis vt ingenuum quemque, ac modeſtiſſimum nactus erat, alias alium ſeuerè ad colloquium diducens, Magni te, inquit, ſecreti miniſtrum facio. Oportet Romam ad hunc & illum proficiſcare, hæc atque illa dicturus. Déq; Parcis ac fati neceſſitate multa illos in hanc ſententiam edoccebat. Quod videlicet ne domini quidem rerum Parcarum ſeriem cogere, ac immutare valeant. Quin ad æream Domitiani ſtatuam, quæ ad Meletem fluuium ſita erat, auditores conuertens, Inſane, inquit, ô quanta Parcarum fatíque ignoratione detineris! Vel ſi enim interfici iubeas eum, regnaturus qui poſt C te eſt, reuiuiſcet hic tamen. Qui ergo poſt tam magniloqua verba adulator inuenitur, negátque tale quicquam à ſe imperatori dictum eſſe, quo is pacto non omnis nequitiæ illiberalitatíſque damnetur? Niſi iam planè mendaces ſunt, magíſque Apollonij reprehenſores, quàm ſtudioſi veritatis: qui hæc de illo monimentis literarum mandarunt. Vbi ſunt ergo illi Philalethis autores eruditione magna rerum referti, veritatíſque aſſertores, Damis, inquam, Philoſophus Apollonij comes aſſiduus, Athenienſíſque Philoſtratus? Quorum hic de teſtimonio comparationis librum conſcripſit: Quos planè ſibi inuicem repugnantes, ampulloſæq; vanitatis plenos, mendaces, ineruditos,

δήλῃσε τῇ φωνῇ, μηδὲν ὑποστειλάμενος, ὡς ἐν Ἐφέσῳ διαζεύξων, ἀφίστη Δομετιανὸν ἄνδρας, ἢ ὑπὲρ ἁπάντων ἐρρώννυε σωτηρίας. Καὶ τὰς μὲν ἐπὶ ξολιμαίοις ὁμιλίας, καὶ ἀσφαλεῖς αὐτοῖς ὠήετο. τῷ δ' ἑταίρῳ τὸν σωφρονεστάτοις, ἄλλοτ' ἄλλον ὑπολαμβάνων, διάκονον ἔλεγε ποιεῖσθαί σε ὑπορρήτου λαμπρεσθαι. βαδίσαι δέ σε χρὴ εἰς Ῥώμην πρὸς τὸν δεῖνα, ἢ τὸν δεῖνα, ἢ διαλεχθῆναι Ⓐ. Καὶ διηγεῖτο μὲν ὑπὲρ μοιρῶν, ἢ ἀνάγκης, καὶ τὸν λόγον διήει, ὅτι μηδὲ Ⓐ τύραννοι τὰ μοιρῶν οἷοι διάζειαν. Καὶ ὡς χαλκῆς εἰκόνος ἱδρυμένης Δομετιανοῦ πρὸς τῷ μελήτῃ, ἐπιστρέψας εἰς αὐτὸν τοὺς πρόντας, ἀνόητε, εἶπεν, ὡς πολὺ διαμαρτάνεις μοιρῶν, καὶ ἀνάγκης· ὡ γὰρ μὴ σὲ τυραννοῦσαν πέπεφνται, τεθνᾶν καὶ ἀποκτείνας, ἀναβιώσεται. ὁ δὴ μὴ τοὺς τοίοις διαλόγοις κολακεύων τὸν τύραννον, καὶ μηδέν τι τούτων ὡς πρὸς αὐτὸν εἰρηκὼς αὐτῷ κατειφευδόμενον, πῶς οὐ μοχθηρίας ἁπάσης, καὶ ἀνελευθερίας κριθείη, εἰ μὴ ἄρα ψευδηγόρους πινας, καὶ κατηγόρους τοῦ ἀνδρὸς, οὐχὶ τοὺς ἀληθεῖς συγγραφέας θείης τοῦ ταῦτα μνήμῃ παραδεδωκότας, καὶ ποῦ τὲ φιλαλήθους, Ⓐ παιδεύσεως μὲν ἐπὶ πλεῖσον ἥκοντες, τὸ δ' ἀληθὲς πεμφθέντες συγγραφεῖς. Δάμις τὲ ὁ φιλόσοφος, ὁ καὶ συνδιατρίψας τῷ δηλουμένῳ, καὶ Φιλόστρατος ὁ Ἀθηναῖος, ἀφ' ὧν ταῦτα παράπεται, οἷς σαφῶς οὕτως ἐναντιολογουμένους. καμπάζοντάς τε ἀληθῶς, καὶ τοῖς μαχομένοις πρισαμένοις ψεύστας εἰναργῶς, καὶ ἀπαιδεύτους, καὶ ληρᾶς

τ ἀληθείας, τὸ φέρ@ διήλεγξεν; ἐπὶ πᾶσι τ Ἀπολλώνι@ ἀπαλλαγήτα τ διαστηρίου, εἰ Λεβαδείᾳ ἐλθεῖν ἐσορεῖ, βουλόμενόν τε ἐς Τροφωνίου κατελθεῖν, μὴ ἐπιτρέπεσθαι τοῖς ἐπιχωρίων, δόξαι κ᾽ τούτων ἡγουμένων αὐτόν. καί τοι ἄξι@ ἀπορῆσαι φράσαντ᾽ μ@ τὰς εἰ ἀρχῇ τ Φιλοστράτου λέξις, εἰ αἷς ἀπορῶν ὅ, τι δή ποτα αὐτ ὑπειλήφασιν, αὐτὰ δὴ ταῦτα θαυμάζων λέγων, Ἐμπεδοκλέα μ᾽, καὶ Πυθαγόραν, καὶ Δημόκριτον. τοῖς αὐτοῖς μᾶλλον ὡμιληκότας, οὔπω ἐσπήχθαι* τέχνῃ, Πλάτωνά τε παρὰ τοῖς εἰ Αἰγύπτῳ ἱερέων τε, & σοφιστῶν, πολλὰ φράσαντα, καὶ ταῦτα τοῖς ἰδίοις ἀναμίξαντα λόγοις, οὐδαμῶς δόξαι παρὰ μακρὸν, τουτονὶ ὃ οὔπω γινώσκεσθαι φασὶ ἀνθρώποις, ὅτι δὴ ἀπὸ τῆς ἀληθινῆς ὡρμᾶτο σοφίας, μᾶλλον δὲ αὐ@ νενομίσθαι, τῷ μᾶλλον Βαβυλωνίων, Ἰνδῶν τε Βραχμᾶσι, & τοῖς Αἰγυπτίων γυμνοῖς ὡμιληκέναι. τί δῆτα οὖν εἰρήσεται πρὸς αὐ@ ὧδε; τῷδε τῷ ἀνδρὶ τηλικοῦτον ἐπεχρεῖτο, ὡς μόν@ λόγια πάλαι τὰ, καὶ νῦν νενομίσθαι εἰσέτι φρὰ τοὺς τηλικούτους ἄνδρας, οἳ τῶν αὐτῶν ὡς φῂς διδασκάλων πεπειραμένοι, διέπρεψαν μὲν καὶ καθ᾽ οὓς ἐγνωρίζοντο χρόνους, καὶ ἐς τοὺς μετέπειτα δὲ τῆς σοφῶν φιλοσοφίας ἀοίδιμον καταλελοίπασι τιμὴν ἀρετῇ, εἰ μὴ ἄρα φρὰ τῶν πεπαιδευκότων ἐγχωρῶν τοῖς δ φρονοῦσι, φαυερὸς καθίσταται, αὐτίκα τῶν νῦν εἰσιν, οἳ πρεσβύτερον

A maleficos ipsius veritatis lumen coarguit. Post omnia verò quæ de illo scribuntur ad iudicium pertinentia, Apollonium scribit inde absolutũ sese in Lebadiam recepisse. Cúmque in Trophonij specum descendere affectaret, prohibitum ab incolis esse ne id facere posset, magum iis quoque eum esse censentibus. Hoc autem loco iure addubitet, qui ea repetat, quæ initiò statim historiæ à Philostrato referun-
B tur. Vbi is admirans suspitionem oriri potuisse qua magus Apollonius haberetur, ratione hac vtitur. Empedoclem, inquit, atque Pythagoram Democritúmque præterea cum iisdem magis diuersatos, nondum tamen technarũ, maleficiíq. in opinionem vllam suspitionémq. venisse, Platonem quoque tametsi ab Ægyptiis sacerdotibus prophetísq. multa desumpserit, quæ mox suis libris inseruit, minus tamen esse ma-
C gum existimatum. De Tyaneo autem ipso non planè suis meritis digna homines opinari, neque intelligi quod ingenuæ sapientiæ vi ad ea perpetranda sit ductus, causamque esse huius siniſtræ opinionis, quòd cum Babyloniorũ magis Brachmanibúsque Indorum, ac Ægyptiis Nudis sit diuersatus. Quid igitur Philostrato responderi amice conueniat? Nempe hoc puto. Hunccine quæso virum tantum calumniæ
D contraxisse: vt magus duntaxat vna omniũ voce habitus sit præceptorib. iisdẽ cum illo eruditi & clari suis tẽporibus viguerunt, & in deciduum sapientiæ suæ lumen posteris reliquerunt, nisi prudentibus viris compertum planè fuisset eundẽ non permissa virtuti via nomen sibi, autoritatémq; quæsisse? Neq. verò hodie quoque desunt, qui expertos se dicant eius nomini inuocato magicas

ineſſe virtutes ad ſuperſtitioſa quæ- A piam peragenda, quibus equidem non facilè adducor vt credam.

DE MORTE APOLLONII.

SED Philoſtratus mortem Apollonij narraturus, æqua ſuperioribus hiſtoriæ locis hîc quoque ſubnectens, nihil ſe certi ſcire profeſſus eſt. Inquit enim referre alios quidem Epheſi Apollonium deceſſiſſe, alios autem in Mineruæ templo Lindiæ ciuitatis, alios in Creta inſula. Et B cùm tantum caliginis de illius morte nobis offundat, vult tamen eundem viuum ad ſuperos conſcendiſſe. Nam cùm templum, inquit, ingreſſus eſſet, valuis repente occluſis, admirandi virginum cantus in hanc ſententiam exauditi ſunt. Veni, veni in cœlum, veni. Idem Philoſtratus ait non vſpiam ſe terrarum Tyanei ſepulchrum, cœnotaphiúmve ſaltem vidiſſe, cùm tamen ipſe vniuerſum orbem peragrarit. Deniq; ſentire videtur mortis im- C munem Apollonium eſſe. Nam & de mortis genere nihil antea certi adducit, & mox in cœlum cõſcendiſſe manifeſtè affirmat. Neq. verò mirandum iam eſt, ſi huiuſmodi virum Philoſtratus vel initio ſtatim libri totius, vt Pythagora, atque Empedocle longè maiorem, magnis ſpatiis prætergreſſum in philoſophia contendat.

CONTRA FATI NECESSITATEM. D

SED quoniam circà hæc ſatis iam noſtra eſt oratio peruagata, age nunc de fato, déque Parcis ipſis pauca proferentes: videamus quid tandem ſibi is velit, cum toto opere quæ iuris noſtri ſunt tollere videatur, fatíque neceſſitatem rebus ipſis conſtituat. Nos igitur & fati & Parcarum vires articulatim tractemus. Hac enim ratione corrigi poterit, ſi qua ineſt illius do-

μηχανὰς τῇ τῦ ἀνδρὸς ἀνακειμένας θεοσηλεία κατειληφέναι λέγουσιν. ἀλλ' ἐμοί γε φίλον τούτοις προσέχειν τὸν νοῦν· ἀλλὰ γὰρ περὶ τῆς τελευτῆς τῦ ἀνδρὸς ἀκόλουθα τοῖς ἄλλοις συντάττων, οὐδὲν ἀληθὲς ἐξενέγκειν εἰδέναι. τοὺς μὲν γὰρ ἐν Ἐφέσῳ τελευτῆσαι αὐτὸν ἱστορεῖ, τοὺς δὲ, ἐν Λίνδῳ ἐς τὸ ἱερὸν τ Ἀθηνᾶς, ἄλλους δὲ ἐν Κρήτῃ. τῇ τοσαύτην ἄγνοιαν τῦ περὶ αὐτὸν τέλους καταστεδάσας, βούλεται αὐτὸν ἐς οὐρανὸν αὐτῷ σώματι χωρῆσαι. ἐσδραμόντος γὰρ ἐς ἱερόν φησι, κλεισθεισῶν τὰς πύλας, καί τινα ᾠδὴν ἀδόντων παρθένων ἀκοῦσαι. τὸ δὲ ἆσμα εἶν, ἴθι, ἴθι ἐς οὐρανόν, ἴθι. λέγει δὲ ὡς μήτε κενοταφίῳ τ ἀνδρὸς πω τετυχέναι καί τι τ γῆς ὁπόσον ἐστὶν, ἑαυτὸν ἐπελθόντα. καὶ βούλεται αὐτῷ ἡ διάνοια μηδὲ *ὅλως θανάτου τὸν ἄνδρα φῆναι. *κ. μήτε ὅ.

θάτερον μὲν γὰρ ἀμφιβάλλων περὶ τῦ τρόπου, καθ' ὃν ἐτελεύτα, ὕστερον δὲ διαῤῥήδην καὶ ἐς οὐρανὸν αὐτὸν χωρῆσαι φάσκει. ὅθεν ὡς δὴ τοιοῦτον ὄντα, καὶ κῆρυ τὸ *θεοῖμι, καθ' *κ. θεσ. τ ὅλως ἄλλῳ τινὶ γραφῇ, Πυθαγόρᾳ, καὶ Ἐμπεδοκλέους πάτρων φησι, καὶ θρησκευτικὴν φιλοσοφίαν. ἀλλὰ γὰρ ἐν τούτοις θεωρεῖσθαι δεῖ τῦ λόγου, βραχέα ἅττα περὶ μοιρῶν, καὶ εἱμαρμένης φέρε διαλάβωμεν ὅ, τι καὶ βούλοιτο δι' ὅλης αὐτῆ τ ὑποθέσεως ὁ λόγος, τὸ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἀναιρῶν, ἀνάγκην δὲ εἰσάγων, καὶ εἱμαρμένην, καὶ μοίρας διαθεσπίζων. ταύτῃ γὰρ ἡμῖν ἐπιτελῶς, καὶ ἡ ἐν δό-

γμασι ψευδοδοξία παῦρος διαθεω-
θήσεται. εἰ δὴ οὕω κἂ τ' ἀληθοῦς φι-
λοσοφίας λόγον, ψυχὴ πᾶσα ἀθά-
ναλος, τὸ γὰρ ἀφικίνητον, ἀθανάλον, τὸ
δ' ὑφ' ἑτέρου κινούμενον παῦλαν ἔ-
χον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς· καὶ
αἰτία ἑλομένῳ, θεὸς ἀναίτιος, τίς αἱ-
ροῖτο λόγος ἄκουος, οὐχὶ ὅ κἂ προ-
αίρεσιν, ἀψύχου δίκην σώματος ἔξω-
θέν ποθεν κινουμένου, καὶ ὡσπερεὶ
ναυαγοσωσουμένου ὧδε, κἀκεῖσε πῃ
ἀφικίνητον ἄγεσθαι φύσιν, μηδὲν μη-
δαμῶς ἐξ ἰδίας ὁρμῆς, καὶ κινήσεως
ἐνεργοῦσαν, μηδὲ ἐς ἑαυτὴν τὴν τ'
δρωμένων διαφέρουσαν αἰτίαν, ταύ-
τῃ τε μήτε φιλοσοφοῦσαν ἐπαινετέαν
τυγχάνειν, μήτ' αὖ ψεκτήν, κακίας
ἐμπλεων, καὶ πονηρίας; τί δῆτα ἔν
Εὐφράτῃ λοιδορούμενος καταμέμ-
φῃ ὧν, εἰ μὴ παρ' ἑαυτόν, ἀλλ' ἐξ
εἱμαρμένης ἐπὶ τὸ κέρδος σπεύδοις, ὡς
αὐτὸς ἀξιοῖς, ὀλιγωρῶν φιλοσοφίας;
τί ὃ χρήσιν ἐνυβρίζεις, ψευδοσόφους
ἀποκαλῶν, ἐπὶ μοιρῶν ὡς ἠγῇ κα-
θελκομένους ἐπὶ τὸν κακοδαίμονα βίον;
τί ὃ κακίαν ἁπλῶς ὀνομάζεις· ἢ πο-
νηρός τις ἀνθρώπων ἐκ ἐν δίκῃ κρίνε-
ται πρὸ σοῦ τ' ἐξ ἀνάγκης εἱμαρμένον ἀ-
ποπληρῶν ὅρον. ὡς ἔμπαλιν τινὶ λόγῳ
Πυθαγόραν σεμνολογῶν, θαυμαστὸν
ἐπιγράφῃ διδάσκαλον, καὶ μοιρῶν παί-
γνιον, ἀλλ' οὐκ ἐραστὴν ὄντα φιλοσο-
φίας, ἐκ ἀπολείπεις ἐπαινῶν; Φραώ-
της ὅ, καὶ Ιαρχας, Ινδῶν φιλόσοφοι, τί
μᾶλλον πρὸ σοῦ θεῶν ἀπηνέγκαν-
το, δόξαν μηδὲν τι παιδείας ἴδιον,
μηδ' ἀρετῆς ἀπενεγκάμενοι κλέος;

gmatis falsa sententia: sed est igitur (vt veræ philosophiæ ratio tradit) anima immortalis. Nam quod semper mouetur, est immortale: quod autem aliud mouet, & mouetur aliunde motus quietem habens, habet & quietem vitæ, culpáque omnis & causa in eligentem refertur, Deus ipse culpæ immunis. Si hæc inquam ita se habeant, quænam ratio obtinebit, non ex arbitrio quidem suo, sed magis inuitam, veluti inanimum corpus extrinsecus, agitata filo quodam huc & illuc trahatur: perpetuo motu vigentem naturam duci, nihil vi propria motúque agentem, neque in se ipsam gestorum causas suas referentem? Quis, inquam, concedat, neque maximè philosophantem animam laudari posse, neque malitiæ, ac delictorum plenam culpari? Quid igitur, Apolloni, Euphratem accusas? Quando hic, vt sentire videris, non electione liberæ voluntatis, sed fato impulsus est, vt philosophia posthabita, quæstuosus euaserit? Cur autem vel magos ipsos conuitiis insectaris, planos, ac pseudosophos appellans, si fato trahuntur ad miserum & infelix viuendi genus? Quid ita mentio vlla sceleris apud te est? Neque enim malus quisquam iure damnandus, si quando perperam agens finem compleuit, qui sibi ex fati necessitate pendebat. Sicut contra de bonis quæri etiam potest. Cur tu Pythagoram veneraris, vt admirabilem præceptorem? Cur hominem, inquam, Parcarum ludo magis insignem, quàm sapientiæ amatorem laudare non cessas? Quídve Indi sapientes illi Phraotes Iarchásque diuinis abs te honoribus digni censentur, si nullum iis propriæ doctrinæ decus aut virtutis inest?

Plato in Phædo.

Arist. de mundo.

Cúmq; humanum genus omni culpa & peccato liberum esse constituas, cur non & Neronis, ac Domitiani fœdam insolentiam in Parcas & fati refers necessitatem? Quod si cui fato tributum est, vt cursor sit, vt sagittarius, vt architectus: eadémque alius ratione magus, præstigiator, sicarius, nequam, licentiosus, proculdubio ex fati necessitate in hæc genera euadent. Quid igitur tantopere ambis & circumcursas, virtutem illis prædicans, qui emendari, corrigíque non possunt? Aut quid eos contra accusas, qui non sententia quidem sua ac voluntate, sed fortunæ magis arbitrio insulsi sunt? Age verò vt te ipsum quoque discutiamus. Si tibi diuinum satis ingenium consecuto datum erat imperatoris gloriam superare; cur quæso ad præceptorum ludos, philosophorúmque accedebas? Quídve apud Arabas, Babyloniorúmque magos, & Indorum Brachmanas curiosius versabare? Etenim vel citra vllam eorum consuetudinem fatorum dono cuncta se tibi facilè ingessissent. Quid verò & iis litando, qui abs te Dei censentur, mellitas nequicquam placentas thuráque profundis? Cur religionem prætendens, socios quoque ad vota concipienda precésque hortaris? Aut ipse precabundus quicquam Deos exposcis, si illos quoque fato esse inferiores existimas? Atque magis te decuit ceteris Dijs omissis vni tantùm Necessitati, Parcisque ipsis rem diuinam facere, supráque Iouem ipsum has venerari. Iam verò hac ratione Dij penitus ipsi abs te tollentur: tanquam scilicet nulli sint, qui prodesse nihil hominibus queant. Quòd si pestilentiæ vis fato Ephesiis imminebat, cur tu fato aduersa reme-

Νέρωνος δ' ὡσαύτως, καὶ Δομετιανοῦ, τὴν οὐχὶ μοίρας, καὶ ἀνάγκην, τιὼ ἀκόλαστον θεράπης ἀγεφχίαν, πάσης αἰτίας, καὶ παντὸς ἐγκλήματος ἐλευθερῶν τοὺς ἄνδρας; ἀλλὰ εἴ τῳ πέπεφυκας ὡς φὴς δρομικῷ, καὶ τοξικῷ, καὶ τεκτονικῷ. οὕτω δὴ γε γόητα τὸν ζῆπον ὄντα, μάγον ἀναφανῆναι, μιαιφόνῳ τε, καὶ πονηρῷ, καὶ ἀκολάστῳ, παντὸς που ἂν ἀνάγκης τοιοῦδε δέ τις ἀποδείσει). τί δῆτα οὖν θεινοῦ, τοῖς μὴ οἵοις τε τυχεῖν διορθώσεως, ἀρετιὼ θεοκηρύτοις; ἢ τί καταμέμφῃ τοῖς τιὼ μοῖραν, ἀλλ' οὐ τιὼ θεραίρεσιν ἀποπωτάτοις; τί γὰρ καὶ εἰ αὐτῷ σοι πέπρωθε θείῳ ὄντι τὴν φύσιν, ὑπεράραι βασιλέως δόξης, ἐς διδασκάλων ἐφοίτας; καὶ φιλοσόφων, Αραβίοις* τε, καὶ Βαβυλωνίων μάγους, καὶ σοφοὺς Ινδῶν ἐπολυθρεμμόνδς; πάντα* γάρ που καὶ τὰ τούτων δηλα κοινωνίας τὰ σὺν μοίραν ἐτελεῖτο σοι· τί γὰρ καὶ οἷς νομίζῃς θεοῖς, τὰ μελιπλοστα, καὶ τὸν λιβανωτὸν ἐς μάτην ῥίπτῃς, δυσέβειάν τε ὑπομορφαζόμενος, ἐπ' εὐχαὶς ξέπεσθαι τοὺς ἑταίρους θορμᾶς; αὐτός τε εὐχόμενος, τί θρὰ θεῶν αἰτεῖς, ὁπότε καὶ τούτων τιὼ εἱμαρμένην ὁμολογεῖς κρατεῖν; καὶ μιὼ ἔδη τοὺς ἄλλους θεοὺς θραμειψάμενον, Ανάγκη μόνον, καὶ μοίραις θύειν, καὶ ξὺ Διὸς αὖ μᾶλλον τιὼ εἱμαρμένῃ θεραπεύειν. οὕτω δ' ἄν σοι θεοὶ μὴ ἔτ' ἂν ἦσαν, καὶ εἰκότως, ἅτε μηδὲ ἀνθρώποις οἷοί τε ὠφελεῖν. ἀλλὰ καὶ εἰ ἐπέφθο τοὺς Εφεσίους ἀλῶναι λοιμῷ πολίτας, τί ταύταπα

χ. Αεραβίων

χ. πάντως

νομοθετῶν, παρακρούῃ πλὴ εἰμαρ-
μένην; μᾶλλον δ' πῶς ὑπερῆρας τὴν
μοῖραν, ἐθέλοντος ὥσπερ κατ' αὐτῆς
ἀθλήσαντος; εἰ δὲ καὶ τῆς Κλωθοῦς
ἐπὶ τῇ κόρῃ τὸ νῆμα πρὸς εἰλήχει,
πόθεν ἂν ὑφαρχῆς μὴ θάνατον ἀ-
ναδησάμενος τῷ μίτῳ τὸν ἄτρακτον,
ζωοποιὸς αὐτῇ παρεπέφηνας; ἀλλ'
ἴσως μοῖραι καὶ σεαυτὸν ἐπὶ ταῦτ'
ἦγον. οὔπω φήσῃς κατ' ἀξίαν, πολ-
λοῦ γε δεῖ, ὃς πρὸ τῆς ἐς τόδε τὸ
σῶμα παρόδου, τὴν σὴν θαλάττῃ, καὶ
νύμφαις διατελούντων γεγονέναι σε-
αυτὸν λέγῃς, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης ὡς εἰ-
κὸς δὲ τόδε, οὕτω θαυμάσῃ, οὔτε
τῆς προφύσεως ῥᾳστώνης, καὶ ζηλοῦ,
οὔτε τὴν ἐγκυκλίου παιδείας, οὔτε τὴν σὴν ἀκμὴν
σώφρονος ἀγωγῆς, οὐκ ἀσκήσεως τὴν
σὴν φιλοσοφίαν. ἰοῦ δὴ λέγε τὰς μοιρῶν
ἀνάγκη καὶ ἐς Βαβυλωνίους ἐλαύνουσα·
ὠθούμενος δ' ὥσπερ ἐς τὴν Ινδῶν
ὁμιλεῖν σοφοῖς, καὶ ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίων
γυμνούς, οὐχ ἡ προαίρεσις, οὐδὲ
ὁ φιλοσοφίας πόθος· μοῖρα γὰρ ἦγεν
ἄγουσα καὶ ἐπὶ τὰ Γάδειρα, καὶ τὰς
Ηρακλείους στήλας, ἑῴου τε, καὶ ἑσπε-
ρίου Ωκεανὸν ἁλῶσα, καὶ αὐτὰς ἀ-
προαιρέτους ἐς μάτην ἐξεδιάζεσθαι πε-
ριεσχέφεσας. εἰ δὲ δὴ μετειληφυῖα τι
σοφίας αὖ καὶ τούτων εἴ ποι τις,
μοῖρα δὲ τούτων αἰτία, καὶ οὐκ ἔτ' ἂν
σὺ φιλομαθέσιν ὁ ἀνὴρ καταλεχθείη,
οὐδ' ἂν βουλόμενος θαυμασθείη, τὸ οὐ
κατὰ γνώμην, ἀλλὰ κατ' ἀνάγκην αὐτῷ
τελεσθείσης φιλοσοφίας. ἐν ἴσῳ δ' ἂν
συγκρινόμενος εἴη κατ' αὐτὸν Πυθα-
γόραν αὐτός· καί τι πρατῶδες, καὶ ἀπορριμμένον ἀνδράποδον· Σωκρά-

dia proferens, fatum repellebas? Aut qui potius in amouenda peste, Parcas ipsas mortémque vicisti, quasique trophæum aliquod de illius victoria sustulisti? Si & in defuncta puella Clothus erant iam stamina prorsus absumpta, quo tu pacto fusum nouo iterum filo ambire, illique esse viuificus potuisti? Sed te fortassis eædem Parcæ ad hæc agenda ducebant. Non puto hæc ad tuam facere dignitatem concedes. Longè enim abessent à præstantiæ tuæ laude, & tamen antequam in corporis huius molem membráque redires, fuisse te olim dicis ex eo genere hominum, qui in mari & nauigatione versantur. Sed hoc quoque verisimile est necessitate domina factum esse. Nihil ergo quod admiremur adducet educatio illa tua, natalis dies, circularis doctrina, frugalis diæta, summum philosophiæ studium. Necessitas ergo te, non amor sapientiæ, non voluntas in Babylonios egit: fatóque impulsus magis, quàm discendi cupiditate ad Indorum, Brachmanas & Ægyptiorũ Nudos appulisti. Parcis etiam tribuendũ quòd Gades, Herculeásq. columnas quòd Eoum Oceanum, quòd hesperium permeasti, quasi te illæ stamine suo implicitum ad hæc loca deuoluerint. Quòd si quis eum dicat per huiusmodi errores ad sapientiæ participatum aliquem peruenisse, in fortunam scientia referetur, neq. studiosis Tyaneus accedet. Meritóque admirari illum desinemus, cùm sapientia illi non studio, sed necessitate aduenerit. In eadem trutina collocari & Pythagoras ipse poterit, & fœdissimum, quódque vilissimúmque mancipium. Nihil etiam

à Socrate ipſo diſtabunt, qui Socratem capitali iudicio condemnarunt, quanquam Socrates mortem pro philoſophia pertulerit. Non Diogenes ab Attica iuuentute, non vt ſemel dicam, ſtultus à ſapiente, iuſtus ab iniuſto, laſciuus à continente, timidus à forti viro diſtabunt, ſi horum omnium mores Parcarum ludo, fatíque proueniunt: ſed enim contra hæc præco veritatis clamauit. Heus homines mortale & pollutum genus, quonam vos incontinentiæ ducit vini meri potatio? deſinite demum ebrietatis, merúmque diluite, rectámque mentis aciem intendentes veritatis auguſtam faciem contemplamini. Fas enim non eſt ſibi ipſi repugnare veritatem, ac diſſentire: neque duobus inter ſe maximè contrariis datis, eandem vtriuſque cauſam eſſe. Dei certè prouidentia omnia complectitur, ac continet; legibúſque diuinis machina totius mundi diſponitur: viſque animæ rationalis, ac finis hominem ſui ducem ipſius, dominum, iudicémque conſtituit: docéntque nos naturæ leges, ac ſapientum dogmata philoſophorum, rerum alias penes nos eſſe, alias verò non eſſe. Penes itaque nos illa eſſe cenſentur, quæ ex electione actúque proueniunt, quæque natura libera ſunt, vt impediri, ac inhiberi non queant. Quæcunque igitur iuris noſtri non ſunt, infirma dixeris, ſeruientia, prohiberi facilia, aliena, cuius generis ea, quæ circa corpus ſe habent, externáque ſunt, animæ ſimul & rationis expertia, & quæ demum ſubſtantiam habent, à peculiari hominum, propriáque natura longè ſeiunctam, rurſus autem, & ad ea quæ noſtri ſunt iuris propria nobis ineſt voluntas, ad alterutram partem

Plato de legib.

της αὐτὸς φιλοσοφίας ὑπραποθνήσκων, ⸗ ⸗ τὸν θανάτου ἄξιον χραφάμενοι, Διογένης τε, ⸗ τὰ Ἀθηναίων μειράκια, ἢ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὁ σοφώτατος, καὶ αὖ διαφέροι τοῦ ἀφρονεστάτου, ⸗ ὁ ἀδικώτατος, τοῦ δικαιοτάτου, ὁ, τε ἀκόλαστος, τοῦ σωφρονεστάτου, καὶ ὁ δειλότατος, τοῦ ἀνδρειοτάτου, εἱμαρμένης, ⸗ μοιρῶν, παγκίων τούτων ἁπάντων ἀναδεδειγμένον; ἀλλὰ γὰρ πρὸς ταῦτα ὁ κήρυξ τῆς ἀληθείας βοήσεται, λέγων, ὦ ἄνθρωποι, θνητὸν, καὶ ἄκαιρον χυμὸν, ποῖ δὴ φέρεσθε, τῆς ἀκρασίας ἄκρατον ἐμπίοντες; λήξατε ποτὲ, ⸗ διανήψατε τῆς μέθης, καὶ διανοίας ὀρθοῖς ὄμμασι τὸ σεμνὸν τῆς ἀληθείας ἐνοπτεύσασθε πρόσωπον. οὐ θέμις ἀλήθειαν πολεμεῖν ἑαυτῇ, ⸗ μάχεσθαι, οὐδὲ δυοῖν ἐναντιωτάτοιν μίαν ὑφεστάναι καὶ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας τὰ πάντα κρατούσης. θείοις νόμοις διατέτακται τὸ πᾶν. ἀνθρώπων τε ψυχῆς ὅρος, αὐτοκράτορά τε κριτὴν, ἡγεμόνα τε, ⸗ κύριον αὐτῆς ἑαυτοῦ καθίστησι, φύσει τοῖς νόμοις, καὶ φιλοσόφων δόγμασιν ἐναντιδάσκων, ὡς ἔστι τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ, οὐκ ἐφ' ἡμῖν· ἢ ἐφ' ἡμῖν μὲν ὅσα φύσει αὐτοῦ κεκώλυται προαιρεῖσίν τε, καὶ πρᾶξιν, ἃ καὶ φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπρεμπόδιστα τυγχάνει. τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτὰ, ἀλλότρια, ἃ καὶ περὶ τὸ σῶμα, καὶ τὰ ἐκτὸς, ἄψυχά τε ὄντα, καὶ ἄλογα, καὶ παντὸς τοῦ ἰδίας τε λογικοῦ ζώου φύσεως ἀλλοτρίου τινὸς ὑπόστασιν ἔχοντα· τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν, τινὰ ἐπὶ θάτερα ὁρμὴν ἀρετῆς τε, καὶ κακίας,

ἕκαστος ἐν αὐτῇ κέκτηται προαιρέσει. Καὶ τὸ μὲν τῶν ὅλων δικαιοῦν τε, καὶ ἡγεμονοῦν, εὐθεῖαν διαπορεύεται κατὰ φύσιν περιπορευόμενον. τῶν δὲ ἀεὶ συνέπεται δίκη τοὺς ἀποστατοῦντας τοῦ θείου νόμου λιμωττούς. τοὺς δὲ ἐπὶ τὰς πράξεις ὁρμᾷ, οὐ μοῖρας, οὐδὲ εἱμαρμένης, οὐδὲ ἀνάγκης, αἰτία ἑλομένου, θεὸς ἀναίτιος. εἰ δὲ τις τοῦτο ἐφ' ἡμῖν ἀρτίως πολεμοῖ, μὴ παρακαλυπτέσθω. ἔστι γὰρ ἀθεότητα ἀναφανδὸν ἐξαγορευέτω, μὴ πρόνοιαν, μὴ θεὸν, μηδὲν ἄλλο, πλὴν μοιρῶν, καὶ ἀνάγκης ὁμολογῶν. καὶ τὰ ἀκόλουθα τούτοις γυμνῇ τῇ κεφαλῇ λεγέτω, μὴ σοφὸν, μὴ ἄφρονα, μὴ δίκαιον, μὴ ἄδικον, μὴ σπουδαῖον, μὴ φαῦλον, μὴ τέχνας, θεῖον ἄνθρωπον γίνεσθαι φύσει, μὴ φιλοσοφίαν εἶναι, μὴ παιδεύειν, μηδὲ ὅλως, τέχνην τινὰ, μηδὲ ἐπιστήμην, μηδὲν ἄλλον τῶν φύσιν ἀγαθὸν, ἢ πονηρὸν ἀποκαλεῖτω· πάντα δὲ συλλήβδην ἀνάγκῃ, καὶ μοιρῶν ἀτρέπτοις περιδινεῖσθαι. ἄθεος δῆτα, καὶ δυσεβὴς ἔστω ὁ εὐσεβῶν, καὶ φιλοσόφων ἀποψηφάσθω κριτηρίου. εἰ δὲ ἐπικαλυπτόμενος ἕτερα, δοξάζειν ἐπιχειρεῖ πρόνοιαν, καὶ θεοὺς, μοῖραν δὲ ἐπὶ τούτοις, καὶ εἱμαρμένην, οἷς ἀνακηρύττοι, μαχομένοις, καὶ ἐναντίοις παρεισάμενος δόγμασιν ἐναγέσι, * δίκην ἀνοίας παραχὼν, καταγεγράφθω. ταῦτα μὲν οὖν οὕτω. εἰ δὲ ἐπὶ τούτοις ὁ φιλοσόφων διατριβαῖς ἀξιοῖτο ἐπὶ καταλόγῳ πίνες τὸν ἄνδρα, λέξεται * ὡς ἂν εἰ ἀποκαθήροι ἐαυτῷ τὸ ἔξωθεν λύμης, καὶ τὸ ἀπὸ τῆσδε τῆς γραφῆς ἐπεισκυκλω-

χ. μὴ θεῖον ἀνθρώπων γ.

χ. ἐν ἀμηχάνοις.

χ λελέξεται

A scilicet vel virtutē vel vitium delectu libero declinādi. Deus porrò dominus rerum omnium princépsq. recta ratione singula transigit, secundum naturam per omnia circumcurrens. Hunc iusta semper vltio comitatur, graui eos qui à diuina lege discesserint, supplicio punitura, motus verò ipsos, quibus ad agendas res incitamur, non Parcarum fatíve necessitas parit, culpa certè omnis ab electione est nostra, Deus ipse culpæ immunis.

B Quod si quis huic sententiæ aduersus, quæ iuris nostri sunt, tollere ausit, iá hic pudore nullo detentus, suam manifestè fateatur impietatē: passimq; prædicet non prouidentiá esse, non Deum nec quicquā aliud præter fati necessitatem, & quæ huic proxima sunt, nuda fronte pronuntiet, id est, non sapientē dari, non stultum, non æquum, non iniquum, non officiosum, non prauum, non magum hominem, non diuinum ad hominis ingeniū naturámq pertinere: neq. verò

C philosophiā esse aut doctrinā vllam, non artem penitus, non scientiam, non mali boníve discrimen à natura cōstitui, sed confusè omnia circumuolui necessitate domina, & Parcarū fusis. Nihílq. sit iam rei, quin Atheus hic, prophanúsq. in sapientū numero, ac piorum hominum reponatur. Si quis autem cetera quidē dissimulet, prouidentiam verò diuinam fateatur, & colat: ita tamen vt Parcas

D quoque ac fati necessitatem vnà admittat; is cum pugnantibus, ac maximè contrariis dogmatis flagitiosisq. teneatur meritas insaniæ pœnas expendat. Atq; hæc quidem ita vt tradidi, accipienda sunt. Si quis igitur cùm hæc ita se habeant inter philosophos Tyaneum reponat, hoc sibi prædictū sciat, si quidem illi adimat superfluum laudis apparatum, quali scilicet hunc Philostrati historia

amiciuit, nullam fore prorsus à nobis inuidiam: si autem quis eum insumat, veritatis metas egressus, supra facultatem philosophi Deum asserere, is per imprudentiam magiæ nota hominem infamabit. Sicut & hæc ipsa, quæ de illius vita, ac moribus fabulosè scribuntur, non aliud sanè à prudentibus viris, quàm calumniæ argumenta, censenda sunt.

A τὸ πλῆρες, καὶ φάλαρα ἔχει χρυσᾶ, καὶ χαλινὸν κόκκου μηδικοῦ. τοιοῦτο γὰρ τὸ χρῶμα, προσαρμόττει τῷ χρυσῷ, καθάπερ οἱ πυρρότατοι λίθοι. στολὴ τῷ μειρακίῳ, χλαμὺς ἔχουσά τι ἀνέμου, καὶ κόλπου τὸ μὲν χρῶμα, οἷ Φοινικῆς ἁλουργίας ἰῷ ἐπαινοῦσι Φοίνικες. ἀγαπάσθω γὰρ τὰ ἁλουργῶν μάλιστα. δοκοῦσι γὰρ σκυθρωπάζειν, ἔλκειν τινὰ φρὰ τὸ Ηλίου ὥραν, καὶ τῷ τοῦ Ἴδης ἀνθει ῥαίνειν. B αἰδοῖ δὲ γυμνοῦσθαι πρὸς τοὺς φρόντας, ἐσθῆτι χλιδωτῇ Φοινικοῦν. συμμέτρεται γὰρ ὁ χιτὼν ἐς ἥμισυ τοῦ μηροῦ, καὶ ἴσα τοῦ ἀγκῶνος· καὶ μειδιᾷ, καὶ χαροπὸν βλέπει, καὶ κομᾷ, ὅσον μὴ ἐπισκοτεῖσθαι τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὅτε ἀτακτήσῃ ἡ κόμη ὑπὸ τοῦ ἀνέμου. τάχα τις καὶ τὴν παρειὰν ἐπαινέσειεν, καὶ τὰ μέτρα τοῦ ῥινὸς, καὶ καθ' ἓν οὕτωσι τὰ ἐν τῷ προσώπῳ. ἐγὼ δ', ἄγαμαι τοῦ φρονήματος. C καὶ γὰρ ὡς θηρατὴς ἔῤῥωται, καὶ ὑπὸ τὸν ἵππον ἐπῆκται, καὶ συνίησιν ὅπη ἐρῶσι. συνθηροφοροῦσι δὲ αὐτοῖς ὀρεῖς, καὶ ὀρεωκόμοι, ποδοσπάδας, καὶ ἀγέλας, καὶ θηριόλια, καὶ ἀκόντια, καὶ λόγχας. ἐφ' ὧν ⓐ κυνῶδοντες, καὶ κυναγωγοὶ συσπαλεῦσι, καὶ σκοπωροί. καὶ τὰ ἔθνη τῶν κυνῶν, οὐχ αἱ τοῦ ῥῖνα ἀγαθαὶ μόναι, ἢ αἱ ταχεῖαι αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖαι. D ἐσθὴς γὰρ καὶ ἄλκης ἐπὶ τὸ θηρίον. χάρις δὴ Λοκρίδας, Λακαίνας, Ινδικὰς, Κρητικάς. τὰς μὲν, ἀγρεφόχους, καὶ ὑλακτούσας. τὰς δὲ, σιγώσας, αἰ καὶ μυθέτοισι, καὶ σεσηρόσι κυσὶ τοῦ ἴχνους. καὶ τὴν ἀγέλην ἁρπάσαν θεῖόντες, ἀσυλίαν. νέως γὰρ τις αὐτῆς σκεῖ, καὶ ἄγαλμα λεῖ ⓑ ὑπὸ τοῦ χρόνου, καὶ συῶν κεφαλαὶ, καὶ ἄρκτων. νέμεται δ' αὐτὴν καὶ θηρία ἄνετα,

νεβροὶ, καὶ λύκοι, καὶ λαγωοί. πάντα ἥμερα, καὶ δεδιότα τοὺς ἀνθρώπους, ἔχοντα μὴ πλεῖον θύμου τὸ θήρας. καὶ τὸ θηρίον οὐκ ἀνέχεται λανθάνειν, ἀλλ' εὐπηδᾷ τὸ λόχμης. εἶτα ἐμπίπτει τοῖς ἱππεῦσι, καὶ ταράττει μὲν αὐτοὺς οὐ θορυβολῆς. νικᾶται δ' ὑπὸ τῶν βαλλόντων, καὶ εἰ μὲν συντυχόντων διά τε τὸ φεύγειν πρὸς τὰς πληγὰς, διά τε τὸ μὴ ὑπὸ θαρρούντων βάλλεσθαι. μαλαχθεὶς δὲ πληγῇ ὑπολαίῳ κατὰ τὸ μηρὸς, φεύγει διὰ τῆς ὕλης. ὑποδέχεται δὲ αὐτὸν ἕλος βαθὺ, καὶ λίμνη πρὸς τῷ ἕλει. διώκουσιν οὖν βοῇ χρώμενοι. οἱ μὲν ἄλλοι, μέχρι τοῦ ἕλους. τὸ δὲ μειράκιον, συνεμβάλλει τῷ θηρίῳ ἐς τὴν λίμνην, καὶ τέτταρες ἕποντο κύνες. καὶ τὸ μὲν θηρίον, ἔλαθε προῶσα τὸ ἵππον. ὑπονοῦσα δὲ τὸ ἵππου τὸ μειράκιον, καὶ ἐς τὰ δεξιὰ κλίνασα, ἀφίησι τῇ χαρᾷ πάσῃ, καὶ βάλλει τοῦ σιοῦ κατ' αὐτὸ μάλιστα τὸ σιαφανὸν πλευρῷ πλατεῖ τῇ δέρῃ. τοιοῦτος μὲν οἱ κύνες, καταγοῦσι τὸν σῦν ἐς τὴν γῆν. οἱ δὲ ἑρασταὶ, βοῶσιν ὑπὸ τῆς ὄχθης, οἷς φιλοτιμούμενοι πρὸς ἀλλήλους, ὅς μὴ ὑπερεκράξειαν τοὺς πέλας. καὶ πέπωκέ μὲν ὑπὸ τοῦ ἵππου, μὴ καταχών, ἀλλὰ σὺν θορυβήσας τὸν ἵππον. ὁ δὲ, καὶ στέφανον αὐτῷ πλέκει παρὰ τοῦ λειμῶνος τοῦ σὺν τῷ ἕλει. ἐπὶ σὺν τῇ λίμνῃ τὸ μειράκιον· ἐπὶ δὲ τοῦ χήματος, ᾧ τὸ παλαιὸν ἀφῆκεν. οἱ δὲ, ἐκπεπλήγασι, καὶ θεωροῦσι τὸ αὐτὸ οἷς γραφέν.

A Hinnuli, lupíque, & lepores, cicures omnes, hominésque minimè timentes, poſt preces venationem aggrediuntur. & fera non patitur latebras: ſed è ſylua exilit, ſtatímque in equites incidit, & ipſos quidem repentino impetu perturbat, ſuperatur verò petentibus; letifera quidem haud aſſequentibus, & quòd ſe aduerſus plagas muniret: & à perturbatis *non confidentibus* B peteretur: mollita autem ac languida in femoris ſuperficie contracto vulnere per ſyluam fugit, profunda autem ipſam excipit palus, & ad paludem lacus. Inſequuntur igitur feræ curſum clamore prementes, ceteri quidem vſque ad paludem: adoleſcentulus vero cum fera lacum ingreditur, & hi quatuor canes, & fera quidem equum cupit vulnerare: adoleſcentulus ve- C ro ab equo ad dexteram declinans tota manu iaculatur, aprúmque petit, qua maximè humeris collum adnectitur. Inde canes quidé ſuem ad tetram deducunt: amatores vero de ripa certatim clamitantes, alius alium clamore ſuperare contendit. Quidam etiam ex equo cecidit, cùm perturbatum cohibere nequaquã poſſet. Eſt & qui ex prato in palude exiſtente ipſi coronam texit. Adhuc in lacu adoleſcentulus, D adhuc eo habitu, quo in feram iaculum miſit. Hi vero obſtupuerunt, & idem vt pictum eſt ſpectant.

ΠΕΡΣΕΥΣ.

Αλλ' οὐκ ἐρυθρά γε αὕτη ἡ θάλασσα, οὐδὲ Ινδοῖ ταῦτα. Αἰθίοπες γὰρ, καὶ ἀνὴρ Ελλην ἐν Αἰθιοπίᾳ· καὶ ἆθλος τοῦ ἀνδρός,

PERSEVS.

Certè hoc non eſt mare rubrum: nec Indi hæc, ſed Æthiopes, & Græcus vir in Æthiopia, & viri certamé, quod

quod amoris cauſa ſponte ſubiit: A puto te, ô puer, de Perſeo audiuiſſe, quem Atlanticum in Æthiopia Cetum occidiſſe ferunt, pedeſtri in greges atque homines itinere impetum facientem. Hæc igitur pictore laudante, Andromedámq; quòd Ceto expoſita fuerit, miſerante, certamini finis impoſitus eſt. & Cetus pro littore eiectus eſt, ſanguinis fontibus ſcaturiens, à quibus mare effici rubrum. Andromedam autem Cupido vinclis ſoluit. Pictus autem eſt alatus quidem de B more, iuuenis verò præter ſolitum. Anhelans præterea pictus eſt, & vt qui laborauerit. Nam Perſeus priuſquam opus aggrederetur, Cupidini preces fudit vt adeſſet, & aduerſus feram conuolaret. Hic & Græcum exaudiuit, & acceſſit. At puella ſuauis quidem, quòd in Æthiopia candida, ob formam vero ipſam ſuauior. Vinceret vtique mollitie Lydam, grauitate Atticam, fortitudine Lacænam. Eſt autem pro C tempore exornata: etenim diffidere videtur, & cum ſtupore gaudere. Perſeum præterea aſpicit, riſum quendam iam in ipſum mittens. Hic verò haud procul à puella in dulci atque odorata iacet herba, ſudorem in terram fundens, terribili depoſita Gorgone, ne occurrentes populi in lapidem conuertantur. Multi autem ſunt paſtores, qui vt & accipiat & fruatur, D lac ac vinum offerunt. Suaues ac iucundi in externo ac peregrino colore Æthiopes, & horrendum ridentes, gaudiúmque præſeferentes, & plurimi ſibi inuicem ſimiles. At Perſeus hæc quidem admittit, ſiniſtro verò cubito ſe ipſum firmans pectus extendit: præque anhelatione ſpiritu repletus puel-

ὡς ἐκὼν ἐπλη κ᾽ ἔρωτα. οἶμαί σε, ὦ παῖ, μὴ ἀϊήκοον εἶ᾽ τ᾽ Περσέως, ὃν φασὶν Ατλαντικὸν ἀποκτεῖναι κῆτος ἐν Αἰθιοπίᾳ, πεζὸν ἐπὶ τὰς ἀγέλας, καὶ τοὺς ἐν τῇ γῇ ἀνθρώπους. ταῦτ᾽ οὖν ἐπαινῶν ὁ ζωγράφος, καὶ οἰκτείρων τ᾽ Ανδρομέδαν ὅπ κήτει ἐξεδόθη, τετέλεσται ἤδη ὁ ἆθλος. καὶ τὸ μὲν κῆτος, ἐρριπται πρὸ τ᾽ ἠιόνος, ἐμπλημμυροῦν πηγαῖς αἵματος, ὑφ᾽ ὧν ἔρυθρα ἡ θάλασσα. τὸν δ᾽ Ανδρομέδαν, ἀπαλλάξῃ τῶν δεσμῶν ὁ ἔρως. γέγραπται δ᾽ πόνος μὲν, τὸ εἰωθός. νεανίας δ᾽, πρὸ ὁ εἰώθει. καὶ ἀσθμαίνων γέγραπται, καὶ σὺν ἔξω τ᾽ μεμοχθηκέναι. καὶ γὰρ οὐχὶ ἀνεβάλετο τῷ ἔρωτι ὁ Περσεὺς πρὸ τ᾽ ἔργου πρᾶξαι αὐτὸν, καὶ κ᾽ τ᾽ θηρίου συμπέτεσθ. ὁ δὲ, ἀφίκετο, καὶ ἤκουσε τ᾽ Ελλήνος. ἡ κόρη δ᾽, ἡδεῖα μὲν, ὅπ λευκὴ σὺν Αἰθιοπίᾳ. ἡδίων δὲ αὐτὸ τὸ εἶδος. πρέλθοι δ᾽ ἂν καὶ Λυδὴν ἀβρὰν, καὶ Αἰθίδα ὑπόσεμνον, καὶ Σπάρτιν ἐρρωμένην. κεκαλλώπισται δ᾽ ὑπὸ τ᾽ καιρ᾽. καὶ γὰρ ἀπιστεῖν ἔοικε, καὶ χαίρειν μετ᾽ ἐκπλήξεως. καὶ τ᾽ Περσέα βλέπει μειδιάμασί τι ἤδη εἰς αὐτ᾽ πέμπουσα. ὁ δ᾽, οὐ πόρρω τ᾽ κόρης ἐν ἡδείᾳ, καὶ λιβανώδει πόᾳ κεῖται, στάζων εἰς πλὴν γῆν ἱδρῶτα, καὶ τὸ δεῖμα τ᾽ γοργοῦς ἔχων ὑποθέν, μὴ ἐντυγχάνοντες αὐτῷ λαοὶ λίθοι γένωνται. πολλοὶ δ᾽ οἱ βουκόλοι. γάλα ὀρέγοντες, καὶ οἶνον ὑπασπάζονται. ἡδεῖς Αἰθίοπες σὺν τῷ τῆς χρώματος ἀτόπῳ, καὶ βλοσυρὸν μειδιῶντες, καὶ ἐπ᾽ ἀλλήλοις χαίρουν. καὶ οἱ πλεῖστοι ὁμοιοι. ὁ Περσεὺς δ᾽, ἀσπάζεται μὲν καὶ τούτους. ὑπερίζων δ᾽ αὐτὸν ὑπὸ τ᾽ ἀριστερᾶς ἀγκῶνος, ἀνέχει τὸν στέρνα, ἔμπνους ὑπὸ τ᾽ ἀθυμίας

ἐμβλέπων τῇ κόρῃ· Ⓒ τὴν χλαμύδα
ἁλῶ ἀνέμῳ σκιδνᾶσι, φοινικῷ οὖσαν,
καὶ βεβλημένῳ αἵμασος ῥανίσιν, ἃς
προσέπνευσεν αὐτῷ τὸ θηρίον ἐν τῷ
ἀγῶνι. ἐῤῥώσθων Πελοπίδαι πρὸς τὸν
τοῦ Περσέως ὦμον· καλῷ γὰρ ὄντι αὐτῷ,
Ⓒ ὑφαίμῳ, προσιὼν θηκέ τις καμάτου, καὶ ὑπῳδήκασιν αἱ φλέβες, ἐπιλαμβάνοντος τούτου αὐτὰς, ὅταν πλεονεκτήσῃ τὸ αἷμα. πολλὰ καὶ παρὰ τῆς κόρης ἀρύνται.

ΓΕΛΟΨ.

Στολὴ ἡ ἁπαλὴ, χρῆμα ἐκ Λυδίας, καὶ μειράκιον ἐν ὑπαίθρῳ προσφόρῳ, Ποσειδῶν τε μειρακίων εἰς τὸ μειράκιον, καὶ ἀγάλλων αὐτὸ ἵπποις, δηλοῖ Πέλοπα τὸν Λυδὸν ἐπὶ θάλατταν ἥκοντα, ὡς βιάσαιτο τὸν Ποσειδῶνι κατὰ τοῦ Οἰνομάου, ὅτι μὴ λάβοιτο γαμβρὸς ὁ Οἰνόμαος. ἀλλὰ κτείνων τῆς Ἱπποδαμείας ἐρῶντας, Φρονεῖ τὰ μητρῴων ἀφροδισίοις. καὶ βιαζομένῳ μὲν τῷ Πέλοπι, ἥκει χρυσοῦν ἅρμα ἐκ θαλάττης. ἐπειρῶνται δὲ οἱ ἵπποι, καὶ οἷοι διαδραμεῖν τὸ Αἰγαῖον αὐχμηρῷ τῷ ἄξονι, καὶ ἐλαφρᾷ τῇ ὁπλῇ. ὁ μὲν οὖν ἆθλος, βιαζομένῳ τῷ Πέλοπι. τὸ δὲ ζωγράφου ἆθλον, ἡμεῖς ἐξετάζωμεν. ἐγὼ δὲ σμικρὸν οἶμαι ἀγῶνος, ἵππους μὲν ξανθοὺς καὶ τετάρας, καὶ μὴ ξυνεχεῖς τοὺς κέλητας τὸν κατ' αὐτῶν, ἐμβαλεῖν δὲ αὐτοῖς μὴ γαλήνιον φρόνημα, ἵνα τε μὴ σὺν αὐτῷ, τῷ μὴ θέλειν ἐσαύραν. τὸν δὲ, σὺν τῷ κρατεῖν βούλεσθαι, τὸν δὲ σὺν τῷ πείθεσθαι. ὁ δὲ, γαννύται τῇ ὥρᾳ τοῦ Πέλοπος. καὶ βύρσαν αὐτῷ αἱ ῥῖνες, ὅσα χρεμετίζουσι. ἐπὶ κἀκεῖνο Ⓒφίας. ὁ Ποσειδῶν τὸν μειρακίου ἐρᾷ, καὶ ἀναφέρει αὐτὸ ἐς Ⓐλέβητα, Ⓒ τὴν Κλωθώ.

A lam aſpicit, purpuream dans vento chlamydem, ſanguiníſque guttis inſperſam, quas fera in certamine in ipſum profuderat. Valeant Pelopidæ præ Perſei humero: pulchro namque exiſtenti, ac ſanguinolento, laboris aliquid infuſum eſt: & tumefactæ ſunt venæ, hoc ipſas tumore operiente, cùm anhelitus abundauerit. Multa quoque à puella adipiſcitur.

B

PELOPS.

Stola mollis, habitus ex Lydia, & adoleſcentulus in prima lanugine, Neptunúſque adoleſcentulo arridens, equíſque ipſum oblectans, Lydum indicant Pelopem propterea ad mare proficiſcentem, vt aduerſus Oenomaum Neptuno ſupplicet, quia Oenomaus ipſum in generum minimè admittit, ſed Hippodamiæ amore captos interficiens, porcorum exuuiis exultat, & ad ſupplicantem Pelopem aureus è mari accedit currus. Terreſtres ſunt equi, & qui axe ſicco, leuíque vngula Ægæum percurrant. Certamen igitur bene Pelopi ſuccedet: ſed nos pictoris certamen exploremus. neque enim modici eſt (vt puto) laborís quatuor iungere equos, nec ſingula ipſorum crura confundere, ſed factum ipſis cum lenitate imponere, conſtitueréque hunc quidem in eo, vt minimè velle conſiſtere videatur: hunc verò, vt cupiat exultare: iſtum, vt obſequatur. Hic Pelopis pulchritudine lætatur: & æquè ipſi latæ ſunt nares, atque hinnienti. Illud quoque ad ſapientiam pertinet. Neptunus adoleſcentulum amat: lebetémque ac Clotho in eius memoriam reducit.

C

D

Pelópſque humero videtur coruſcare: & à nuptiis quidem haud quaquam dehortatur: quandoquidem appetiuit: alioqui verò manum attingere contentus, Pelopis dexteram tenet, quæ ad curſum ſpectant ipſi obiiciens. Ipſe verò ſuperbum, atque opulentum ſpirat, & ſupercilium cum equis: ſed dulce atque elatum intuetur quòd cùm tiara incedat. ex qua vt aureæ ſtillæ coma defluens fronti adæquatur, & cum lanugine floret. & huc atque illuc recidens in compoſito manet. Nates, & pectore, & quæcunque de nudo Pelope dici poſſent, tegit pictura. Lydi namque & ſuperiores barbari intra huiuſmodi veſtes pulchritudinem includentes, talibus illuſtrantur pannis, cùm à natura illuſtrari liceat. & reliqua quidem obſcura, atque intus: eam verò veſtis partem, vbi ſiniſter humerus, ars neglexit, ne ipſius ſplendor tegeretur. Nox enim occupat, & humero adoleſcentulus hud ſecus ac nox heſpero illuſtratur.

A ὅ, τε Πέλοψ ἀςραπτειν δοκεῖ τῷ ὤμῳ. καὶ τὰ μὲν, γαμεῖν ἀπάγει αὐτὸν, ἐπῄρμησεν. ἀγαπῶν δ' ἄλλως ἐφάψασθαι τοῦ χεῖρος, ἐμπέφυκε τῇ δεξιᾷ τοῦ Πέλοπος, ὑποπτέρυγος αὐτῷ τὰ εἰς τὸ δρόμον. ὁ δὲ, ὑπέρφρων ἤδη, καὶ ἀφυσὸν πνεῖ· καὶ ἡ ὀφρὺς μετὰ τῶν ἵππων. βλέπει δὲ ἡδὺ, καὶ μετέωρον, ὑπὸ τὴν παρὰ ἐπισοβεῖν. ἧς οἷα χρυσαῖ λιβάδες ἡ κόμη τε μειρακίῳ ἀποσάζουσα, μετώπῳ ὁμολογεῖ, καὶ ἰσάλως συναναθεῖ. καὶ μεταπίπτουσα τῇδε, κἀκεῖσε, ἐν τῷ καιρίῳ μενεῖ. γλουτὸν, καὶ στέρνα, καὶ ὅσα τῶν γυμνῶν τοῦ Πέλοπος ἐλείχη αὖ, καλύπτει ἡ γραφή. Λυδοὶ γὰρ, καὶ οἱ ἄνω βάρβαροι, καθειρξάντες ἐς τοιάσδε ἐσθῆτας τὸ κάλλος, λαμπρυνόντων τοιοῖσδε ὑφάσμασιν, ἐνὸν λαμπρύνεσθαι τῇ φύσει. καὶ τὰ μὲν ἄλλα, ἀφανῆ, καὶ εἴσω. τὸ δὲ τῆς B C ἐσθῆτος, ἔνθα ὁ ὦμος ὁ ἀριστερὸς, τέχνη ἠμέληται, ὡς μὴ κρύπτοιτο αὐτοῦ ἡ αὐγή. νύξ τε γὰρ ἐπέχει, καὶ λαμπρύνεται τῷ ὤμῳ τὸ μειρακιῶδες, ὅσον ἡ νὺξ τῷ ἑσπερῳ.

XENIA.

Pulchrum autem eſt & ficus legere, & ne has quidem ſilentio præterire, ficus inquam nigras ſucco ſtillantes. Aceruatæ quidem ſunt in vitis foliis: pictæ verò cum corticis ramis. & pars quidem hiant, melle ſcaturientes: pars vero à tempore perinde atque ſciſſæ ſunt. Iuxta ipſas autem ramus proiectus eſt: per Iouem non ocioſus, fructúve inanis, ſed ficus inumbrat: partim quidem crudas, & adhuc groſſos: partim vero rugoſas, atque exoletas. Hæ autem modicè apertæ ſunt, ſucci florem oſtendentes; quæ vero in ſummo ſunt ramo: paſſer per-

ΞΕΝΙΑ.

Καλὸν δὲ καὶ συκάσαι, καὶ μηδὲ ταῦτα παρῆσθαι ἀφώνους, σύκα μέλανα ὀπῷ λιβάδα, στεφόμενα μὲν ἐπὶ φύλλων ἀμπέλου. γέγραπται δὲ μετὰ D τοῦ φλοιοῦ ῥαγμάτων. καὶ τὰ μὲν, ὑποκέχηνε, παραπύονται τοῦ μέλιτος. τὰ δὲ ὑπὸ τῆς ὥρας, οἷς ἔφυσαν. πλησίον δὲ αὐτῶν, ὄζος ἔρριπται. μὰ Δί' οὐκ ἀργὸς, οὐ κενὸς τοῦ καρποῦ. σκιάζει δὲ σῦκα τὰ μὲν, ὠμὰ, καὶ ὀλύνθοις ἔπ. τὰ δὲ, ῥυσὰ, καὶ ἐξωρα· τὰ δὲ, ὑποσέρηνα, παραφαίνονται τοῦ χυμοῦ τὸ αὔνθος. τὸ δὲ ἐπ' ἄκρῳ τοῦ ὄζου σφριγῶντος διο-

εφύτευκεν· ἃ δὴ καὶ ἥδιστα σύκων δοκεῖ. καρύοις δ' ἅπαν ἔστρωται τὸ δάφος. ὧν τὰ μὲν, ἀπατέτμηται τῷ ἐλύτρῳ· τὰ δὲ, ἔγκειται μεμυκότα. τὰ δὲ, παρεμφαίνει πλὴν διαφυλῶ. ἀλλὰ καὶ ὄγχναις ἐπ' ὄγχναις ὄρος, καὶ μῆλα ἐπὶ μήλοις, σωροὺς τ' ἀυτῶν, καὶ δεκάδας, βεβοσμημένα πάντα, καὶ ὑπόχρυσα. τὸ δὲ, ἐν αὐτοῖς ἐρυθρὸν, οὐδὲ ἐπιβεβλῆσθαι φήσεις, ἀλλὰ σύνδυο ὑπενηνεγμένα. Κηρίου δὲ ταῦτα δῶρα. ὀπώρα τις αὕτη βοτρυδὸν ἐν ταλάρῳ. ὁ τάλαρος δὲ, οὐκ ἀλλοτρίων πέπλεκται λύγων, ἀλλ' αὐτῷ τῷ φυτῷ. πρὸς δὲ τοῦ σύνδεσμον τῶν κλημάτων, εἰ βλέπεις, καὶ τὰς σκιρτημένας αὐτῶν περιφυλὰς, ἢ ὡς κατὰ μίαν αἱ ῥάγες, ἅσῃ τὸν Διόνυσον οἶδα, καὶ ὦ πότνια βοτρυόδωρε, πρὸς τ' ἀμπέλου ἐρεῖς. φαίης δ' ἂν ἢ τοῦτο βόστρυς τῇ χαφῇ ἐδωδίμους εἶναι, καὶ ὑποίνους. κἀκεῖνο ἥδιστον, ἐπὶ φύλλων κράδης μέλι χλωρὸν σὺν δεδυκὸς ἤδη τῷ κηρῷ· καὶ ἀναπλημμυρεῖν ὡραῖον, εἴ τις ἀποθλίβοι. καὶ τρυφαλὶς ἐφ' ἑτέρῳ φύλλῳ νεοπαγὴς, καὶ σαλεύουσα· καὶ ψυκτῆρες γάλακτος οὐ λευκῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ στίλπνοι. καὶ γὰρ στίλβειν ἔοικεν ὑπὸ τῆς ἐπιπολαζούσης αὐτῷ πιμελῆς.

fodit, quæ vtique ficuum ſuauiſſimæ videntur. Nucibus autem totum inſtratum eſt pauimentũ, quarum aliæ quidem putamine excluſæ ſunt: aliæ verò inſunt hiantes, nonnullæ ſciſſuram indicant. Ar & pyra in pyris, ſpecta, & poma ſuper pomis, ipſorúmque aceruos ac decadas; odorata omnia, atque inaurata. Qui autem ipſis ineſt rubor, non impoſitum, ſed intus editum dices. Ceraſi autem hæc munera: fructus quidam hic racematim in Calatho. Calathus autem non alienis, ſed ipſius plantæ contextus eſt viminibus. Ad palmitum autem contextus, ac coniunctiones, ſi bis ex ipſis ſuſpenſas cernis vuas; & vt ſinguli extant acini, hymnis celebrabis Dionyſum, vt noui, &, ô veneranda racemifera, de vite inquies. Diceres vtique racemos pictura ipſa eſui eſſe, ac vinolentos. Illud quoque ſuauiſſimum, in Cradæ foliis recens mel, iam tempori cedens, & ad redundandum atque effluendum oportunum, ſi quis exprimeret. & caſeus in altero folio nuper coactus, & palpitans, & lactis crateres non modò niuei, verùm etiam ſplendidi: præ pinguedine namque ſupernatante ſplendeſcere videtur.

ΦΛ. ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ
ΕΙΚΟΝΕΣ.
ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

FLAVII PHILOSTRATI
IMAGINES.
LIBER SECVNDVS.

VENVS. Α ΑΦΡΟΔΙΤΗ.

VENEREM eburneam in mollibus Myrtetis molles canunt puellæ. Sapiens ipſas nec exoleta ducit magiſtra. Nam primis rugis quædam ineſt pulchritudo : ſenectam quidem venerabilem adferens , huic verò quòd reliquum eſt vigoris immiſcens. & Veneris quidem figura verecundiæ nuda, ac formoſa. B Materia verò compoſitio eſt compacti eboris. At Dea minimè vult videri picta , itáque extat , vt capi poſſe videatur. Víſne aliquid de ara dicamus : ſatis enim thuris caſiæque ac myrrhæ habet. Videtur autem mihi & Sapphus aliquid reſpirare. Laudanda eſt igitur picturæ ſapientia. Primùm quidem dilectos circumponens lapides, non à coloribus eos , ſed à lumine imi- C tata eſt , ipſis perinde atque oculo certum ſplendorem addens , deinde quòd vt hymnum audiamus præbet. Canunt enim puellæ, canunt,

Ἀφροδίτην ἐλεφαντίνην ἁπαλοῖς μυρρίνωσιν ἁβρύνουσιν ἁπαλαὶ κόραι. διδάσκαλος αὐτὰς οὐκ ἔμπροσθεν σοφὴ, & οὐδὲ ἔξωρος. ἐφιλάνθη γάρ τις ὥρα, καὶ ῥυπὶδι τοῦ φθόνου, γήρως μὲν τὸ ὑπόσεμνον ἕλκουσα, τούτῳ δ' αὖ κερασαννῦσα τὸ σωζόμενον τῆς ἀκμῆς. καὶ τὸ μὲν χρῆμα τῆς Ἀφροδίτης, αἰδοῦς γυμνὴ & εὐχρήμων. ἡ δὲ ὕλη, σεσωφρονισμένου ἐλέφαντος. ἀλλ' οὐ βούλεται γεγράφθαι δοκεῖν ἡ θεός. σημεῖα δὲ οἷα λαβέσθαι. βούλει λόγου τι ἐπιλάβωμαι τῷ βωμῷ; λιβανωτοῦ μὲν ἱκανῶς ἔχει, καὶ κασίας, καὶ σμύρνης. δοκεῖ δέ μοι καὶ Σαπφοῦς τι πνεῖν. ἐπαινετέα τοίνυν ἡ σοφία τοῦ γραφέως. πρῶτον μὲν, τοὺς ἀγαπωμένους λίθους περιβαλοῦσα, καὶ οὐ τῶν χρωμάτων αὐτοὺς ἐμιμήσατο, ἀλλὰ τοῦ φωτός. οἷς ὀφθαλμῷ κέντρον τινὰ διαυγάζων αὐτοῖς σημῆσα. εἶτα καὶ ἐπὶ τοῦ ὕμνου παρέχει ἀκούειν. ᾄδουσι μὲν αἱ παῖδες, ᾄδουσι

χε.ἐπᾳδ. Ἡ διδάσκαλος ὑποβλέπει τὴν ἀπᾴδουσαν, κροτοῦσα τὰς χεῖρας, καὶ εἰς τὸ μέλος ἱκανῶς ἐμβιβάζουσα. τὸ μὲν γὰρ στολῆς ἀπέκειτο, καὶ μὴ διὰ ὄχλου αὐταῖς εἰ ἀθύροιεν, ἢ τὸ κὐ χρῶ τὴν ζώνης, ἢ τὸ εἰς βραχίονα τὸν χιτῶνος, ἢ ὡς αὐυποδησίᾳ χαίρουσιν, ἐφεζῶσαι ἁπαλῇ πόᾳ καὶ δυαφυχλοῦ ἕλκουσαι ἀπὸ τῆς δρόσου, λήμων τε ὁ περὶ τὰς ἑαθῆτας, καὶ τὰ κὐ αὐταῖς χρώματα, καὶ ὡς ἄλλο ἄλλῳ ἁρμόττει, δαιμονίως ἐκμεμίμηται. τὰ γὰρ συμβαίνοντα οἱ μὴ χράφοντες, καὶ ἀληθεύουσιν κὐ ταῖς γραφαῖς. τὰ δὲ εἴδη τῶν παρθένων, εἰ τῷ Φρυδί, ἢ ἄλλῳ τῷ κριτῇ ἐπιτρέποιμι, ἀπορῆσαι ἄν μοι δοκεῖ ψηφίσασθαι. τοσοῦτον ἀμιλλῶνται, ῥοδοπήχεις, καὶ ἐλικώπιδες, καὶ καλλιφρῆνοι, καὶ μελίφωνοι. Σαπφοῦς τὸ ἡδὺ περόφθεγμα. παραφάλλει δὲ αὐταῖς ἔρως, ἀνακλίνας τὸ ξύστὸν πῆχυν. καὶ ἡ λύρα πανάρμονιον ᾄδει, καὶ φησὶ πάντα ἔχειν, ὅσα ἡ λύρα· ταχεῖς τοὶ ὀφθαλμοὶ τοῦ θεοῦ, ῥυθμόν τινα οἶμαι διανοοῦντες. πτερὰ ἅδουσι. γέγραπται γάρ που καὶ ᾠδῆς. τὸν Ἀφροδίτην ἐκφῦναι τῆς θαλάττης λέγουσιν, ἐπιῤῥοὴ τοῦ ὕδατος. καὶ ὅπου μὲν τῶν νήσων προσέσχεν, οὔπω λέγουσιν. ἐροῦσι δὲ οἶμαι Πάφον. τὸν γοῦν ἱκανῶς ᾄδουσιν. ἀναβλέψασαι μὲν γὰρ, ἐμφαίνουσιν, ὅτι ἀπ' οὐρανοῦ. τὰς δὲ χεῖρας ὑπτίας ὑποκινοῦσαι, δηλοῦσιν ὅτι ἐκ θαλάττης. τὸ μειδίαμα δὲ αὐτῶν, γαλήνης ἐστὶν αἴνιγμα.

A & magistra discordantem respicit, manus pulsans, & ad concinnitatem affatim reducens. Stolæ enim modus, & qui minimè eis impedimento esset, si luderent, vel ad cutem zona, vel ad brachium tunica: aut quòd pedum nudatione lætentur in molli stantes herba: frigúsque è rore captantes, pratúmque quod vestes circuit, & qui in eis sunt colores, & quod alius alium interdicet mirum in modum B expressa sunt. Nam qui ea minimè pingunt, quæ contingere solent, in picturis mentiuntur. Virginum autem formas si Paridi, aut alij cuipiam iudici committeremus, mihi vtique in proferenda sententia dubitaturus videtur, vsque adeo inter se pulchritudine certant. Rosea vlnas, nigræ oculos, pulchræ malas, & dulciloquæ Sapphus vtique hoc dulce alloquium. Adcinit autem ipsis Cupido, arcus C brachium reclinans, cuius neruus omnes refert harmonias, & quæ lyræ insunt, habere fatetur. celeréſque sunt Dei oculi, rhythmum quempiam (puto) excogitantes. Quid igitur canit? Pictum est enim & Odes aliquid. Venerem è mari genitam cœli influxu ferunt, & quò quidem insularum appulsa sit, nondum dicunt: dicent autem (vt puto) Paphum. Natiuitatem autem satis canunt; susp icientes quidem è cœlo genitam indicant: manus vero supinas submouentes, quod è pelago orta sit, ostendunt. Ipsarum autem risus placidi est maris indicium. D

ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΤΡΟΦΑΙ.

Νεβροὶ, καὶ λαγώς, ταῦτα θηράματα τοῦ νῦν Ἀχιλλέως. ὁ δέ γε ἐν Ἰλίῳ,

ACHILLIS ALIMENTA.

Hinnuli, & lepus hæ præsentis Achillis sũt prædæ. Qui vero in Troia,

ciuitates, equos, & virorum capiet ordines: & flumina cum ipso pugnabunt, ea fluere minimè permittente: & illorum quidem operum præmium Briseida: & illas ex Lesbo septem, aurúmque, & tripodas, & obsequentes Græcos præmium accipiet. Quæ verò apud Chironem fiunt, pomis videntur, ac fauis digna: & amas, ô Achilles, parua munera, ciuitates, Agamemnoníque affinitatem tunc aspernaturus. Qui igitur in aggere, quíque solo clamore Troianos in fugam vertit, & qui conuersim interficit, Scamandri aquam rubram reddens, equíque immortales, & Hectoris tractus, & qui in Patrocli pectoribus fremit ab Homero scriptus est. Ipsum præterea canentem, ac suplicantem, & sub vno cum Priamo existentem tecto scribit. Hunc autem nondum virtutis capacem: sed adhuc puerum, lacte ac medulla alens Chiron pingendum tradidit, mollem, atque elatum, & iam leuem: recta enim est puero tibia; ad genu verò manus, probæ enim hæ sunt, cursus duces, comáque suauis, neque immobilis: videtur enim alludens Zephyrus ipsam transponere, ac perturbare, vt huc atque illuc recidente alias alius sit puer. Superciliúmque, & iracunda elatio ineſt quidem iam puero: sed benigno eam aspectu, hilaráque placat gena, mollis quid risus promittente. Chlamys autem, qua indutus est, à matre (vt puto) pulchra enim ac purpurea, à ceruleo colore diuersa. Adulatione autem quadam eum, vt leonem, excitat Chiron ad lepores, atque hinnulos capiendos.

πόλις αἱρήσει, & ἵππους, & ἀνδρῶν σίχας. & ποταμοὶ αὐτῷ μαχοῦνται, μὴ ἐῶντι αὐτοῦ ῥέειν· κἀκείνων μὲν τῶν ἔργων, μισθὸν δ' ἀποίσεται Βρισηίδα, καὶ τὰς ἐκ Λέσβου ἑπτὰ, καὶ χρυσὸν, καὶ τρίποδας, καὶ τοῦ Ἀχαιοὺς ἐπ' αὐτῷ εἶναι. τὰ δὲ ὧδε πρὸς τὸν Χείρωνα ταῦτα, μῆλων δοκαὶ, καὶ κηρίον ἄξια. καὶ ἀγαπᾷς, ὦ Ἀχιλλεῦ, μικρὰ δῶρα, πόλις ἀπαξιώσων τότε, καὶ τὸ κῆδος τὸ Ἀγαμέμνονος; ὁ μὲν οὖν, ἐπὶ τῇ τάφρῳ, & ὁ κλίνας τοὺς Τρῶας ἐκ μόνος τοὺς βοῶσαν, & ὁ κτείνων ἐπιστροφάδην, & ἐρυθραίνων τὸ τοῦ Σκαμάνδρου ὕδωρ, ἵππους τε ἀθανάτους, καὶ ἕλξας Ἕκτορος, & ὁ βρυχώμενος ἐπὶ τοῖς Πατρόκλου στέρνοις, Ὁμήρου γέγραπται. γράφει δὲ αὐτὸν καὶ ἀδύντα, καὶ δυσχόμενον, & ὁμωρόφιον τῷ Πριάμῳ. τοιοῦτον ὄν, οὔπω ξωσικῶντα ἀρετῆς, ἀλλὰ παῖδα ἔτι, γαλακτοτρόφου & μυελῷ, καὶ μήλοις, δέδωκεν ὁ Χείρων γράφειν, ἁπαλὸν, & ἀγέρωχον, & ἤδη κοῦφον. εὔθειαι μὲν γὰρ αἱ κνήμαι τῷ παιδὶ, ἐς γόνυ δ' αἱ χεῖρες. ἀγαθαὶ γὰρ δὴ αὗται πομποὶ τοῦ δρόμου. κόμη τε ἁδεῖα, καὶ ὠδὲ ἀκίνητος. ἔοικε γὰρ προσαθύρειν ὁ ζέφυρος, μεταπίπτειν αὐτήν. ὡς μεταπιπτούσης τῇδε, κἀκεῖσε, ἄλλοτ' ἄλλος ὁ παῖς εἴη. ἐπισκυνίον τε, καὶ θυμοειδὲς φρύαγμα, ἔστι μὲν ἤδη τῷ παιδί. τοσοῦτό γε αὐτὸ ἀκάκως βλέμμα, & ὀφρῦς μάλα ἵλεως, καὶ τοιοῦτον ὑπερβάλλουσι τὸ ἁπαλὸν γέλωτος. ἡ χλαμὺς δέ, ἣν ἀμπέχεται, ὑφὰ τῆς μητρὸς οἶμαι. καλὴ γὰρ, καὶ ἁλιπόρφυρος, καὶ πυραυγὴς, ἀλλάττουσα τὴν κυανῆν εἰκόνα. κολακεύει δὲ αὐτὸν ὁ Χείρων, οἷς λέοντα, πῶκας ἁρπάζειν, καὶ νεβροῖς συμπέτεσθαι.

νεβρὸν γοῦν ἁρπ ἡρπακὼς, ἥκει πρὸς τ Χείρωνα, καὶ ἀπαιτεῖ τὰ ἆθλα. ὁ δ', χαίρῳ ἀπαιτούμενος. καὶ σὺν τοῖς ποσὶν ἐνοκλάσας, ἐς ἴσον καθίσαται τῷ παιδὶ, μῆλα ἀπὸ τ κόλπου ὀρέγων αὐτῷ, καλὰ, & δρώδη. καὶ γὰρ καὶ τὰ αὐτῶν ἔοικεν ἐπιγεγράφθαι. καὶ κηρίον ὀρέγει τῇ χειρὶ, σταγόνα λεῖβον δι' εὐνομίαν τ μιγιστῶν. ὅταν γὰρ πόας ἀγαθὰς ἐντυχοῦσαι κυΐσκωσι, πλήθει τὰ κηρία γίνεται, καὶ ἀποβλύζουσι τὸ μέλι οἱ οἶκοι αὐτῶν. ὁ δὲ Χείρων, γέγραπται μὲν ὅσα Κένταυρος. ἀλλὰ ἵππον αὖ θεοῦ συμβαλεῖν, θαῦμα οὐδέν. συναλεῖψαι μέν, καὶ ἑνῶσαι, καὶ διαδοῦναι ἀμφω λήγειν, καὶ ἄρχεσθαι, & διαφθίγειν σὺν ὀφθαλμοῖς, εἰ τὸ τέρμα τοῦ ἀνθρώπου ἐλέγχοιεν, ἀγαθοῦ οἶμαι ζωγράφου. καὶ τὸ ἥμερον δὲ φαίνεται τὸ τ Χείρωνος ἦθος, ἐργάζεται μὲν καὶ ἡ δικαιοσύνη, & τὸ ὑπ' αὐτῆς πέπυσται. θεράπτει δὲ καὶ ἡ πικτὶς, ὑφ' ἧς μεμούσωται. νυνὶ δὲ καὶ ὑποκορισμοῦ τινὸς αὐτῷ ἔοικεν, εἰδώς που ὁ Χείρων ὅτι τοῖς παισὶ τοῦτο μειλίσσεται, καὶ τρέφει μᾶλλον, ἢ τὸ γάλα. ταυτὶ μὲν θεῖ τὰς θύρας τ ἄντρου. ὁ δὲ ἐν τῷ πεδίῳ παῖς, ὁ ἱππάσιον ἀπὸ τ Κενταύρου ἀθύρων· οἱ* αὐτοὶ ἐπιδιδάσκει ὁ Χείρων τὸν Ἀχιλλέα ἱππάζεσθαι, & κεχηνὼς αὐτῷ, ὅσα ἵππῳ. καὶ συμμετρεῖται μὲν τ δρόμον ἐς τὸ ἀνεκτὸν τῷ παιδί. καταχάζονται δ' αὐτῷ ἐπὶ τοῦ τ ἡδέως, θεσμῷδίᾳ μεταφερόμενος. καὶ μονονοὺ λέγει, ἰδού σοι κροαίνω ἁπλῆκτος· ἰδοὺ & ἀπελθοῦμαί σοι. ὁ ἵππος ὀξὺς ἅμα καὶ ἀφαιρεῖν γέλωτα. λαγαρῶς γάρ μοι ἱππασθεὶς, θεῖε παῖ, καὶ τοιῷδε ἵππῳ πρέπων, ὀχήσῃ ποτὲ

A Hinnulo igitur nuper capto ad Chironem venit, præmiáque exigit. Ipse verò rogatus gaudet: anterioréſque flectens pedes æqualem ſe facit puero, pulchra atque odorata ei ex ſinu porrigens poma. Etenim hoc quoque ipſorum videtur pictum. & fauum ob fertile apum pabulum guttas effundentem manu porrigit. Cùm enim bonas aſſecutæ herbas impleantur, ingentes redduntur faui, melléque ſcaturiunt ipſorum cellæ. Chiron autem pictus quidem eſt vt Centaurus: ceterùm equum homini committere nihil mirum: coniungere tamen, atque vnire, & vtriſque finem atque initium ita diſtribuere: vt, ſi quis hominis terminum quærat, id oculos effigiat, periti (vt puto) eſt pictoris. & quod manſueti videantur Chironis mores, præſtat id quidem & iuſtitia, & quòd ab ea prudentiam conſequatur: efficit verò & cithara, à qua muſica repletus eſt harmonia. Nunc autem & blandimenti aliquid ipſi ineſt, cùm hoc pueros placare, & magis quàm lac nutrire, Chiron minimè ignoret. Hæc quidem circa antri fores. Qui verò in campo eſt puer, equitantis more in Centauro ludens: ijdem rurſus: docet Chiron Achillem equitare, ipſoque vt equo vti, & ad pueri quidem ætatem, ac vires curſum metitur: ei verò præ gaudio ridenti conuerſus, ac reſpiciens arridet, & tantùm non dicit: ecce tibi exulto impercuſſus, tuáque cauſa meipſum exhortor. Equus vtique acer, vt riſum auferat: diligenter autem à me, diuine puer, equitandi artem edoctus, huiuſmodíque decens equum, veheris

quandoque à Xantho & Balio : & multas quidem capies ciuitates : multos verò interficies viros, currens vt fugientes assequaris. Hæc Chiron puero vaticinatur, pulchra quidē ac boni ominis, & non qualia apud Homerum Xanthus.

A καὶ ὑπὸ Ξάνθου, καὶ Βαλίου. ἢ πολλὰς μὲν πόλεις αἱρήσεις, πολλοὺς δ' ἀνδρας ἀποκτενεῖς, θεῶν ὅσα σωσιφθόγγους.* ταῦτα ὁ Χείρων μαντεύεται τῷ παιδὶ, καλὰ, καὶ εὔφημα, καὶ οὐχοῖα ὁ Ξάνθος. *ἰσ. διώκειν.

CENTAVRIDES: id est, *Centaurorum filiæ.*

ΚΕΝΤΑΥΡΙΔΕΣ.

Tu quidem Centauridum gregem è quercubus, ac saxis genitum arbitrabaris, vel per Iouem ex equabus solùm, quas Ixionis equum inire ferunt, à quo Centauri compacti coïerunt. His verò & matres ex eodem genere erant, mulieres iam, & pulli infantium specie, & domus suauissima: non enim te Pelio tristari reor, & qui in eo est victu, fraxiníque planta, quæ à ventis educata & recta est, & in cuspide minimè frangitur. & pulcherrima antra, & fontes, & quæ apud ipsos sunt Centaurides, si equorum quidem obliuiscęremur, vt Naiades: sin verò cum equis eas considęraremus, vt Amazones. Nam muliebris formæ mollities inualescit equo simul conspecto. Centauri isti infantes, quorum alij in fasciis iacent: alij è fasciis latenter exeunt, alij flere videntur: hi verò bene agunt, mammáque vbertim fluente rident: hi sub matribus infantium more ludunt; hi matres ipsas genibus flexis sese submittentes amplectuntur: sed hic in matrem lapidem iacit, contumelia iam afficiens, & infantium quidem forma nondum euidens, affluente ipsi lacte: qui verò iam saltitant, asperitatis etiam aliquid præseferūt. Ipsis autem iuba iam futura existit,

Σὺ μὲν ὦϐε πεὼ τῶν Κενταυρίδων ἀγέλλω δρυῶν εἰ πεφυκέναι, καὶ πετρῶν. ἢ νὴ Δία ἵππων μόνον, αἷς τὸν τῶ Ἰξίονος ὑπιθόρνυσθαί φασιν· ὑφ' οὗ οἱ Κένταυροι συνωθέντες, ἦλθον ἐς κρᾶσιν. τοῖς δ', ἄρα καὶ μητέρες ὁμοφυλοι ἦσαν, καὶ γυναῖκες ἤδη, καὶ πῶλοι ἐν εἴδει βρεφῶν, καὶ οἶκος ἥδιστος. οὐ γὰρ οἶμαί σε ἄχθεσθαι τῷ Πηλίῳ, ἢ τῇ ἐν αὐτῷ διαίτῃ, καὶ τῷ τῆς μελίας φυτῷ, εὐεμοσθφεῖ ὄντι, καὶ ἀπρεχομένῳ τοῦ ἰδίου ὁμοῦ, καὶ τοῦ μὴ κλᾶσθαι ὑπὸ τῆς αἰχμῆς. ἢ τὰ ἄντρα κάλλιστα, ἢ αἱ πηγαὶ, ἢ αἱ περὶ αὐτοῖς Κενταυρίδες. εἰ μὲν ὑπὸ λαθοίμεθα τῶν ἵππων, οἷς Ναΐδες. εἰ δὲ μετὰ τῶν ἵππων αὐτὰς λογιζοίμεθα, οἷς Ἀμαζόνες. ἢ γὰρ τῆς γυναικείας εἴδους ἀβρότης, ῥώννυται, συνορωμένου αὐτῷ τοῦ ἵππου. Κένταυροι δὲ ταυτὶ τὰ βρέφη, τὰ μὲν, σπαργάνοις ἔγκειται· τὰ δὲ, τῶν σπαργάνων ἐκσπεύδεται· τὰ δὲ, κλάειν ἔοικε. τὰ δὲ, οὐ προσέχει. καὶ ὑροσωποῦτος τοῦ μαζοῦ, μειδιᾷ. τὰ δ', ἀπαλλάττεται τοῦ τοῖς μηδάσι. τὰ δ', περιβάλλει αὐτὰς ὀκλαζόσας. ὁ δ', ἐς πεὼ μητέρα λίθον ἀφίησιν, ὑβρίζων ἤδη. καὶ τὸ μὲν τῶν νηπίων εἶδος, οὔπω σαφὲς, ἐπιπλημμυροῦντος αὐτῷ τοῦ γάλακτος. τὰ δὲ, ἤδη σκιρτῶντα, ἐμφαίνει* τι καὶ τραχύτητος. ἐκ τῶν δ' αὐτοῖς χαίτη μέλλουσα, *κ. ἐκφ.

ὁπλαὶ ἁπαλαὶ ἔτι. ὡς καλαὶ αἱ Κενταυρίδες, καὶ σὺν τοῖς ἵπποις. αἱ μὲν γὰρ λευκαῖς ἵπποις ἐμπεφύκασιν. αἱ δὲ, ξανθαῖς συνάπτουσαι. τὰς δὲ, ποικίλλει μὲν, ἀπολάμπει δὲ οὐ παρ' αὐτῶν, οἷον ἐπὶ τῇ σὺν κόμῃ ἵππων σκιρτᾷ, καὶ μιγαίνης ἵππου, λευκὴ Κενταυρίς· καὶ τὰ σύμπαντα τοῦ χρώματος, ἐς τὸ τοῦ κάλλους συνθήκην ὁμολογεῖ.

A & vngulæ adhuc molles. quàm pulchræ in equis quoque Centaurides: nam hæ quidem candidis agnatæ sunt equabus, hæ verò flauis adnexæ: has verò variat quidem, ab ipsis verò resplendescit quale in equorum cura exoritur. & nigræ equæ niuea Centauris: & inter se maximè contrarij colores ad pulchritudinis compositionem consentiunt.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ.

HIPPOLYTVS.

B

Τὸ μὲν θηρίον, Φαίδρα Θησέως. ἐμπέπωκε δὲ τοῖς Ἱππολύτου ἵπποις, οὐκ εἴδει ταύρου λευκοῦ κατὰ δελφῖνας. ἥκει δὲ οὐ θαλάττης κατὰ τὸ μειρακίου, ἀδεμιᾶς δίκης. μηχανᾶται γὰρ Φαίδρα ξυνθεῖσα λόγον ἐπ' αὐτῷ οὐκ ὄντα, ὡς δὴ ἐρῴτο ὑπὸ Ἱππολύτου, αὐτὴ δὲ Φαίδρα τοῦ μειρακίου ἤρα· ἀπᾴδεται δὲ ὁ Θησεὺς τῷ λόγῳ, καὶ καταρᾶται τοῦ παιδὸς τὰ ὀφθαλμά. οἱ μὲν δὴ ἵπποι, ὀρθὰς ὡς ἀπημάκυναν τὸ ζυγὸν, ἐλευθέραν αἴρουσι τὴν χαίτην, προαίνοντες ὥσπερ οἱ λαμπροὶ, καὶ ἔμφρονες, ἀλλ' ἐξηρμένοι φόβῳ, καὶ πτοίᾳ. ραίνοντες δὲ ἀφρῷ τὸ πεδίον, ὁ μὲν, ἐς τὸ θηρίον ἐπέστραπται φεύγων. ὅδε ἀνεσκίρτησεν ἐς αὐτό. ὁ δὲ, ὑποβλέπει. τῷ δὲ, ἐς τὴν θάλατταν ἡ φορὰ, καθάπερ ἑαυτοῦ καὶ τῆς γῆς σὺν λαθομένῳ. μυκτῆρσι δὲ ὀρθοῖς, ὀξὺ χρεμετίζουσιν, εἰ μὴ φραγὴς τὸ χάσμα. ἕλκει δὲ ἅρμασιν, ὁ μὲν, ἐξηρμοσμένας καὶ μάτην, ὑπὸ τοῦ συγκλιθῆναι τὸ ἅρμα ἐς αὐτὸν τὸ δίνης. ὅδε ἐκλελοιπὼς τὸν ἄξονα, φέρεται καθ' αὐτὸν, σφομβούσης αὐτὸν ἐπὶ τῆς δίνης. διεπόλουν καὶ οἱ τῶν ὀπαδῶν ἵπποι· καὶ τοῦ μὲν, ἀποσείονται· τοῦ δὲ, ἀίσσοντες πη ἤδη φέρουσι. οὐ δὲ

Fera quidem Thesei, ingruit verò Hippolyti equis, specie tauri candidi instar delphinorum. Venit autem in adolescentulum, nullo iure. A Phædra etenim nouerca falsa in ipsum composita oratione, quòd scilicet ab Hippolyto amaretur, cum ipsa eius amore capta esset, Theseus decipitur, & quæ cernuntur, filio imprecatus est. Vides tu quidem vt equi iugum detrectantes iubam tollunt, neque exultant vt illustres, ac prudentes, sed metu ac formidine attoniti. Campum autem spuma inspergentes: hic quidem in feram conuersus est fugiens, hic vero in ipsam resultauit: at iste suspicit: illi in mare impetus, vt pote sui ipsius ac telluris oblito; rectis autem naribus acutum hinniunt, nisi picturam obaudis. Currus autem rotæ, hæc quidem luxata est radios, quod in eam inclinatus sit currus: hæc vero axem relinquens per se fertur, vertigine adhuc eam circumagente. Perterrefacti sunt & comitum equi, & hos quidem excutiunt, hos vero angentes aliquo iam ferunt. Tu autem, adolescen-

C

D

tule modeſtiæ ſtudiosè iniqua quidem à nouerca, paſſus eſt: iniquiora verò à patre paſſus es. Quare conqueſta eſt & pictura poëticum quendam luctum tua cauſa componens. Speculæ enim iſtæ per quas cum Diana venabaris, mulierum ſpecie ſcinduntur genas, prata autem egregia adoleſcentulorum forma, quæ immortalia nominabas, cauſa tua flacceſcunt flores. Nymphæ tuæ nutrices ex hiſce fontibus emerſæ comas ſcindunt, è papillis aquam fundentes. Tibi autem nec fortitudo, nec brachium ſuccurrerunt: ſed membrorum partim dilaniata ſunt, partim contrita. Polluta eſt autem coma, & pectus quidem ſpirat adhuc, vt pote non dimittens animam, oculus verò vulnerata circunſpicit. O pulchritudinem, quam vulnerari non potuit. Nam ne nunc quidem adoleſcentulum deſerit, ſed & vulneribus venuſtatis aliquid concedit.

A μειράκιον, σωφροσύνης ἐρᾷν, ἄδικα μὲν ὑπὸ τ μητρυιᾶς ἔπαθες, ἀδικώτερα δ' ὑπὸ τ πατρός. ὡς τ, ὠδύρατο καὶ ἡ γραφή, θριῶδον ἅνα ποιητικὸν ὑπὲρ σοὶ ξυνθεῖσα. σκοπαὶ γὰρ αὗται, δι' ὧν ἐθήρας ξὺν Ἀρτέμιδι, δρύπτονται τὰς παρειάς, σὺν εἴδει γυναικῶν. λαμπρὰς δ' σὺν ὥρᾳ μειρακίων, οὓς ἀμπερᾶτους ὠνόμαζες, μαραίνουσιν ὑπὲρ σοὶ τὰ ἄνθη. νύμφαι τε αἱ σαὶ τροφοί, πρωΐ τ πηγῶν ἀναχέουσαι, ἀμπερᾶτοισι τὰς κόμας, ἀποβλύζουσαι τὸ μαζῶν ὕδωρ. ἤμυνε δέ σοι οὐδὲ ἡ ἀνδρία οὐδὲν, οὐδὲ ὁ βραχίων. ἀλλά σοι τὰ μὲν, ἐσπάρακται τὸ μηρῶν, τὰ δ', συντέτριπται. πέφυρται δ' ἡ κόμη. B ☾ τὸ μὲν στέρνον, ἔμπνουν ἔτι, καθάπερ μὴ μεθιέμενον τῆς ψυχῆς. τὸ δ' ὄμμα περιαφεῖ τὰ τετρωμένα. φθὰς τ ὥρας, ὡς ἄτρωτος μὴ ἐληλῦθε ἔσα. ἀλλὰ γὰρ νῦν ἀπολείπει τὸ μειράκιον, ἀλλ' ὑπερέπει μὲν ☾ τοῖς τραύμασι. C

RHODOGVNE.

Et ſanguis vnà cum ære, ac purpureis veſtibus, ornamenti aliquid caſtris addit, picturæque venuſtatem, qui alius aliter ceciderunt, equique ſtupore quodam inſanientes, & fluminis aqua præter ſolitum polluta, in quo hæc. Captiui autem, & ipſorum cauſa Tropæum, Rhodogune, ac Perſæ Armenios ſuperant, fœdera tranſgredientes. Cùm Rhodogune ea celeritate victoriam aſſecuta dicatur, vt ne ad dexteram quidem comam reſumendam ſibi moram conceſſerit, qua minimè ſuperbiebat; & ſibi placet victoriæ cauſa: & intelligit fore, vt ob opus illud ipſa apud poſteros celebretur, tam cithara, quàm ti-

ΡΟΔΟΓΟΥΝΗ.

Καὶ τὸ αἷμα πρὸς τῷ χαλκῷ, καὶ τοῖς φοινικίσι, προσβάλλει τι αὐθος τῷ στρατοπέδῳ. καὶ χάριεν τῆς γραφῆς, οἱ ἄλλος ἄλλως πεπτωκότες· ἵπποι τε ἀπηνθῶντες μετ' ἐκπλήξεως, καὶ ποταμὸς ἔρρεφθορὸς ὕδωρ ποταμοῦ, ἐφ' ᾧ ταῦτα. οἱ μὲν αἰχμάλωτοι, καὶ τὸ ἐφ' αὐτοῖς τρόπαιον, Ροδογούνη, ☾ Πέρσαι, νικῶσιν Ἀρμενίους, ἐν ἀσπονδοις ἀπακτήσαντας· ὅτε δὴ λέγεται ἡ Ροδογούνη κρατῆσαι τ μάχης, οὐδὲ ὅσον τὰ δεξιὰ τῆς χαίτης ἀναλαβεῖν, ξυνχωρήσαντα ἑαυτῇ βραδυτῆτι, ἢ καὶ ἐπῆρται· καὶ φρονεῖ ὑπὲρ τῇ νίκῃ, καὶ ξυνίησιν ὡς ἔσοιτο ἀοίδιμος ὑπὲρ τῷ ἔργῳ, καὶ σὺν κιθάρᾳ, ☾ ἐν αὐ- D

λοῖς δ' σὗτα Ελλήνες. προσγέγραπται
ὐ αὐτῇ ἡ Νισαία ἵππος μέλαινα, ὑπὸ
λευκοῖς τοῖς στέρνοις, καὶ τὰ στέρνα λευ-
κά. καὶ τὸ πνεῦμα, ἀπὸ λευκοῦ δὲ μυκ-
τῆρος. δ τὸ μέτωπον, σὺν ἀρτίῳ τῷ κύ-
κλῳ. λίθων μὲν ὄν, καὶ ὅρμων, δ παντὸς
κε. ἄνω ἁπαλοῦ * κόσμου φαιδρὰ ἐχώρησεν ἡ Ρο-
δογούνη τῷ ἵππῳ, ὡς ἀγάλλοιτο, καὶ
ἁβρῶς τὸν χαλινὸν διαπύοι. κοκκοβα-
φεῖ ὐ ἐσθῆτι καταλάμπει πάντα, πλὴν
τ ἑαυτῆς εἴδους. σὺ ἡδείᾳ μὲν τῇ ζώνῃ,
καὶ περὶ ἐσθῆτα μεχρύσῃ ἐς γόνυ, ἡδεῖα
ὐ τῇ ἀναξυρίδι καὶ φαιδρυμένῃ χρα-
φαῖς ἀπὸ κερκίδος. τὸ ὐ ἀπὸ ὤμου ἐς
ἀγκῶνα ⓦ χιτῶνα διαλείπουσαι πόρ-
παι ξυνάπτουσιν, ὑπανιχούσης σὺ ἀλ-
λαξῆς ὠλένης, ἔνθα ὁ δεσμός. ὁ ὐ ὦ-
μος, ἔγκειται· καὶ τὸ χῆμα, οὔπω ἀμα-
ζόνος. καὶ τῆς ἀσπίδος ἄλλας χρὴ τὸ μέ-
τρον, δ ἀπὸ χρῶν τῷ στέρνῳ. καὶ τ ἰσχυὼ
τῆς χραφῆς, σὺ ταῦτα δ ἐξετάσαι· ὑπέρ-
βάλλουσα γὰρ ἡ ἀριστερὰ τὸν πόρπακα,
ἔχεται τῆς αἰχμῆς, ἀφιστᾶσα τὸ στέρνον
πλὴν ἀσπίδα. ὀρθῆς ὐ ἐγκειμένης τῆς
ἵππου, ὁρᾷται μὲν δ τὰ ἔξω τῆς ἀσπί-
δος· ἡ οὐ χρυσᾶ ταῦτα, δ οἷς ζῶα· τὰ ὐ
ἔσω, καὶ σὺν αὐτῇ χειρί, ἀλουργά. προσαν-
θεῖ ὐ αὐτοῖς ὁ πῆχυς. αἰθάνεσθαί δέ μοι
δοκεῖς, ὦ παῖ, τ σὺ αὐτῇ κάλλους, καὶ
βούλεσθαί π καὶ περὶ τούτου ἀκούειν. ἄ-
κουε δή. σπένδεται μὲν ἐπὶ τῇ τῶν Αρμε-
νίων ἥττῃ. καὶ ἡ σύνοια, εὐχομένῃ. εὐ-
χέσθαι ὐ αἱρεῖν σφᾶς ἄνδρας, οἷς νεῶν ἥρη-
κεν· ἔ γάρ μοι δοκεῖ ἐρᾶν τ ἐρᾶσθαι. δ
τὸ μὲν ἀνακεκλιμένον τῶν ζειχῶν, αἰδοῖ
κεκόσμηται, τὸ ἀγέρωχον κολαζούσῃ.
τὸ ὐ ἄνετον, βακχεύει αὐτήν, δ ῥώννυσι. δ ξανθὸν μὲν, δ χρυσοῦ πέρα, τὸ ἀπα-

A biis, vbicunque fuerint Græci. Appicta eſt ei Niſæa equa nigra, cui ad candida crura, niuea ſunt pectora, & ſpiritus, è candidis naribus, & frons, in exacto orbe. Lapillos igitur, ac monilia, omnémque delicioſum mundum equo cõceſſit Rhodogune, vt exultaret, frenúmque deliciosè exereret. Omnia autem præter ipſius formam coccina ſplendent veſte, in ſuaui quidem zona, & ad genu veſtem metiente: ſuaui verò & Anaxuride picturas à radio præbente. Eam autem veſtis partem, quæ ab humero ad cubitum tendit, diſtantes nectunt fibulæ; vlna viciſſim, vbi vinculum, exſtante: humerus verò deprimitur, & habitus nondum Amazonis. Clypei quoque modum mirari oportet, & qui pectori ſatis ſit, picturæque vim hic exquirere. Clypei namque lorum tranſgrediens ſiniſtra, cuſpidem tenet, clypeum à pectore ſeiungens. Clypei autem circunferentia recta exiſtente, ſpectantur quidem & exteriora, vbi non aurea hæc, ac veluti animalia: interiora vero, & vbi manus, purpurea: illuſtrat autem iſta cubitus: mihi intelligere videris, ô puer, quæ ei ineſt, pulchritudinem, velléque ſuper hac aliquid audire. Audi igitur. Libat quidem, quod Armenios in fugam verterit, & cogitatio eſt ſupplicantis: precatur autem viros capere, quos nunc cœpit, neque enim mihi videtur eo eſſe deſiderio, vt ametur, & ea quidem crinium pars, quæ compta ac compoſita eſt, verecundia ſuperbiam coercente exornata eſt. Quæ vero remiſſa eſt ac ſoluta, ipſam excitat, ac validam reddit, & id comæ, quod ſolutum eſt, flauum

ac ſupra

ac ſupra aurum. Quod verò in altera parte poſitum, habet neſcio quid & in ipſam differens quòd compoſitum ſit. Supercilia propterea venuſta quidem, quòd cùm naſo pariter & incipiant & oriantur. Venuſtiora verò quòd circumacta ſint: oportet enim vt ipſa non modò oculis proiecta ſint, ſed & circuniecta. At gena excipit quidem oculorum deſiderium, hilaritate verò lætificat. Riſus enim ſtudium in gena maximè. & oculi miſti quidem ſunt è fuluo in atrum: præſtant verò ab occaſione quidem hilaritatem, à natura vero pulchritudinem: ab imperij dignitate faſtum. Os autem molle, fructúque Venereo refertum, oſculatu quidem ſuauiſſimum, pollicitatu vero difficile. Ceterùm, ô puer, aduerte quæ tibi percepiſſe ſatis eſt. Labra florida, atque æqualia, os modeſtum, tropæóque preces accinens: quod ſi auſcultare voluerimus, Græcè fortaſſe loquetur.

κτοιῶ τῆς κόμης. τὸ ᾗ ὀπὶ θάτερα κείμενον, ἔχει μὲν καὶ ἐς αὖτ᾽ ὄφελλόν, ὑπὸ τῶ τετάχθαι. τ᾽ ᾗ ὀφρύων, χαρίεν μὲν τὸ ἀπὸ τ᾽ ἀρχᾶς, καὶ ὁμόθεν σὺμπεφυκέναι τῆς ῥινός· χαριέστερον ᾗ τὸ περιῆχθαι. δεῖ γὰρ αὐτὰς μὴ περιβεβλῆσθαι τῶ ὀφθαλμῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ περιβεβλῆσθαι αὐτοῖς. ἡ παρειὰ ᾗ, ὑποδέχεται μὲν τ᾽ ἀπὸ τῶ ὀμμάτων ἵμερον, διαφαίνει ᾗ τῶ ἱλαρῶ. τὸ γὰρ φιλομειδὲς, εὖ παρειᾶ μάλιστα. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ, κέκραται μὲν ἀπὸ τ᾽ χαροποῦ ἐς τὸ μέλαν· παρέχονται ᾗ τὸ μὲν ἱλαρὸν, ἀπὸ τ᾽ καιρῶ, τὸ δὲ, ὠφελίον, ἀπὸ τ᾽ φύσεως, τὸ ᾗ γαῦρον, ἀπὸ τ᾽ ἀρχᾶν. τὸ στόμα ᾗ ἁπαλὸν, καὶ ἀνάμεσον ὀπώρας ἐφολκῆς. φιλῆσαι μὲν, ἥδιστον· ἀπαγγεῖλαι ᾗ, ῥᾴδιον. ἃ ᾗ ἀπέχει σοι μανθάνειν, ὅρα παιδίον. χείλη αὐθηρὰ, καὶ ἴσα. στόμα σύμμετρον, καὶ παφθεπόμενον τῶ ὑγιεῖ τῶ ζηπαίῳ. κἂν παρακούσαι βελτιόνων, τάχα Ελλωιεῖ.

ARRHICHIO ATHLETA.

Ad ipſa veniſti Olympia, & ad eorum, quæ in Olympia ſunt, pulcherrimum: hoc enim virorum Pancratium; coronatur autem ob ipſum Arrhichio, qui in victoria deceſſit: & ipſum hic Hellanodices coronat. Appelletur autem verus, & quòd veri curam ſuſceperit, & quòd illi pictus ſit. & tellus in ſimplici valle: tantúmque, quantum cernis, continente, ſtadium præbet. & Alphei fluxus leuis elabitur: proptereáque fluminum ſolus in maris ſuperficie fluitat, oleaſtríque circa ipſum cœrulea ſpecie pullulant. Pulchri, ac iuxta apiorum denſitatem. Sed hæc mul-

ΑΡΡΙΧΙΩΝ.

Ες αὐτὰ ἥκεις Ολύμπια, καὶ τῶν ἐν Ολυμπίᾳ τὸ κάλλιστον. τοῦτο γὰρ δὴ ἀνδρῶν τὸ Παγκράτιον· στεφανοῦται δὲ αὐτῶ Αρριχίων ἐπαποθανὼν τῇ νίκῃ. καὶ στεφανοῖ αὐτὸν οὗτος Ελλανοδίκης. ἀρετὴς ᾗ ἐπιμεμέληται, διά τε τὸ ἐπιμεμεῖσθαι ἀληθείας, διά τε τὸ ὡς ἐκεῖνος γεγράφθαι. πεδίον τ᾽ ἠρῆ διδοῦσιν ἐν ἁπλῆ αὐλῶνι, καὶ εἰσεχθύσι τοσοῦτον. καὶ τὸ τῦ Αλφεοῦ ῥεῦμα, ἐξέρχεται κοῦφον. ταῦτά τοι καὶ μόνος ποταμῶν ἐπὶ τ᾽ θαλάσσης ὀχεῖται. κύπειροί τ᾽ αὐτῶ περιτεθήλασιν ἐν γλαυκῶ εἴδει, καλοὶ καὶ κατὰ τὸν τῶ σελίνων οὐλότητα. ταυτὶ μὲν

οὖν μετὰ τὸ στάδιον, ἐπισκεψόμθα, καὶ πολλὰ ἕτερα. τὸ δὲ ἔργον τὸ τῦ Ἀρριχίωνος, πρὶν ἢ παύσασθαι αὐτὸ σκοπῶμθ. ἔοικε γὰρ μὴ τῦ ἀντιπάλου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῦ Ἑλληνικοῦ κεκρατηκέναι. βοῶσι γοῦν, ἀναπηδήσαντες τῶν θάκων. καὶ ὁ μὲν, τῷ χεῖρε ἀνασείουσιν· ὁ δὲ, τῷ ἑαθῆτα. ὁ δὲ, αἴρονται ἀπὸ τῆς γῆς· οἱ δὲ, τοῖς πλησίον ἱλαροὶ προσπαλαίουσι. τὰ γὰρ οὕτως ἀπληκτικὰ, οὐ συγχωρεῖ τοῖς θεαταῖς, ἐν τῷ καθεκτῷ εἶναι. ἢ τίς οὕτως ἀναίσθητος, ὡς μὴ ἀνακραγεῖν ἐπὶ τῷ ἀθλητῇ; μεγάλου γὰρ δὴ ἀπῳκύματος, τῦ δὶς ἤδη νικῆσαι τὰ Ὀλύμπια, μεῖζον τῦτο νυνὶ, ὅτε καὶ τῆς ψυχῆς αὐτὰ κτησάμενος, ἐς τὸν τῶν ὀλβίων πέμπεται χῶρον, αὐτῇ κόνει. μὴ συντυχία νοείσθω τῦτο. σοφώτατα γὰρ προῳκονόμηται τὰ νίκης. καὶ τὸ πάλαισμα καὶ ἀγωνοθέτης· οἱ παγκρατιάζοντες, ὦ παῖ, κεκινδυνευμένῃ προσχώνται τῇ πάλῃ. δεῖ γὰρ αὐτοῖς ὑπλιασμοῦ τινος, οἱ μὴ εἰσὶν ἀσφαλεῖς τῷ παλαίοντι· καὶ συμπλοκῶν, ἐν αἷς προλήψεσθαι χρὴ, οἷς πίπτουσι. δεῖ δ' αὐτοῖς καὶ τέχνης εἰς τὸ ἄλλοτε ἄλλως ἄρχειν. οἱ δὲ αὐτοὶ, καὶ σφυρῷ προσπαλαίουσι, καὶ πλευρὰ χεῖρα στρεβλοῦσι, προσόντος τε παίειν, καὶ συμπλέκεσθαι. ταυτὶ γὰρ τὸ παγκρατιάζειν ἔργα, πλευρὰ τε δάκνειν, ἢ ὀρύττειν. Λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν καὶ ταῦτα νομίζουσιν, ἀπογυμνάζοντες, οἶμαι, ἑαυτοὺς εἰς τὰς μάχας. Ἠλεῖοι δ' ἀγῶνες, ταυτὶ μὲν, ἀφαιροῦσι. τὸ δ' ἄγχειν ἐπαινοῦσιν. ὅθεν τὸν Ἀρριχίωνα, μέσον ἤδη ἡρπακὼς ὁ ἀντίπαλος, ἀποκτεῖναι ἔμελλε. καὶ τὸν μὲν πήχει τῇ δεξιᾷ συνέβαλεν, ἀποφέρεσθαι αὖτῷ τὸ ἆθλημα.

táque alia poſt ſtadium conſiderabimus. Arrhichionis autem opus, priuſquam deſinat, conſideremus. Videtur enim non aduerſariũ modò, verùm & vniuerſos ſuperaſſe Græcos. Clamitant igitur è ſedibus exilientes; & hi quidem manus excutiunt: hi vero veſtem, iſti tolluntur humo: at illi hilares cum proximis luctantur. Quæ enim ita terribilia atque horrenda ſunt, ſpectatoribus, vt ſe in eodem contineant ſtatu, minimè concedunt. Alioqui, quis adeo omni eſt ſenſu priuatus, vt non athletæ applaudat? Nam cùm bis iam Olympia viciſſe ei magnũ fuerit: multo hoc nunc maius, quòd vita etiam hæc aſſecutus, cum ipſo puluere ad beatorum ſedem mittitur. Ne caſus exiſtimetur hoc. Sapientiſſime namque ante victoriam excogitatum fuerat, & certamen haud ignorabis. Qui Pancratio ſe exercent, ô puer, periclitanti vtuntur lucta: opus eſt enim ipſis & reſupinationum, quæ luctanti tutæ minimæ ſunt: & complexionum, in quibus vt cadentem vincere oportet. Opus eſt autem ipſis & arte, vt alias aliter aduerſarium angant. Hi quidem & pedis malleolo luctantur, & manum torquent; cùm interea & feriant, & inſultent. Hæc ſunt pancratiaſtæ opera, præterquàm quòd & mordent, & * fodiunt. Lacedæmonij autem & hæc lege ſanciunt: ſe (vt puto) ad prælia exercentes. At Elea certamina hæc quidem auferunt, angere vero aduerſarium laudant. Vnde aduerſarius Arrhichionem medium complexus interficere decreuerat: & cubitum quidem gutturi oppoſuit, ſpiritum ei intercludens.

Crura vero inguinibus admouens: extremósque pedes ad vtrumque poplitem implicans, ſuffocatione quidem eum præuenit, ſomnolenta inde morte ſenſibus ingruente. Remiſſa autem crurum vſus intentione, Arrhichionis* cogitationem haudquaquam præoccupauit: excutiens enim Arrhichio pedis plantam, à qua dextera ſibi periclitabatur, ſuſpenſo iam poplite: illum quidem, vt non amplius aduerſarium inguine ſuſtinet: ſiniſtris verò inſidens, ſupremámque pedis partem poplite includens, præ violenta ad exteriora conuerſione talum in malleolo permanere haudquaquam permittit. Anima namque è corpore exiens ipſum quidem reddit imbecille: vim verò, ac robur præbet in quodcunque incubuerit. Pictúſque eſt autem mortuo quidem ſimilis, qui necuit, manúque quòd defecerit indicans. Arrhichio verò vt vincentes pictus eſt. Etenim ſanguis in flore [ac proprio eſt colore:] & ſudor adhuc ſincerus, & ridet vt viuentes cùm victoriam ſentiunt.

F.M. *colligationẽ ſ. implicationem.*

A τὰ σκέλη ὑ τοῖς βυβῶσιν ἐναρμόσας, καὶ ὠθεισάμενος εἰς ἑκατέραν ἀγκύλωσιν ἄκρῳ τῷ ποδὶ, τῷ μὲν πνίγματι, ἔφθη αὐτὸν, ὑπνηλὸν τὸν ἐντεῦθεν θανάτου, τοῖς αἰσθητηρίοις ἐπιφέροντος. τῇ δὲ ἐπιτάσει τῶν σκελῶν ἀνάγκην παρεσκεύασε, καὶ ἔφθη τὸν λυγισμὸν* τοῦ Ἀρριχίωνος. ἐπιλαβόμενος γὰρ τὸν ταρσὸν τοῦ ποδὸς Ἀρριχίωνος, ὑφ' οὗ ἐκινδύνευεν αὐτῷ τὰ δεξιὰ, κρεμαννυμένης ἤδη τῆς ἀγκύλης; ἐκεῖνον μὲν σωτέχει τῷ βυβῶνι, ὡς οὐκέτ' αὐτόπαλον. τοῖς δέ γε ἀριστεροῖς ἐνιζήσας, καὶ τὸ ὠθεῖ τὸ ἄκρον τοῦ ποδὸς ἐναποκλείσας τῇ ἀγκύλῃ, καὶ ἐᾷ μηδέν ἰῶ σφυρῷ τὸν ἀστράγαλον, ὑπὸ τῆς ἐς τὸ ἔξω βιαίου ἀποστροφῆς. ἡ γὰρ ψυχὴ ἀποῦσα τοῦ σώματος, ἀδρανὲς μὲν αὐτὸ ἐργάζεται, δίδωσι δ' αὐτῷ ἰσχύν, ἐς ὃ ἂν πρείσηται. γέγραπται δ', ὁ μὲν ἀποπνιγεὶς, νεκρῷ εἰκάσαι, καὶ τὸ ἀπαγορεῦον ἀποσημαίνων τῇ χειρί. ὁ δὲ Ἀρριχίων, ὅσα οἱ νικῶντες γέγραπται. ἡ γὰρ τὸ αἷμα ἐν τῷ δέρματι, καὶ ὁ ἱδρὼς ἀκραιφνὴς ἔτι καὶ μειδιᾷ καθάπερ οἱ ζῶντες, ὑπὲρ νίκης αἰσθανόμενοι.

B

C

ANTILOCHVS.

Achillem Antilochi amore captum ſuſpicatus es (puto) apud Homerum. Cùm Græcorum omnium natu minimum Antilochum, videas; & auri ſemitalentum, quo in certamine ab Achille donatus eſt, cogites. & nunciat Achilli iacere Patroclum. Solamine vnà cum nuncio à Menelao excogitato: Achille ad delicias ſuas reſpiciente. & luget in dilecti mœrore: & manus, ne ſe ipſum occidat, continet. At Achilles & tangente

ΑΝΤΙΛΟΧΟΣ.

Τὸν Ἀχιλλέα ἐρᾶν τοῦ Ἀντιλόχου πεφώρακας οἶμαι παρ' Ὁμήρῳ, νεώτατον τὸν τῶν Ἑλλήνων ὁρῶν τὸν Ἀντίλοχον, καὶ τὸ ἡμιτάλαντον τοῦ χρυσοῦ ἐννοῶν, τὸ ἐπὶ τῷ ἀγῶνι. καὶ ἀπαγγέλλοντι Ἀχιλλεῖ κεῖσθαι τὸν Πάτροκλον, σοφισαμένου τοῦ Μενέλεω πρᾶγμα τοιοῦτον ὁμοῦ τῇ ἀγγελίᾳ, μεταβλέψαντος Ἀχιλλέως εἰς τὰ παιδικά· καὶ θρηνεῖ ἐρωμένου ἐπὶ τῷ πένθει· καὶ σωτέχει τῷ χεῖρε, μὴ ἀποκτείνῃ ἑαυτόν. ὅτι οἶμαι, καὶ ἀπομιμεῖται

D

χαίρῃ, καὶ δακρύοντι. αὐτὰ μὲν οὖν Ο-
μήρου γράφαι. τὸ δὲ τοῦ ζωγράφου δρᾶ-
μα, ὁ Μέμνων ἐξ Αἰθιοπίας ἀφικό-
μενος, κτείνει τὸν Ἀντίλοχον, προβεβλη-
μένον τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ Ἀχαιοῖς τοῦ δεί-
ματος σκιπλήττει. πρὸ γὰρ τοῦ Μέμνονος,
μῦθος οἱ μέλανες κρατοῦντες· ὁ δὲ Α-
χαιοὶ τοῦ σώματος, ὀδύρονται τὸν Ἀντίλο-
χον, οἱ Ἀτρεῖδαι, καὶ ὁ σὺ τῆς Ἰθάκης, καὶ
ὁ σὺ τοῦ Τυδέως, καὶ οἱ ὁμώνυμοι. δῆλο-
δηλος γάρ, ὁ μὲν Ἰθακήσιος, ἀπὸ τοῦ σφυ-
φνοῦ, καὶ ἐγρηγορότος. ὁ δὲ Μενέλεως,
ἀπὸ τοῦ ἡμέρου. ὁ δὲ Ἀγαμέμνων, ἀπὸ τοῦ
σεμνοῦ. τὸν δὲ, τοῦ Τυδέως, ἡ ἐλευθερία
γράφει. γνωρίζοις δ' ἂν καὶ τὸν Τελα-
μώνιον ἀπὸ τοῦ βλοσυροῦ, καὶ τοῦ Λοκρὸν,
ἀπὸ τοῦ ἑτοίμου. καὶ ἡ στρατιὰ πενθεῖ τὸ
μειράκιον, πρίεσῶτες αὐτὸ σφίσιν ἀ-
μα. πήξαντες δὲ τὰς αἰχμὰς εἰς ἔδα-
φος, σὺν ἀλλάξεσι τοῦ ποδὸς, καὶ στηρίζον
ἐπὶ τοῖς αἰχμοῖς, ἀπρεπίσαντες οἱ πλεί-
στοι δυσφορούσας τὰς κεφαλὰς τῷ ἄ-
χει. τοῦ Ἀχιλλέα μὴ ἀπὸ τῆς κόμης οἴχε-
σθαι γὰρ τοῦτο αὐτῷ μετὰ τὸν Πάτροκλον, ἀλ-
λὰ τὸ εἶδος αὐτὸν ἐνδείκνυσθαι, καὶ τὸ μέ-
γεθος, καὶ αὐτὸ τὸ μὴ κομᾶν. σφίσι δὲ
προσεικάζουσι τοῖς στέρνοις τοῦ Ἀντιλό-
χου. καὶ πυρρὰν οἶμαι ἐπαγγέλλεται αὐ-
τῷ, καὶ τὰ εἰς αὐτὸν, καὶ τὰ ὅπλα ἴσως,
καὶ τοῦ κεφαλοῦ τοῦ Μέμνονος. ἀποπνεῖ
γὰρ καὶ τὸν Μέμνονα, ἔσα τὸν Ἕκτορα, ὡς
μηδὲ ταῦτα ὁ Ἀντίλοχος ἔλαττον τοῦ Πα
τρόκλου ἔχοι. ὅθεν ἐν τῷ τῶν Αἰθιόπων στρα-
τῷ, θηρὸς ἔσικεν ἔχων αἰχμὴν, καὶ λεον-
τῇ ἐνημμένος, καὶ σεσηρὼς ἐς τοὺς Ἀχιλ-
λέα. σκεψώμεθα οὖν καὶ τὸν Ἀντίλοχον.
ἡδέσκει μὲν ἐπωλένιος πρόσω· κομᾷ δὲ ἐν ἠλιώσῃ κόμῃ. καὶ κοῦφος ἡ κνήμη,

A gaudet (vt puto) & lachrymante. Hæc autem Homeri sunt picturæ: Pictoris verò argumentum. Memnon ex Æthiopia profectus, Antilochum pro patre in acie dimicantem interficit, & Achiuos terror quidam percellit. Nam ante Memnonis aduentum, fabula homines nigri. Cùm autem Achiui corpus recepissent, lugent Antilochum Atridæ, & qui ex Ithaca oriundus, & Tydei filius, & Cognomines. Euidens autem est, Ithacensis quidem seueritate quadam ac vigilantia: Menelaus verò lenitate: at Agamemnon diuina quadam maiestate: Sed Tydei filium libertas exprimit: dignosceres præterea Telamonium à terribili, Locrensem à prompto: & exercitus circunstans adolescentulum luget: affixis autem pauimento hastis, alternis insistunt pedibus, hastísque innituntur, admonentes plurimi, & capita dolore grauata. Achillem ne à coma discerne: hoc enim amisit post Patroclum interfectum: sed species ipsum indicet, ac magnitudo, & quòd minimè comam nutriat. Luget Antilochi pectoribus incumbens: & rogum (vt puto) ei pollicetur, quæque ad ipsum pertinent. & arma fortasse, ac Memnonis caput: reddere namque & Memnonem, vt & Hectorem: quo ne in his quidem Antilochus Patroclo minora assequeretur. Ipse verò in Æthiopum exercitu acer ac terribilis adstat hastam tenens, leoníque pelle indutus, Achillíque arridens. Considerabimus igitur & Antilochum: pubescit quidem supra lanuginem: flaua verò sese effert coma, & leuis est tibia,

& modeſtum ad curſus facilitatem corpus: & ſanguis vt in ebore color viget; cuſpide eius pectori incidente. Iacet autem adoleſcentulus nec triſtis, nec vt mortuo aſſimiles, clarúſque ac ridens: nam lætitiam, quam ex ſeruato conceperat patre, in facie gerens Antilochus cuſpide percuſſus interiit, & vultum anima reliquit: non vt doluit, ſed vt lætitia obtinuit.

A καὶ τὸ σῶμα σύμμεζον ἐς ῥαστώνλιν δρόμυ. καὶ τὸ αἷμα ὑπ' οἶζ ἐπ' ἐλέφαντι χρῶμα ἤνθηκεν, ἐμπεσούσης αὐτῷ κατὰ στέρνυ τῆς αἰχμῆς. κεῖται δ' οὐ καταφὲς τὸ μειράκιον, ἀδὲ νεκρῷ εἰκάσαι, φαιδρόν τε, καὶ μειδιῶν. πλὴ χὴ οἷμαι χαρὰν πλὴ ἐπὶ τῷ τε πατέρα σῶσαι, φέρον ἐν τῷ εἴδει ὁ Ἀντίλοχος, ἀπώλεζε δὲ τὸ τῆς αἰχμῆς. καὶ τὸ ῥοθόωπον ἡ ψυχὴ κατέλιπεν, οὐχ ὡς ἤλγησεν, ἀλλ' ὡς ἐπεκράτησε τὸ εὐφραῖνον.

B

MELES.

Quod ad Enipeum quidem pertinet, & quòd Tyro aquam diligeret, ab Homero dictum eſt: dicit autem & à Neptuno fraudem, & vndæ colorem, ſub qua cubile: hic verò ſermo alius, non ex Theſſalia, ſed Ionicus. Amat Critheis in Ionia Meletem: is autem ephebo ſimilis eſt, & à ſpectatore to- C tus cernitur, illinc erumpens vnde oritur: bibit autem minimè ſitiens, & aquam haurit: & obſtrepentem perinde atque loquentem affatur, Venereáſq. in aquam fundit lachrymas. & fluuius (redamat enim) ipſarum gaudet mixtione. Venuſtas igitur picturæ Meles ipſe, in croco ac loto proiectus & Hyacintho, gaudens floris ætate, & delitioſam ac iuuenilem præbens ſpeciem, & non inſipientem. Diceres vtique Meletis oculos Poëticum quid meditari. pulchrum in ipſo eſt, quòd haud vehementes edit fontes, vt rudes atque imperitos amnes pingere mos eſt: Sed ſummis terram radens digitis, aquæ nullo ſtrepitu ſcaturienti manum ſubdit. & hic nobis, vt Critheidi

ΜΕΛΗΣ.

